5

M. Funck, Le livre belge à gravures
p. 324, II.

The title-page engraved by Lasne, from the design of Rubens. First used in 1617 for Jacobus Biaeus: Numismata Imperatorum Romanorum.

C. IVLI CÆSARIS, AVGVSTI ET TIBERI NOMISMATA

AB

HVBERTO GOLTZIO

QVONDAM SCVLPTA,

LVDOVICI NONNI

COMMENTARIO ILLVSTRATA.

(J.)

LVDOVICI·NONNI
COMMENTARIVS
IN NOMISMATA IMP.
IVLI. AVGVSTI.
ET TIBERI.
HVBERTO GOLTZIO
SCALPTORE
Acceſſerunt Singulorum Vitæ
Ex Suetonio.
ANTVERPIÆ, IN OFFICINA PLANTINIANA BALTHASARIS MORETI. M.DC.XLIV.

HVBERTI GOLTZII
IN C. IVLII CÆSARIS NVMISMATA
AD LECTOREM PRÆFATIO:

Quâ Characterum, Notarum & Numerorum, qui in Tabellis ſunt expreſſi, ratio explicatur.

QVÆCVMQVE *toto hoc libro continentur Numiſmata, in plura, vti vides benigne Lector, diſtributa ſunt Capita, ſecundùm eos qui in infima cuiuſq; Tabulæ ora ſignati ſunt numeros: quæ quidem Capita nunc ſingulas, nunc plures etiam Tabulas complectuntur; ita vt primum quodq; ex his capita ipſa & vultus, tam* LEPIDI *&* ANTONII, *quàm* CÆSARIS *tibi exhibeat: ſequentia verò partes auerſas, ſiue diuerſa rerum ſimulachra & Symbola, quæ in poſteriore Numiſmatum parte ſpectantur, tibi proponant: in eum ordinem quà eius fieri potuit à nobis digeſta, quem temporis & rei geſtæ ordo, & ipſa argumentorum ſimilitudo exigere videbatur: vt quæcumq; ad Religionem ſiue Res Sacras ſpectarent, in vnum Caput; quæ verò ad Res Profanas, Rem Militarem, Res Geſtas, Magiſtratus, aut aliud aliquod argumentum pertinerent, alia in alia Capita congeſta ſint. Huic Præfationi Synopſin eorum quæ potiſſimùm vnaquæque Tabula continet ſubiecimus, quòd non inutili, nec tibi, vti ſpero, ingrato conſilio factum eſt.*

Litteræ illæ numerales, ſiue notæ arithmeticæ his Tabellis, quæ in ipsâ Tabulæ orâ ſiue margine dextris ſingulorum Numiſmatum lateribus affixæ ſunt, inſcriptæ; ſignificant quem quæq; in ſuo Capite ordinem teneant: ita vt ſemper cum nouo Capite numerus primarius repetatur.

Characteres autem Græci α, β, γ, δ, & reliqui, in eiſdem Tabellis numeris illis ſubiecti, amplitudinem ſiue exilitatem ipſius Nummi demonſtrant: vt ſcilicet intelligas, nummum cui talis aliquis character adſcriptus eſt, eâ eſſe magnitudine, quantum eſt interuallum & ambitus in figura hîc adpoſita, quæ ex circulis aliis alio maioribus conſtat, intra ſupremam omnium lineam circularem, & alteram cui idem ille character, quem nummo additum vides, ſupraſcriptus eſt.



Alij verò characteres, Tabellis quæ nummis incumbunt ſiue impoſitæ ſunt, inſcripti, metallum indicant, quo nummi ſub ipſis repræſentati, cuſi ſunt: ita vt AV auro,

AR argento, AE ære nummum percuſſum tibi ſignificet. Et quibus plures huiuſmodi characteres ſupraſcripti erunt, hos totidem metalli generibus ſignatos intellige: ſi duo, duobus: ſi plures, tribus.

Notæ autem arithmeticæ in iiſdem illis Tabellis ſub dictis characteribus metallicis adſcriptæ in auerſarum partium Tabulis, indicant cui capiti ſiue faciei ex præcedentibus ea pars auerſa reſpondeat, & attribuenda ſit. Quæ quidem notæ numerales ſi plures erunt, totidem etiam capitibus hoc ſymbolum cui inſcriptæ erunt ſubiici credas. Exemplum tibi ſit nummus tertius in primâ Tabulâ ſecundi Capitis Nummorum IVLII CÆSARIS, qui habet Æneam Anchiſen patrem humeris, & Palladium dextrâ geſtantem cum litteris Græcis, cui inſcriptum eſt Æ 24. Hunc igitur nummum ſcias æreum eſſe, & caput habere, quod in ſecundâ Tabulâ primi Capitis nummorum Cæſarianorum vigeſimumquartum in ordine inuenies. Item nummus octauus in eodem ſecundo Capite, qui habet Cæſarem ante Martis aram ſedentem, cui inſcriptum eſt AV. 44. & AR. 48. Hunc ſcias tam auro quàm argento procuſum, & duobus ſubiici Capitibus, ſcilicet quadrageſimoquarto & quadrageſimooctauo, qui ſunt in quartâ Tabulâ primi illius Capitis. Quod ni à nobis ita factum fuiſſet, præmiſſis ſemel & in vnum Caput ſeorſim coniectis quotquot in nummis occurrebant capitibus, quæcumq; vel in aliquo à ſe inuicem differebant, ſingulis nummis ſua fuiſſent iungenda capita ſiue vultus: nec ſine maximo temporis diſpendio nulloq; cum fructu, & ſummo cum faſtidio, idem caput ſæpiùs repræſentandum: quando ſæpè, imò vt plurimùm vni capiti x. & plura ſubinde diuerſa ſubiiciuntur ſymbola: & viciſſim vnum idemq; ſymbolum poſt plura nonnumquam ſpectatur capita: vti paſſim hoc ipſo in Libro videre eſt.

Sicubi autem in his partium auerſarum Tabulis ſub notis metallicis iam dictis, non quidem notas arithmeticas, ſed litteram aliquam A. B. C. aut ſimilem conſpicies; tum quidem nummus ſubiectus non ad aliquod Capitum præcedentium referendus erit, ſed ad vnum è ſymbolis in eâdem Tabulâ contentis eâdem litterâ notatum, ſiue proximo illud loco ſitum erit ſiue remotiori: ita vt duæ illæ partes coniunctæ vnum Numiſma conſtituant. Et vbi plures iſtiuſmodi litteras ſuperſcriptas videbis, intellige partem illam ad plura ſymbola ſimilibus litteris notata referri debere, quæ ſingula ad illam partem relata tibi Numiſma efficient. Exempli loco fuerit, primus nummus in primâ Tabulâ ſecundi Capitis Numiſmatum Cæſarianorum, cui A. ſupraſcriptum eſt, in quo eſt Æneas patrem geſtans: quæ altera pars eſt nummi proximè ſequentis ſimili littera A. notati, qui tibi Veneris caput exhibet. Item quintus nummus in eâdem Tabulâ, in quo ſunt tres illæ figuræ, ſignatus B. qui eſt pars altera illius, quæ ſeptima eſt in eâdem Tabulâ B. D. in quâ ſpectatur ſimiliter caput Veneris cum litteris L. BVCA. cui eidem capiti ſubiicitur & aliud ſymbolum in eâdem Tabulâ vndècimo loco repræſentatum, in quo eſt Elephas & litteræ DICT. QVART. cui littera D. eſt inſcripta, vti & huic capiti Veneris.

Ita vt rationem inſtituti mei planè ac dilucidè iam tibi conſtare putem; ſi tamen & hoc te priùs monuero, in Capite VIIII. Numiſmatum M. ANTONII omnes illas partes ſiue Legionum ſigna, quæ ſunt in primâ & ſecundâ Tabulâ, & item parte tertiæ illius Capitis vſque ad Legionem Trigeſimam, referri debere ad Triremim illam quæ eſt ſecundo loco in illo ipſo Capite, quo loco Legionis ſecundæ ſigna à nobis conſultò prætermiſſa ſunt, vt locum huic Triremi, ad quam omnes illæ partes referri debent, daremus. Vale Lector & faue.

SYNO-

SYNOPSIS

EORVM QVÆ SEQVENTIVM NVMISMATVM TABVLIS CONTINENTVR.

C. IVLII CÆSARIS NVMISMATA.

CAP. I. TAB. I. C. Iulius Cæſar Imperator. 1.

TAB. II. C. Iulius Cæſar Imp. Pontifex Maximus, Conſul iterùm & tertiùm, Dictator primùm & iterùm. 2.

TAB. III. C. Cæſar Augur Pont. Max. Imp. quartùm, quintùm & ſextùm, Coſ. tert. quart. & quintùm, Dict. tert. quart. & perpetuò. PARENS PATRIÆ. 3.

TAB. IIII. C. Cæſar Dictator perpetuò. Poſt mortem in Deos relatus. DIVVS IVLIVS. 4.

TAB. V. Diuus Iulius. Et Imp. Cæſar Diui F. 5.

CAP. II. TAB. I. Origo proſapiæ Iulij Cæſaris à Venere per Æneam. Ratio nominis CÆSARVM ab elephanto occiſo, qui Punicâ linguâ CÆSAR dicitur. 6.

TAB. II. Statuæ & ſimulachra Veneris Genitricis, Victricis, & Felicis. 7.

CAP. III. TAB. I. C. Iulij Cæſaris Victoriæ ac Trophæa de Gallis, de Germanis, aliiſque gentibus. 8.

CAP. IIII. TAB. I. C. Iulij Res geſtæ in Ægypto, bello Alexandrino, & alibi. 9.

CAP. V. TAB. I. C. Iulij Cæſaris Victoriæ, Triumphi, & Ouatio. 10.

CAP. VI. TAB. I. Coloniæ ſub Iulio Cæſare deductæ. Agri Veteranis aſſignati. 11.

CAP. VII. TAB. I. Triumuiri & Quatuoruiri Monetales ſub Iulio Cæſare, Auro, Argento, Ære flando, feriundo. 12.

CAP. VIII. TAB. I. M. Antonij, Lepidi, aliorumque ſub Iulio Cæſare Magiſtratus, Dignitates, & Officia. 13.

CAP. VIIII. TAB. I. Varia Religionis Sacerdotiorumque inſignia, atque inſtrumenta ſacra. 14.

TAB. II. Tripodes, Sellæ, aliaque tam ſacrorum quàm ciuilium Magiſtratuum Dignitatumque inſignia. 15.

CAP. X. TAB. I. C. Iulij Cæſaris Diuinitas, Templa, Aræ, & Statuæ ſacræ. 16.

BRVTI ET CASSII ALIORVMQ. C. IVLII CÆSARIS PERCVSSORVM ET CONIVRATORVM NVMISMATA.

CAP. I. TAB. I. C. Iulio Cæſare à Bruto & Caſſio cum coniuratis interfecto LIBERTAS REIPVBLICÆ RESTITVTA. 17.

CAP. II. TAB. I. Bellum ciuile Mutinenſe inter D. Albinum Brutum & M. Antonium. 18.

CAP. III. TAB. I. Bellum ciuile Philippenſe contra Brutum & Caſſium cæteroſq; Cæſaris percuſſores & coniuratos. 19.

M. ÆMILII LEPIDI NVMISMATA.

CAP. I. TAB. I. M. Lepidus Imperator Pontifex Maximus Triumuir Reipublicæ conſtituendæ. 20.

TAB. II. M. Lepidus Imp. iterùm Pontifex Maximus, Triumuir R. P. C. primùm & iterùm. 21.

CAP. II. TAB. I. M. Lepidi Ædilitas, operaq; publica in ipſius Ædilitate refecta. Eiuſdem ſub Iulio Cæſare Præfectura vrbis. 22.

CAP. III. TAB. I. M. Lepidi cum M. Antonio & C. Cæſare in Repub. conſtituenda, vlciſcendaque Iulij Cæſaris morte, Concordia. 23.

CAP. IIII. TAB. I. Triumuiratus R. P. C. inter Lepidum, Antonium & Cæſarem iteratò initus. Lepidus Pontifex Maximus, Antonius Augur, Cæſar Pontifex cum ſignis inſtrumentiſque Pontificalibus Auguralibuſque. 24.

CAP. V. TAB. I. M. Lepidi Res geſtæ, Victoriæ

& Triumphi ex Hiſpania, ſtatuæque equeſtres. 25.
Cap. vi. Tab. i. Alexandriæ & Prouinciarum Africæ, quæ diuiſo in Triumuiratu Imperio Lepido obtigerat, adminiſtratio. 26.
Cap. vii. Tab. i. Tripodes, Sellæ, aliaque Magiſtratuum, Honorum & Sacerdotiorum inſignia. Lepidi habitu Pontificali, Veſtæ, aliorumque Deorum ſtatuæ & ſimulachra. 27.

M. ANTONII NVMISMATA.

Cap. i. Tab. i. M. Antonius Imperator, qui & Imperator Reipublicæ conſtituendæ appellatus eſt. 28.
Tab. ii. M. Antonius Imperator iterùm & tertiùm, Triumuir R.P.C. 29.
Tab. iii. M. Antonius Imperator, Augur, Triumuir R.P.C. 30.
Tab. iiii. M. Antonius Augur, Imp. tertiùm, Conſul deſignatus iterùm & tertiùm, IIIvir R.P.C. cum Cleopatra Regina coniuge. 31.
Tab. v. M. Antonius Augur, Imp. quartùm, Coſ. deſign. tertiùm, IIIvir iterùm R.P.C. 32.
Cap. ii. Tab. i. M. Antonij cum M. Lepido & C. Cæſare in Republica conſtituenda, vindicandaque Iulij Cæſaris morte, Concordia. 33.
Cap. iii. Tab. i. M. Antonij, Lepidi, & Cæſaris Triumuiratus Reipublicæ conſtituendæ. Antonius Augur, Lepidus Pontifex Maximus, Cæſar Pontifex, cum ſignis inſtrumentisq; Auguralibus Pontificalibusq. 34.
Cap. iiii. Tab. i. Triumuiratus R. P. C. inter Antonium, Lepidum, & Cæſarem iteratò initus. Tripodes, Sellæ, aliaque Honorum & Sacerdotiorum inſignia. 35.
Cap. v. Tab i. Solis, Iouisque Ammonis ſeu Lybici capita, Antoniique habitu augurali ſtatua. 36.
Cap. vi. Tab. i. L. Antonij fratris M. Antonij, aliorumq; Magiſtratus & Officia. 37.
Cap. vii. Tab. i. M. Antonij in Aſia aduerſus Parthos & Armenios res geſtæ, Victoriæ, & Trophæa; Ventidiique, qui ab Antonio in Parthos miſſus fuerat, Triumphus Parthicus. 38.
Cap. viii. Tab. i. Legionum Romanarum, Cohortiumque Prætoriarum & Speculatorum Aquilæ & ſigna militaria; Exercituumque & Prætorianorum Fides & Concordia. 39.
Cap. viiii. Tab. i. Duodecim primarum Legionum Ro. è triginta Aquilæ & ſigna militaria. 40.
Tab. ii. Reliquarum XII. Legionum à duodecima ad quartam & viceſimam Aquilæ & ſigna militaria. 41.
Tab. iii. Reliquarum Legionum ad triceſimam vſque Aquilæ & ſigna militaria. 42.
Tab. iiii. Legionum Antiquarum, item Claſſicæ, Lybicæ, & Hiſpanicæ, Aquilæ & ſigna militaria. 43.
Cap. x. Tab. i. M. Antonij in Ægypto res geſtæ. Eiuſdem cum Cleopatra Regina coniugium. 44.
Cap. xi. Tab. i. Numiſmata in honorem M. Antonij à Cæſarienſibus & Lugduni percuſſa. 45.

NOMIS-

NOBILI AMPLISSIMOQVE

VIRO

NICOLAO ROCCOX

ANTVERP. VI. CONSVLI

LVDOVICVS NONNIVS

D. D.

FERVNT Ionicos aliquot adoleſcentes, Vir Ampliſſime, retis iactum à piſcatoribus emiſſe: qui dum lautos piſces exſpectant, aureum Tripodem ex imo pelago eductum vident: ortâ mox inter illos contentione, cui potiſſimùm cederet; iubente Delphico oraculo, Sapientiſſimo Græcorum detuliſſe. Mihi, licet in re diſpari, non abſimile accidit; inquirenti enim, cui potiſſimùm Vetera hæc Nomiſmata (quouis Auro Obryzo cariora) ab Huberto Goltzio quondam publicata, nouiſque à me Commentariis illuſtrata, dedicarem; monen-

te Pythio, tibi potiſſimùm viſum eſt inſcribere, quòd omnis rei Antiquariæ inter Belgas, præfiſcinè dixero, longè eſſes eruditiſſimus: non ſolùm enim maximis impenſis pulcherrimum Antiquitatis Theſaurum vndique collegiſti, ſed peritiſſimus etiam iudex cenſeris, adeò vt inter doctiores elegantiſſimus, & inter elegantiores doctiſſimus iure dici poſſes; quod vt in priuata fortuna non cuiuis facile, ita etiam publicis grauiſſimiſque negotiis diſtricto non procliue eſt aſſequi. Nam licet difficillimis Reipublicæ temporibus ſæpiùs Conſulatum geſſeris; numquam tamen ardua negotiorum ex animo tuo potuêre ſtudia hæc amœniſſima ita exturbare, vt non ſubſecundariis horis aliquantulum illis temporis impenderes. Scio à nonnullis elegantias has ſperni, & tamquam inutiles paſſim traduci; quos ego Anticyram iubeo nauigare, vt craſſa illorum ſtupiditas helleborò corrigatur: norunt enim peritiores,

——————— *quibus arte benignâ*
Et meliore luto finxit præcordia Titan,

quantum lucis ad Hiſtoriam Rituſque veteres Nomiſmatum vſus conferat: vnde enim Magnorum Virorum Dignitates, Victorias, Triumphos, Sacrificia, Ludos; vnde Virtutum Deorumque habitus, quàm ex Veterum Nummis quis hauriet? Quem etiam non moueant Magnorum Principum ſummo artificio expreſſi vultus, dum in Cæſare bellicam gloriam & ſummam clementiam, in Auguſto felicitatem, in Traiano bonitatem, aliaſque in aliis Virtutes contemplamur: faciliùs certè honeſtæ laudis cupidinem noſtris animis talis aſpectus

inducet,

inducet, quàm ſi videas expreſſos rudi manu

—— ſtantes in curribus Æmilianos,
Et Curios iam dimidios, humeroſq́; minorem
Coruinum, & Galbam auriculis naſoq́; carentem.

Deniq; vix aliquid arcani in tota eſt Vetuſtate, quod Nomiſmata non referant, vt meritò poſſes illa Mutam Hiſtoriam nuncupare. quod vt palàm facerem, aggreſſus ſum Iulij Cæſaris & Auguſti Nomiſmata breuibus Commentariis explicare; nam in priore editione prolixa tantùm erat rerum geſtarum Hiſtoria: quæ ne prorſus omiſſa à me videretur, adiunxi ſingulorum Vitas ex Suetonio. Acceſſerunt pro auctario Tiberij Nomiſmata, numquam antehac edita, quæ partim ex reſiduis Goltzij Tabulis, partim ex Æneâ Vico collegimus. Hoſce igitur conatus meos Antiquitatis illuſtrandæ cauſsâ ſuſceptos, Vir Ampliſſime, benignè patieris tibi inſcribi; vt nomine tuo muniti, tamquam Teucer ſub Aiacis clypeo, aduerſus calumniæ tela latere poſſint. Antuerpiæ, pridie Nonas Aprilis, M. DC. XX.

APPRO-

APPROBATIO CENSORIS.

HIC *Commentarius C.V. Ludouici Nonnij in* C. IVLI CÆSARIS, AVGVSTI & TIBERI *Nomiſmata nihil habet quod Scripturæ ſacræ aut fidei Catholicæ aduerſetur. Poterit ergo ad multorum ſcientiam augendam imprimi. Quod teſtor* XXVI. *Febr. anni* CIↃ. IↃC. XX.

Egbertus Spitholdius S. T. L. Canonicus
& Plebanus Antuerp. Librorum Cenſor.

SVMMA PRIVILEGII.

PHILIPPVS IV. Hiſpaniarum & Indiarum Rex Catholicus, & Potentiſſimus Belgarum Princeps, Diplomate ſuo ſanxit, nequis *Huberti Goltzij Opera omnia* præter Balthaſaris Moreti voluntatem vllo modo imprimat, aut alibi terrarum impreſſa in Germaniæ Inferioris ditiones importet, venaliáve habeat. Qui ſecùs faxit, confiſcatione librorum & aliâ graui pœnâ mulctabitur; vti latiùs patet in litteris datis Bruxellæ XX. Decembris M. DC. XLI.

Signat.

Steenhuyſe.

NOMISMATA
C. IVLI
CÆSARIS.


I
CAESAR IMP
CAESAR
CAESAR IMP
CAESAR IMP
S C
CAESAR
Γ·ΙΟΥΛΙΟΥ ΚΑΙΣΑΡ·Μ ΑΥΤ·ΚΡΑΤΩ ΡΟΣ
ΚΑΙΣΑΡ ΑΥΤ·ΚΡΑΤΩΡ
C·CAESAR IMP
IMPER CAESAR
CAP. I

Æ
N Æ
Æ
2
13
14
CAESAR IM. P. M.
15
N Æ
Æ
N Æ
16
CAESAR DIC.
17
DICTATOR CAESAR
18
C. CAESAR DICTATOR
N Æ
Æ
N Æ
19
20
21
Æ
Æ
Æ
22
23
24
CAP.
1


3
AV AR
AV
AV
25
CAESAR DICT. TERT. PONT. MAX.
26
COS. TER. C.C.
27
CAESAR AVGVR PONT. MAX.
AR
AV
AR
28
DIC. TER P.M. CAESAR
29
IMP. QVART. CAESAR
30
AV AR
AV AR
AR
31
PARENS PATRIAE CAESAR
32
CAESAR DICT. QVART.
33
IMP. QVIN. COS. QVR. CAESAR AVGVR
AV AR
AV AR
AR
34
IMP. SEXT. COS. QVIN. CAESAR AVGVR
35
DICT. PERPETVO CAESAR
36
CAESAR COS. QVIN. DICT.
CAP.
I


Ꞥ Æ
Ꞥ Æ
Æ
37
C·CAESAR DICT·PERPETVO
38
CAESAR DICT· PERP·
39
CAESAR DICT· PERPETVO
Ꞥ Æ
40
41
DICT·PERPETVO CAESAR
42
Ꞥ Æ Æ
Ꞥ Æ
Ꞥ
43
DIVI·IVLI·
44
IVLIO DIVO
45
DIVI·IVLI
Ꞥ Æ
Ꞥ Æ
Ꞥ Æ
46
DIVVS·IVLIVS·
47
DIVO IVLIO
48
DIVVS IVLIVS
CAP
I


AV AR
AV AR
Æ
49
DIVOS IVLIVS
DIVI·F·
50
51
IMP
DIVI IVLI
CAESAR DIVI F·
Æ
AV AR
AR
52
DIVOS
IVLIVS
53
DIVO IVLIO
54
DIVI
IVLI
AR
AR
AV
55
DIVVS
IVLIVS
56
57
DIVVS
IVLIVS
Æ
Æ
Æ
58
F· DIVI IVLI
IMP· CAESAR DIVI
59
ΘΕΟΣ
Γ·ΙΟΥΛΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ
60
DIVI F· DIVI IVLI
IMP· CAESAR
CAP·
I



Æ A
Æ A
Æ 24
I
II
III
CAESAR
IAIΩN
Æ 7
Æ B
Æ C
IIII
V
VI
IMP
Æ B D
N Æ 44 48
Æ C
VII
VIII
IX
L. BVCA
Æ 37
Æ D
N 8
X
XI
XII
MARIDIANVS
C. COSSVTIVS
DICT. QVART
DICT. PERP.
CAESAR
CAP
II


M·METIVS
A
P·SEPVLLIVS
MACER
M·METTIVS
B
XIII
XIIII
XV
L·AEMILIVS
BVCA
P·SEPVLLIVS
MACER
L·BVCA
XVI
XVII
XVIII
P·SEPVLLIVS
MACER
L BVCA
P·SEPVLLIVS
MACER
K
XIX
XX
XXI
P·SEPVLLIVS
MACER
L·FLAMINIVS
IIII·VIR
C·MARIDIANVS
XXII
XXIII
XXIIII
CAP·
II


Æ A
Æ B
Æ C
8.
I y
II y
III y
CAESAR
IIIT
CAESAR
Æ A
Æ B
Æ C
IIII y
V y
VI y
CAESAR
Æ D
Æ E
Æ E
VII y
VIII y
IX y
IMP·ITER·
CAESAR
IIIT
Æ D
AV Æ F
AV Æ F
X y
XI y
XII y
C·CAESAR C·F·
DIC·ITER·
CAESAR
CAP
III


X
Æ 32
Æ A
Æ 43
I
II
III
S·C·
CAESAR DIC·TER·
M·METTIVS.
Æ
Æ A
AV 37
IIII
V
VI
EX·S·C·
PRAEF. CLOVI.
CAESAR IMP·ER·
Æ B
Æ C
Æ D
VII
VIII
IX
DICT. QVART.
L·AEMILIVS. BVCA
DIC·III.
DICT. QVART. EX·S·C.
Æ B
Æ 13
Æ B D
X
XI
XII
CAESAR IMP SEX.
K·Y KIK N.
IN. EPΩ Γ.
CAESAR IMP·IIII.
CAP.
V


I
II
III
IIII
V
VI
VII
VIII
IX
X
XI
XII
L·MVSSIDIVS LONGVS
Q·CAECIL·NIGR·
C·HEIO PAL·
VIR
COR
TI·SEMPR
ONIVS
Q·DES·
GRACCVS
COL·IVL·
BER·
EX·S·C
TI·SEMPRO
NIVS
Q·DESIG·
S C
GRACCVS
TI·SEMP·GRAC·
Q·DES·
EX·S·C·
C·CAESAR IMP·
COL CASIN
Q·DES·IER·
GRACCVS
TI·SEMPRON
Q·DESIG·
TI·SEM·GRAC·
IVL·CO
COL
R
CAESAR DICT·PERP·
CAP·
VI



AV AR 12 17
AR A
AR 8
I
II
III
L·AEMILIVS IIIIVIR
BVCA Q·F·
F·F
S·C
EX
L·FLAMINIVS IIIIVIR
T·F·L·N·
F·F
AR A
AV AR 31 31
Æ B
IIII
V
VI
C·COSSVTIVS MARIDIANVS
F·F
Æ C
AR 28
Æ B
VII
VIII
IX
LENTIA
Q·TVLLIVS IIIIVIR
CICERO M·F·
F·F
CAESAR DICT·PERP·
AR 3
Æ C
AV 39 54
X
XI
XII
L·LIVINEIVS IIIIVIR
REGVLVS C·F·
F·F
PERP·
CAESAR DICT·
L·MVSSIDIVS IIIIVIR
LONGVS T·F·
FF
CAP·
VII


13
Q.VOCONIVS
VITVLVS
EX·S·C·
Q.VOCONIVS
S C
VITVLVS·Q·
DESIGN.
I
II
III
IMP.RER.III.
M.ANTON
L.MVNI·PLAVCVS
PRAEF·VRB·
M.ANON·IMP.
IIII
V
VI
M.ANO.IMP.R.P.C.
L.MVSSID.T.F.LONGVS.
C.CAESAR DICT.PERP.
CLOACIN.
M.LEPIDVS
IMPER.
VII
VIII
IX
GERMANVS
INDVTI·IIII.
L.LTVINBIVS.
REGVLVS
X
XI
XII
CAP
VIII


ÆR A
ÆR A
ÆR B
I
II
III
COS·TERT· DICT·ITER·
AVGVR
PONT·MAX·
ÆR C
ÆR C
AV ÆR 21 21
IIII
V
VI
CAESAR
P·M· CAESAR IMP·AVGVR
AV D
AV 32
ÆR E
VII
VIII
IX
L·PLANC· PR·VRB·
IOV·OPT·MAX·
SACR·
L·PLANCVS PRAEF·VRBIS
AV D
ÆR B
ÆR E
X
XI
XII
C·CAES· DIC·TER·
IMPER·
CAESAR· IMP·QVART·
CAP·
IX


DIC·QVART· PARENS PATRIAE
A·HIRTIVS PR·
AVGVR PON·MX·
COS·QVAR·DIC·
QVAR·
L·MVSSIDIVS LONGVS
L·MVSSIDIVS
LONGVS
L·BVCA
CAES·
AVG·PON·MX·
COS·V·DIC·
PERP·
L·BVCA
PON·MAX·
DIC·PERP·
PR· M·F·
P·CLODIVS
C·CAESAR
COS·QVIN·
DIC·PERP·
IMP·SEX·
XIII
XIIII
XV
XVI
XVII
XVIII
XIX
XX
XXI
XXII
XXIII
XXIIII
CAP·
IX


AV 44
Æ 22
AV A
16
I
II
III
PLENVS
ÆD·CVR·
C·CAESAR PAR ENS PATRIAE
EX·S·C·
Æ 59
AV A
AR Æ 55 52
IIII
V
VI
CLEMENTIA
L·BVCA
AR 49
AR 56
AV AR 49 49
VII
VIII
IX
M·AGRIPPA L·F· COS·DES·
DIVI IVLI
M·AGRIPPA COS· DESIG·
AV 57
X
XI
XII
IMP·CAES·TRAIAN·AVG·GER·DAC·P·P·REST·
CAP·
X


A
B
B
L·BRVT·IMP·
L·PLAET·CEST·
EID·MR
BRVTVS
LIBERTAS
II
C
C
D
D
C·CASSI·IMP·
LEIBERTAS
III
BRVT·IMP·
BRVT·IMP·
IIII
L·PLAET·CEST·
E
F
F
BRVTVS
V
LENTVLVS
SPINT·
LENTVLVS
SPINT·
VI
BRVT·IMP
G
G
H
H
C·CASSI·IMP·
LEIBERTAS
VII
LENVLVS
SPINT·
VIII
LEIBERTAS
K
K
L
L
C·CASSI·IMP·
IX
BRVTVS PRO COS·
Q·CAEPIO
BRVTVS PRO COS·
Q·CAEPIO
X
LEIBERTAS
CAP
I


A
A
B
B
Æ
I
BRVTI·F·
ALBINVS
ALBINVS
BRVTI·F·
II
A·POSTVMIVS·COS·
N Æ
C
C
D
D
Æ
ALBINVS·BRVTI·F·
III
LIBERTAS
PIETAS
IIII
ALBINVS BRVTI·F·
Æ
E
E
F
F
Æ
LIBERTATIS
V
C·PANSA·C·F·C·N·
A·HIRTI·A·F·
VI
PIETAS
N
G
G
H
H
N Æ
ALBINVS BRVTI·F·
VII
C·PANSA
C·CASSI·IMP·
VIII
ALBINVS BRVTI·F·
Æ
K
K
L
L
N Æ
M·ANTONIVS
IMP·R·P·C·
IX
DIVO·IVLIO
DIVI IVLI
X
DIVI·F·
CAESAR
N Æ
CAP·
II


A
A
B
B
N Æ
I y
C·CASSI·
ROMA
BRVTVS IMP.
II y
Æ
C
C
D
D
Æ
BRVT. IMP.
Q·CAEP·
III
C·FLAV·HEMIC LEG·PROPR.
COSTA LEG.
IIII y
BRVTVS IMP.
N Æ
E
E
F
F
N Æ
C·CASSI·IMP·
V y
M·SERVILIVS LEG
LEG. M·SERVILIVS
VI
C·CASSI IMP.
N
G
G
H
H
Æ
Q·CAEPIO BRVTVS PRO COS·
VII y
L·SESTI·PRO· Q·
CASCA LONGVS·
VIII y
IMP BRVTVS·
N Æ
K
K
L
L
N Æ
PRAE. CHOHOR PHIL
IX y
VIC AVG·
ANT·AVG III·V·R·P·C·
X y
CHORTIS SPECVLATORVM
Æ
CAP.
III

Æ
Æ
N Æ
1
M·LEPIDVS III·VIR R·P·C.
2
M·ΛΕΠΙΔΟΣ ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ΤΡΙΩΝΑΝΔ ΡΩΝ
3
M·LEPIDVS IMPER.
N Æ
Æ
Æ
4
LEPIDVS PON·MAX· III·VIR·R·P·C.
5
M·ΛΕΠΙΔΟΣ ΑΡΧΙΕΡΕΥΣ ΜΕΓΑΣ
6
M·LEPIDVS III·VIR·R·P·C.
Æ
Æ
Æ
7
LEPIDVS PON·MX·III·V·R·P·C.
8
LEPIDVS IMP·PON·MX·III·VIR·R·P·C.
9
LEPIDVS PON·MX·III·VIR·R·P·C.
Æ
Æ
Æ
10
M·LEPIDVS IMP·PON·MAX·III·VIR·R·P·C.
11
12
M·LPIDVS PON·MX·III·VIR R·P·C.
CAP.
I


AR
AV AR
AV AR
13
M·LEPIDVS PONT·MAX·III·VIR R·P·C·
14
15
M·LEPIDVS IMP·TER·PON·MX·III·VIR R·P·C·
AR
AV AR
AR
16
M·LEPIDVS IMP·TER·PON·MX·III·VIR·R·P·C
17
LEPIDVS IMP·TER·PON·MAX·III·VIR·R·P·C·
18
M·LEPIDVS PON·MX·III·VIR R·P·C·COS·ITER·
AV AR
AV
AV AR
19
M·LEPIDVS PON·MX·III·VIR·ITER·R·P·C·
20
M·LEPIDVS PON·MAX·IMP·ITER
21
LEPIDVS PON·MX·III·VIR·ITER·R·P·C·
AR
AV
AR
22
M·LEPIDVS PON·MX·
23
LEPIDVS PONT·MAX·
24
M·LEPIDVS PONT·MAX·
CAP·
I


22
C·VIBIVS VARVS
ROMA
C·VIBIVS VARVS IIII·VIR A·P·F·
M·LEPIDVS M·MARCELL· AED·CVR
M·AIMILI·M·F·Q·N·LEPIDVS PRAEF·VRB·
AIMILIA REF· S·C· M·LEPIDVS
EX·S·C
P·SEPVLLIVS MACER
L·MVSSIDIVS T·F·LONGVS IIII·VIR·A·P·F·
DIC·TER· CAESAR P·M·
P·CLODIVS M·F·
CAP·
II


AV 19
AR A
AR A
I y
II y
III y
INV ... TVS
GENEROSI HVM
CONCORDIA
P. SEPVLLIVS MACER
LEPID IMPER
AR 12
AR 24
AR 13
IIII y
V y
VI y
M. ANTONIVS IMP. AVGVR III. VIR R. P. C.
IVLIVS DIVVS
M. ANT. IMP. AG. III. VIR R. P. C. L. GELL. Q. P.
AV AR 3 4 4
AV AR 22 23
AR 7 9
VII y
VIII y
IX y
C. CAESAR IMP. III. VIR R. P. C.
DIVVS IVLIVS
CAESAR IMP. III. VIR. R. P. C.
AR B
AR B
AR 10
X y
XI y
XII y
CAESAR LEPI. NON
III. VIRI R. P. C.
CONCORDIA L. MVSSIDI. LONGVS
L. MVSSIDIVS T. F. LONGVS IIII. VIR A. P. F.
CAP
III


Æ 13
Ⱥ Æ A
Æ 13
I
CAESAR IMP PONT III VIR R P C
II
LEPIDVS IMP P M
CAESAR IMP PON
III
C CAESAR IMP PONT III VIR R P C
Æ B
Æ 19
Æ C
IIII
M AN IMP
V
IMP ANTONIVS AVGVR III VIR R P C
VI
AN IMP
Æ B
Ⱥ 19
Æ C
VII
LEPID IMP
VIII
IMP ANTONIVS AVGVR III VIR ITER R P C
IX
LEP IMP
Æ 19
Ⱥ Æ A
Ⱥ Æ 19 19
X
IMP CAESAR DIVI F III VIR ITER R P C
XI
ANTON IMP
AVGVR
XII
IMP CAESAR DIVI F PONT III VIR ITER R P C
CAP
IIII


Æ Æ A
Æ B
C
I
M·LEPIDVS
II
LEPIDVS
III
M·LEPIDVS
Æ Æ A
Æ B
Æ C
IIII
V
PROPR·
M·AIMIL·M·F·
Q·N
VI
Æ D
Æ D
Æ 8
VII
III VIR R·P·C
VIII
M·LEPID·IMP·ITER·
PRO COS·
IX
EX S·C·
Æ I
Æ 5
Æ 6
X
S·C·
XI
XII
EX· S·C
CAP·
V


ALEXANDREA
SALVS PROVINCIARVM AFRICAE
S·C·
KOINONIA
S·C·
TVTOR REG·
PON·MAX·
M·LEPIDVS
LE
PI
EX S·C·
EX·S·C·
CABE
M·LEPIDVS IMP·TER·
M·LEPIDVS IMP·ITER·
IIIVIR
ITER·
R·P·C·
P·M·
EX·S·C·
CAP·
VI


EX S·C
MACER
P·SEPVLLIVS
P·SEPVLLI·
MACER
C·VIBIVS
VARVS IIII·VIR
ΜΑΡΚΟΣ ΛΕΠΙΔΟΣ ΤΡΙΩΝΑΝΔΡΩΝ
L·REGVLVS
IIII·VIR·A·P·F·
ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ
ΑΡΧΙΕΡ·ΜΕΓΑΣ
LEPIDVS·P·M·IMP·ITER·IIIVIR·ITER·
R·P·C·
COS·ITER·
III·VIR R·P·C·
M·LEPIDVS PON·MX·III·VIR R·P·C·
CAP·
VII

Æ
N Æ
Æ
M·ANTONI IMP
M·ANTON·IMP·
M·ANTON IVS IMP·
1
2
3
Æ
Æ
Æ
IMP·
IMP ANTONIVS
IMP
4
5
6
Æ
Æ
N
ANTONIVS IMP
IMP DIVI·F·
ANTON·IMP·R·P·C·
7
8
9
Æ
N Æ
Æ
M·ANTONIVS IMP·R·P·C·
M·ANO·IMP·R·P·C·
M·ANTONIVS IMP·R·P·C·
10
11
12
CAP·
I



Æ
AV Æ
Æ
13
M·AN̄·IMP·IER·
14
15
M·ANTON·
IMPER·III
Æ
Æ
AV
16
M·ANTONI
IMPER·III
17
ΑΥΤ·ΚΡΑΤΩΡ
M·ΑΝΤΩΝΙΟΣ
18
M·ANTONIVS
III·VIR R·P·C·
Æ
Æ
Æ
19
ANTONIVS IMP
III·VIR R·P·C·
20
ΑΝΤΩΝΙΟΣ ΑΥΤΟΚ·
ΤΡΙΩΝΑΝΔΡΩΝ
21
M·ANTONIVS
III·VIR·R·P·C·
Æ
Æ
Æ
22
ANTONIVS
IMP·III·VIR R·P·C·
23
M·ANTONIVS IMP·
III·VIR R·P·C·
24
ANT·IMP·
III·VIR R·P·C·
CAP·
I


30.
Æ
AR
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35
36
M·ANT·IMP·AVG·III·VIR R·P·C· M·BARBAT·P·CI·
M·ANTONIVS IMP·AVGVR III·VIR R·P·C·
III·VIR R·P·C·
M·ANT·IMP·AVG·III·VIR R·P·C·A·NERVA PROQ·P·
ANT·IMP·AVG·III·VIR R·P·C· M·BARBA·P·CI·
ANT·IMP·AVGVR III·VIR R·P·C· L·GELL·Q·P·
M·ANT·IMP·AVG·III·VIR R·P·C· M·BARBAT·Q·P·
M·ANT·IMP·AVG·III·VIR R·P·C· L·GELL·Q·P·
CAP·
I


Æ
Æ
N Æ
37
ANTONIVS AVGVR COS·DES·ITER·ET TER·
38
ANTON·IMP·COS·DESIG·ITER·ET TER·III·VIR·R·P·C·
39
M·ANT·IMP·AVG·COS·DES·IER·ET TER·III·V·R·P·C
Æ
Æ
Æ
40
41
M·ANTONIVS IMP·COS·DESIG·ITER·ET TERT·
42
Æ
Æ
Æ
43
M·ANTON·IMP·COS·DESIG·ITER·ET TERT·IIIVIR·R·P·C·
44
ΡΩΜΗΣ
45
AN·IMP·COS·DESIG·ITER·ET TER·III·V·R·P·C·
Æ
Æ
N Æ
46
III·VIR·R·P·C· ANT·AVG·IMP·ER·COS·DES·IER·ET TER·
47
M·ANTONIVS IMP·COS·DESIG·ITER·ET TERT·
48
ANTON·AVG·IMP·III COS·DES·III·III·V·R·P·C·
CAP·
I


Æ
AV Æ
Æ
49
IMP·ANTON·AVG·COS·TER·DES·ER·III·V·IER·R·P·C.
50
IMP·ANT·AVGVR III·VIR R·P·C.
51
IMP·ANTON·AVG·IMP·IIII·COS·DES·III·III·VIR·R·P·C.
Æ
AV Æ
Æ
52
ANTONIVS AVGVR III·VIR·ITER·R·P·C. IMP·
53
ANTONI·ARMENIA DEVICTA
54
IMP·ANTONIVS AVGVR III·VIR·ITER·R·P·C.
AV Æ
Æ
Æ
55
IMP·ANTONIVS·AVGVR·III·VIR·ITER·R·P·C.
56
M·ANT·APMENIAΣ KATAΔOYΛΩΣ
57
IMP·ANTONIVS AVG·III·VIR·ITER·R·P·C.
Æ
58
59
60
CAP·
I


Æ A
Æ B
Æ B
I
M·ANTON· C·CAESAR
II
CONCORDIA L·NVSSIDI·LONGVS
III
CAESAR LEPI·ANON·
IIIVIRI R·P·C·
IIII
CAESAR
V
III·VIR
C·MARIVS PR·Q·
VI
CAESAR DIC·
VII
VIII
ANTONIVS IMP·
IX
DIVO IVLIO
X
M·ANT·IMP
III·VIR R·P·C·
XI
III·VIR R·P·C
XII
M·ANON IMP·
CAP·
II


LEP·IMP
C·CAESAR IMP III·VIR R·P·C·
C·CAESAR IMP·
M·LEPIDVS IMP·PON·MAX·III·VIR R·P·C·
ANTON·IMP·
AVGVR
M·LEPIDVS PONT·MAX·III·VIR R·P·C·
CAESAR IMP·PON·COS·III·VIR R·P·C·
LEPIDVS IMP·P·M· CAESAR IMP·PON·
CAESAR IMP·PONT·III·VIR R·P·C·
AN·IMP·
CAESAR IMP·PONT·III·VIR R·P·C·
M·AT·IMP·
I
II
III
IIII
V
VI
VII
VIII
IX
X
XI
XII
CAP·
III


N Æ A
Æ 3
Æ 14
I
III VIR R P C M ANTON
II y
CAESAR D F
III y
IMP ANT AVG III VIR R P C
Æ 52
N Æ B
N 55
IIII y
M LEPIDVS PONT MX III VIR R P C
V y
COS DESIG ITER ET TER III VIR R P C
VI y
LEPIDVS PON MX III VIR ITER R P C
N Æ 54 55
Æ 34
Æ 55
VII y
IMP CAESAR DIVI F III VIR ITER R P C
VIII y
ΕΦΕΣΙΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ
IX y
IMP CAESAR DIVI F PONT III VIR ITER R P C
N Æ A
Æ 17
N Æ B
X y
L PLANCVS IMP ITER
XI y
C CAESAR IMP
XII y
M ANTON M F M N AVG IMP TER
CAP
IIII


M·ANTON·IMP·III·VIR R·P·C·
C·SOSIVS
ZA
COS·DESIG·ITER·ET TERT·III·VIR·R·P·C·
ANTO·COS·III IMP·IIII
ANTONIO AVG·
SCARPVS IMP
M·ANTONIVS M·F·M·N·AVGVR·IMP·TER·
ANTΩNIOC
M·ANTONIVS M·F·M·N·AVGVR·IMP·TER·
ΡΟΔΙΩΝ
III·VIR R·P·C·COS·DESIG·ITER·ET TERT·
III VIR R·P·C
M·ANTONIVS III·VIR R·P·C·
CAP·
V


AV 18
AR 13
AR 21
L·MVSSIDIVS T·F·LONGVS IIII VIR A·P·F·
L·MVSSIDIVS T·F·LONGVS IIII·VIR A·P·F·
CLOACIN·
P·CLODIVS M·F·
I y
II y
III y
AV AR 48
AV AR 29 33
AR 14
ANTONIVS AVG·IMP·III
L·ANTONIVS COS·
IMP·AÑON·AVGVR COS·DES·III·IMP·IIII
IIII y
V y
VI y
AR 19 22
AR 37
AR 28
PIETAS COS·
M·SILANVS AVG· Q·PRO COS·
PIE TAS COS·
VII y
VIII y
IX y
AV AR 18 12
L·MVSSIDIVS LONGVS
X y
XI y
XII y
CAP·
VI


Æ 40
Æ 48 52
Æ 40
I
II
III
ΤΗΣ
ΤΡΙΠΟΛΙΤΩΝ
ΚΟΙΝΟΝ·ΠΡΟ
PAR·
ΤΡΙΠΟΛΙΤΩΝ
ΚΟΙΝΟΝΙΑ
Æ 37
Æ 50
Æ 50
IIII
V
VI
IMP·TERTIO
III VIR R·P·C·
P·VENIDI·P·F·
PR·COS·
IMP·TER·
Æ 41
Æ 57
Æ 47
VII
VIII
IX
IIIVIR R·P·C·
IIIVIR R·P·C·
Æ 49 50
Æ 8
Æ 49 50
X
XI
XII
IMP·TER·
IMP·TER·
CAP·
VII


CONCORDIA EXERCITVVM
PRAETORIANORVM CONCORDIA P·V·A
FIDES EXERCITVVM
I
II
III
IIII
V
VI
VII
VIII
IX
X
XI
XII
III VIR R·P·C
CONCORD·EXERCIT·
EXERCITVVM CONCORDIA
CHORTIVM PRAETORIARVM
ANT·AVG· III·VIR·R·P·C·
CHORTIS SPECVLATORVM
FIDES PRAETORIANORVM
PRÆORIANORVM CONCORDIA P·V·A
FIDES P·V·A PRAETORIANORVM
CAP·
VIII


ÆR A
AV ÆR A
ÆR A
I
LEG· PRI·
II
ANT·AVG·
III·VIRR·P·C·
III
LEG· III
ÆR A
ÆR A
ÆR A
IIII
LEG· IIII
V
LEG· V
VI
LEG· VI
ÆR A
ÆR A
AV ÆR A
VII
LEG· VII
VIII
LEG· VIII
IX
LEG· IX
ÆR A
ÆR A
ÆR A
X
LEG· X
XI
LEG· XI
XII
LEG· XII
CAP·
VIIII


AV Æ A
Æ A
Æ A
XIII
LEG· XIII
XIIII
LEG· XIV
XV
LEG· XV
AV Æ A
Æ A
Æ A
XVI
LEG· XVI
XVII
LEG· XVII
XVIII
LEG· XIIX
Æ A
AV Æ A
Æ A
XIX
LEG· XIX
XX
LEG· XX
XXI
LEG· XXI
Æ A
Æ A
Æ A
XXII
LEG· XXII
XXIII
LEG· XXIII
XXIIII
LEG· XXIV
CAP·
VIIII


Æ A
Æ A
Æ A
XXV y
LEG·XXV
XXVI y
LEG·XXVI
XXVII y
LEG·XXVII
Æ A
Æ A
Æ A
XXVIII y
LEG·XXIIX
XXIX y
LEG·XXIX
XXX y
LEG·XXX
AV Æ B
XXXI
XXXII y
ANTONIVS AVGVR
III·VIR R·P·C·
XXXIII
AV Æ B
Æ C
Æ C
XXXIIII y
ANTONINVS ET VERVS AVG·REST·
LEG·VI
XXXV y
ANTONIVS AVGVR
III·VIR R·P·C
XXXVI y
ANTONINVS ET VERVS AVG·RESTIT·
LEG·VI
CAP·
VIIII


ÆR A
ÆR A
ÆR A
XXXVII
LEG·PRIM·ANTIQVAE
XXXIIX
ANT·AVG·
III·VIR·R·P·C·
XXXIX
LEG·XII·ANTIQVAE
ÆR A
ÆR A
ÆR A
XL
XLI
LEG·XVII CLASSICAE
XLII
ÆR A
ÆR A
ÆR A
XLIII
XLIIII
LEG·XVIII LYBICAE
XLV
ÆR A
XLVI
XLVII
LEG·XX HISPANICAE
XLVIII
CAP.
VIIII


LVGV
A XL
DVNI
KAIΣAPEΩN
A XL
LVGV
I
II
III
ΚΑΙΣΑΡΕΑΣ
ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ
ΑΥΤ.Κ.ΑΝΤΩΝΙΟΣ
IIII
V
VI
ANTONIVS
A. XL
IMP.
III.VIR
R.P.C
ANTONI.
A. XLI
IMP.
VII
VIII
IX
KAIΣ
APEΩN
X
XI
XII
CAP.
XI

VITA
C. IVLII CAESARIS,
AVCTORE
C. SVETONIO TRANQVILLO.

IVLIVS Cæſar Diuus, annum agens ſextum decimum patrem amiſit: ſequentibusq; conſulibus Flamē Dialis deſtinatus, dimiſſa Coſſutia, quæ, familia equeſtri, ſed admodum diues, prætextato deſponſata fuerat, Corneliam Cinnæ quater conſulis filiam duxit vxorem: ex qua illi mox Iulia nata eſt: neque vt repudiaret compelli à Dictatore Sulla vllo modo potuit. Quare & ſacerdotio, & vxoris dote, & gentilitijs hereditatibus multatus, diuerſarum partium habebatur: vt etiam diſcedere è medio, &, quamquam morbo quartanæ aggrauante, propè per ſingulas noctes commutare latebras cogeretur, ſeque ab inquiſitoribus pecunia redimere: donec per virgines Veſtales, pérque Mamercum Aemilium & Aurelium Cottam, propinquos & affines ſuos, veniam impetrauit. Satis conſtat, Sullam, cùm deprecantibus amiciſsimis & ornatiſsimis viris aliquamdiu denegaſſet, atque illi pertinaciter contenderent, expugnatum tandem proclamaſſe (ſiue diuinitus, ſiue aliqua coniectura) Vincerent, ac ſibi haberent: dummodo ſcirent, eum, quem incolumem tantopere cuperent, quandoque optimatium partibus, quas ſecum ſimul defendiſſent, exitio futurum: nam Cæſari multos Marios ineſſe. I.

STIPENDIA prima in Aſia fecit, M. Thermi Prætoris contubernio: à quo ad arceſſendam claſſem in Bithyniā miſſus, deſedit apud Nicomedem, non ſine rumore proſtratæ regi pudicitię: quem rumorem auxit, intra paucos rurſus dies repetita Bithynia, per cauſſam exigendæ pecuniæ, quæ deberetur, cuidam libertino clienti ſuo. Reliqua militia, ſecundiore fama fuit: & à Thermo in expugnatione Mitylenarum corona ciuica donatus eſt. II.

MERVIT & ſub Seruilio Iſaurico in Cilicia, ſed breui tempore. III.
Nam Sullæ morte cōperta, ſimul ſpe nouæ diſſenſionis, quæ per M. Lepidum mouebatur, Romam properè redijt; & Lepidi quidem ſocietate,

quamquam magnis conditionibus inuitaretur, abſtinuit: cùm ingenio eius diffiſus, tum occaſioni, quam minorem opinione offenderat.

IIII. CAETERVM compoſita ſeditione ciuili, Cornelium Dolabellam, conſularem & triumphalē virum, repetundarum poſtulauit: abſolutóque, Rhodum ſecedere ſtatuit, & ad declinandā inuidiam, & vt per otium ac requiem Apollonio Molonis clariſsimo tunc dicendi magiſtro operam daret. Huc dum hibernis iam menſibus trajicit, circa Pharmacuſam inſulam à prædonibus captus eſt: manſitque apud eos non ſine ſumma indignatione propè quadraginta dies, cum vno medico & cubicularijs duobus. Nam comites ſeruóſque cæteros initio ſtatim ad expediendas pecunias, quibus redimeretur, dimiſerat. Numeratis deinde quinquaginta talentis, expoſitus in litore, non diſtulit quin è veſtigio claſſe deducta perſequeretur abeuntes: ac redactos in poteſtatem, ſupplicio, quod illis ſæpe minatus inter iocum fuerat, afficeret. Vaſtante regiones proximas Mithridate, ne deſidere in diſcrimine ſociorum videretur, ab Rhodo, quo pertenderat, tranſijt in Aſiam: auxilijsque contractis, & præfectò regis prouincia expulſo, nutanteis ac dubias ciuitates retinuit in fide.

V. TRIBVNATV militum, qui primus Romam reuerſo per ſuffragia populi honor obtigit, auctores reſtituendæ tribunitiæ poteſtatis, cuius vim Sulla diminuerat, enixiſsimè iuuit. L. etiam Cinnæ, vxoris fratri, & qui cum eo ciuili diſcordia Lepidum ſecuti, poſt necem conſulis ad Sertorium confugerant, reditum in ciuitatem rogatione Plotia confecit, habuitque & ipſe ſuper ea re concionem.

VI. QVAESTOR Iuliam amitam vxoremq; Corneliam, defunctas laudauit è more pro Roſtris: ſed in amitæ quidem laudatione, de eius ac patris ſui vtraque origine ſic refert: Amitæ meæ Iuliæ maternum genus ab regibus ortum, paternum cum Dîs immortalibus coniunctum eſt. Nam ab Anco Marcio ſunt Marcij Reges, quo nomine fuit mater: à Venere Iulij, cuius gentis familia eſt noſtra. Eſt ergo in genere & ſanctitas regum, qui plurimum inter homines pollent: & cærimonia Deorum, quorum ipſi in poteſtate ſunt reges. In Corneliæ autem locum Pompeiam duxit, Q. Pompeij filiam, L. Sullæ neptem: cum qua deinde diuortium fecit, adulteratam opinatus à P. Clodio: quem inter publicas cærimonias penetraſſe ad eam muliebri veſte tam conſtans fama erat, vt ſenatus quæſtionem de pollutis ſacris decreuerit.

VII. QVAESTORI vlterior Hiſpania obuenit: vbi cùm mandatu prætoris iure dicundo cōuentus circumiret, Gadeíſq; veniſſet, animaduerſa apud Herculis templum Magni Alexandri imagine, ingemuit: & quaſi

quaſi pertæſus ignauiam ſuam,quòd nihil dum à ſe memorabile actum eſſet in ætate qua iam Alexander orbem terrarum ſubegiſſet, miſsionem continuò efflagitauit, ad captandas quàm primùm maiorum rerum occaſiones in vrbe. Etiam confuſum eum ſomnio proximæ noctis (nam viſus erat per quietem matri ſtuprum intuliſſe) coniectores ad ampliſsimam ſpem incitauerunt,arbitrium orbis terrarum portendi interpretantes: quando mater, quam ſubiectam ſibi vidiſſet, non alia eſſet quàm terra, quæ omnium parens haberetur.

DECEDENS ergo ante tempus, colonias Latinas de petenda ciuitate agitantes adijt: & ad audendum aliquid concitaſſet,niſi COSS. conſcriptas in Ciliciam legiones paulliſper ob idipſum retinuiſſent: nec eo ſecius maiora mox in vrbe molitus eſt. VIII.

SIQVIDEM ante paucos dies, quàm ædilitatem iniret, venit in ſuſpicionem conſpiraſſe cum M. Craſſo cõſulari, item P. Sulla & Autronio, poſt deſignationem conſulatus, ambitus condemnatis, vt principio anni ſenatum adorirentur: & trucidatis quos placitum eſſet,dictaturam Craſſus inuaderet, ipſe ab eo magiſter equitum diceretur,conſtitutaque ad arbitrium rep. Sullæ & Autronio conſulatus reſtitueretur. Meminerunt huius coniurationis Tanuſius Geminus in hiſtoria, M. Bibulus in edictis, C. Curio pater in Orationibus. De hac ſignificare videtur & Cicero in quadam ad Axium epiſtola, referens, Cæſarem in conſulatu confirmaſſe regnum de quo Aedilis cogitârat. Tanuſius adjicit, Craſſum, pœnitentia vel metu, die cædi deſtinatum non obiiſſe, & iccirco ne Cæſarem quidem ſignum quod ab eo dari conuenerat dediſſe. Conueniſſe autem Curio ait, vt togam de humero dejiceret. Idem Curio, ſed & M. Actorius Naſo, auctores ſunt, conſpiraſſe eum etiam cum Cn. Piſone adoleſcente: cui ob ſuſpicionem vrbanę coniurationis prouincia Hiſpania vltro extra ordinem data ſit: pactumq; vt ſimul foris ille, ipſe Romæ, ad res nouas conſurgerent, per Lambranos & Tranſpadanos: deſtitutum vtriuſque conſilium morte Piſonis. IX.

AEDILIS, præter comitium ac forum,baſilicasq; etiam Capitolium ornauit porticibus ad tempus exſtructis: in quibus abundante rerum copia,pars apparatus exponeretur. Venationes autem, ludoſq;,& cum collega & ſeparatim, edidit: quo factum eſt, vt communium quoque impenſarum ſolus gratiam caperet: nec diſsimularet collega eius M. Bibulus eueniſſe ſibi quod Polluci. vt enim geminis fratribus ædes in foro conſtituta, tantùm Caſtoris vocaretur: ita ſuam Cæſarisq; munificentiam, vnius Cæſaris dici. Adiecit inſuper Cæſar etiam gladiatorium munus, ſed aliquanto paucioribus quàm deſtinauerat, paribus. Nam cùm multiplici vndique familia comparata inimicos exterruiſſet, X.

cautum eſt de numero gladiatorum, quo ne maiorem cuiquam habere Romæ liceret. A

XI. CONCILIATO populi fauore, tentauit per partem tribunorum vt ſibi Aegyptus prouincia plebiſcito daretur: nactus extraordinarij imperij occaſionem, quòd Alexandrini regem ſuum, ſocium atque amicum à ſenatu appellatum, expulerant, réſque vulgò improbabatur. nec obtinuit, aduerſante optimatium factione. quorum auctoritatem vt quibus poſſet modis inuicem diminueret, tropæa C. Marij de Iugurtha, deque Cimbris atque Teutonis, olim à Sulla diſiecta, reſtituit: atque in exercenda de ſicarijs quæſtione, eos quoque ſicariorum numero habuit qui proſcriptione ob relata ciuium Romanorum capita, pecunias ex ærario acceperant, quamquam exceptos Cornelijs legibus. B

XII. SVBORNAVIT etiam qui C. Rabirio perduellionis diem diceret: quo præcipuo adiutore, aliquot ante annos L. Saturnini ſeditioſum tribunatum ſenatus coërcuerat: ac ſorte iudex in reum ductus, tam cupidè condemnauit, vt ad populum prouocanti nihil æquè ac iudicis acerbitas profuerit.

XIII. DEPOSITA prouinciæ ſpe, Pontificatum maximũ petijt, non ſine profuſiſsima largitione. In qua reputans magnitudinem æris alieni, cùm mane ad comitia deſcenderet, prædixiſſe matri oſculanti fertur, domum ſe niſi Pontificē non reuerſurum. atq; ita potentiſsimos duos cõpetitores, multumq; & ætate & dignitate antecedentes, ſuperauit, vt plura ipſe in eorum tribubus ſuffragia, quàm vterq; in omnibus, tulerit. C

XIV. PRAETOR creatus, detecta coniuratione Catilinæ, ſenatúq; vniuerſo in ſocios facinoris vltimam ſtatuente pœnam, ſolus municipatim diuidendos, cuſtodiendoſque publicatis bonis, cenſuit. Quin & tantum metum iniecit aſperiora ſuadentibus, idemtidem oſtentans quanta eos in poſterum à plebe Romana maneret inuidia, vt D. Silanum conſulem deſignatum non piguerit, ſententiam ſuam, quia mutare turpe erat, interpretatione lenire; velut grauius atque ipſe ſenſiſſet exceptam: obtinuiſſetq; adeò, tranſductis ad ſe iam pluribus, & in his Ciceronis conſulis fratre, niſi labantem ordinem confirmaſſet M. Catonis oratio. Ac ne ſic quidem impedire rem deſtitit, quoaduſq; manus equitum Romanorum, quæ armata præſidij cauſſa circumſtabat, immoderatiùs perſeueranti necem comminata eſt: etiam ſtrictos gladios vſque eò intentans, vt ſedentem vnà proximi deſeruerint, vix pauci complexu togaq; obiecta protexerint. Tunc planè deterritus non modò ceſsit, ſed etiam in reliquum anni tempus Curia abſtinuit. D

XV. PRIMO Præturæ die Q. Catulum de refectione Capitolij ad diſquiſitionem populi vocauit, rogatione promulgata, qua curationem

eam

A eam in alium transferebat. Verùm impar optimatium conſpirationi, quos, relicto ſtatim nouorum conſulum officio, frequentes, obſtinatóſque ad reſiſtendum concurriſſe cernebat, hanc quidem actionem depoſuit.

CAETERVM Cæcilio Metello Trib. pleb. turbulentiſsimas leges aduerſus collegarum interceſsionem ferenti, auctorem propugnatoremq; ſe pertinaciſsimè præſtitit: donec ambo adminiſtratione reip. decreto patrum ſummouerentur. Ac nihilo minus permanere in magiſtratu, & ius dicere auſus, vt comperit paratos qui vi ac per arma prohiberent, dimiſsis lictoribus, abiectáque prætexta, domum clam refugit, XVI.
B pro conditione temporum quieturus. Multitudinem quoque biduò pòſt ſponte & vltro confluentem, operamq; ſibi in aſſerenda dignitate tumultuoſiùs pollicentem, compeſcuit. Quod cùm præter opinionem euenisset, ſenatus ob eundem cœtum feſtinatò coactus, gratias ei per primores viros egit: accitúmq; in Curiam, & ampliſsimis verbis collaudatum, in integrum reſtituit, inducto priore decreto.

RECIDIT rurſus in diſcrimen aliud, inter ſocios Catilinæ nominatus, & apud Nouium Nigrum Quæſtorem à L. Vettio indice, & in ſenatu à Q. Curio: cui, quòd primus conſilia coniuratorum detexerat, conſtituta erant publicè præmia. Curius è Catilina ſe cognouiſſe XVII.
C dicebat: Vettius etiam chirographum eius Catilinæ datum pollicebatur. Id verò Cæſar nullo modo tolerandum exiſtimans, cùm implorato Ciceronis teſtimonio, quædam ſe de coniuratione vltrò ad eum detuliſſe docuiſſet, ne Curio præmia darentur, effecit: Vettium pignoribus captis, & direpta ſuppellectile malè multatum, ac pro Roſtris in concione pæne diſcerptum, coniecit in carcerem: eôdem Nouium Quæſtorem, quòd compellari apud ſe maiorem poteſtatem paſſus eſſet.

EX prætura vlteriorem ſortitus Hiſpaniam, retinentes creditores interuentu ſponſorum remouit: ac neque more, neque iure, antequam prouinciæ ornarentur, profectus eſt: incertum, metúne iudicij, quod XVIII.
D priuato parabatur, an quò maturiùs ſocijs implorantibus ſubueniret. Pacatáque prouincia, pari feſtinatione, non exſpectato ſucceſſore, ad triumphum ſimul conſulatúmque deceſsit. Sed cùm edictis iam comitijs ratio eius haberi non poſſet, niſi priuatus introîſſet vrbem, & ambienti vt legibus ſolueretur, multi contradicerent, coactus eſt, triumphum, ne conſulatu excluderetur, dimittere.

E DVOBVS conſulatus competitoribus, L. Luceio, M. que Bibulo, Luceium ſibi adiunxit: pactus vt is, quoniam inferior gratia eſſet, pecuniáque polleret, nummos de ſuo communi nomine per centurias pronuntiaret. Qua cognita re optimates, quos metus ceperat, XIX.

nihil non auſurum eum in ſummo magiſtratu, concordi & conſentiente collega, auctores Bibulo fuerunt tantumdem pollicendi: ac plerique pecunias contulerunt, ne Catone quidem abnuente eam largitionem è Rep. fieri. Igitur cum Bibulo conſul creatus eſt. Eandem ob cauſſam opera optimatibus data eſt, vt prouinciæ futuris COSS. minimi negotij, id eſt, ſiluæ calléſque, decernerentur. Qua maximè iniuria inſtinctus, omnibus officijs Cn. Pompeium aſſectatus eſt, offenſum patribus, quòd Mithridate rege victo, cunctantiùs confirmarentur acta ſua: Pompeioque M. Craſſum reconciliauit, veterem inimicum ex conſulatu, quem ſumma diſcordia ſimul geſſerant: ac ſocietatem cum vtroque inijt, ne quid ageretur in Rep. quod diſplicuiſſet vlli è tribus. A B

XX. INITO honore, primus omnium inſtituit vt tam ſenatus quàm populi diurna acta conficerentur, & publicarentur. Antiquum etiam retulit morem, vt quo menſe faſces non haberet, accenſus ante eum iret, lictores ponè ſequerentur. Lege autem agraria promulgata, obnuntiantem collegam armis foro expulit. Ac poſtero die in ſenatu conqueſtum, nec quoquam reperto qui ſuper tali conſternatione referre, aut cenſere aliquid auderet, qualia multa ſæpe in leuioribus turbis decreta erant, in eam coëgit deſperationem, vt quoad poteſtate abiret, domo abditus nihil aliud quàm per edicta obnuntiaret. Vnus ex eo tempore omnia in rep. & ad arbitrium adminiſtrauit: vt nonnulli vrbanorum, cùm quid per iocum teſtandi gratia ſignarent, non Cæſare & Bibulo, ſed Iulio & Cæſare COSS. actum ſcriberent, bis eundem præponentes, nomine atque cognomine: vtque vulgò mox ferrentur hi verſus. C

Non Bibulo quidquam nuper ſed Cæſare factum eſt:
Nam Bibulo fieri conſule nil memini.

Campum Stellatem maioribus conſecratum, agrúmque Campanum ad ſubſidia reip. vectigalem relictum, diuiſit extra ſortem, ac XX. millibus ciuium, quibus terni pluréſve liberi eſſent. Publicanos remiſſionem petentes, tertia mercedum parte releuauit: ac ne in locatione nouorum vectigalium immoderatiùs licerentur, propalàm monuit. Cætera item quę cuique libuiſſent, dilargitus eſt, contradicente nullo, ac, ſi conaretur quis, abſterrito. M. Catonem interpellantem extrahi curiâ per lictorem, ducíque in carcerem iuſsit. L. Lucullo liberiùs reſiſtenti tantum calumniarum metum iniecit, vt ad genua vltro ſibi accideret. Cicerone in iudicio quodam deplorante temporũ ſtatum, P. Clodium inimicum eius fruſtra iam pridem à patribus ad plebem tranſire nitentem, eodem die, horáque nona, traduxit. Poſtremò in vniuerſos diuerſæ factionis inductum præmijs, vt ſe de inferenda Pompeio D

nece

A nece ſolicitatum à quibuſdam profiteretur, productusque pro Roſtris auctores ex compacto nominaret: ſed vno atque altero fruſtra nec ſine ſuſpicione fraudis nominatis, deſperans tam præcipitis conſilij euentum, intercepiſſe veneno indicem creditur.

SVB idem tempus Calpurniam L. Piſonis filiam, ſucceſſuri ſibi in conſulatu, duxit vxorem: ſuámque Iuliam Cn. Pompeio collocauit, repudiato priore ſponſo Seruilio Cæpione, cuius vel præcipua opera paullo antè Bibulum impugnauerat. Ac poſt nouam affinitatem, Pompeium primum rogare ſententiam cœpit, cùm Craſſum ſoleret: eſſetq; conſuetudo vt quem ordinem interrogandi ſententias conſul Kalend. B Ianuarijs inſtituiſſet, eum toto anno conſeruaret. XXI.

SOCERO igitur generóq; ſuffragantibus, ex omni prouinciarum copia Gallias potiſsimũ elegit, cuius emolumento & opportunitate idonea ſit materia triumphorum. Et initio quidem Galliam Ciſalpinam, Illyrico adiecto, lege Vatinia accepit: mox per ſenatum, Comatam quoque: veritis patribus ne ſi ipſi negaſſent, populus & hanc daret. Quo gaudio elatus, non temperauit quin paucos poſt dies frequenti curia iactaret, inuitis & gementibus aduerſarijs adeptum ſe quæ concupiſſet: proinde ex eo inſultaturum omnium capitibus: ac negante quodam per contumeliam, Facile hoc vlli fœminæ fore, reſponderit, quaſi alludens, C In Aſſyria quoque regnaſſe Semiramin, magnámq; Aſiæ partem Amazonas tenuiſſe quondam. XXII.

FVNCTVS conſulatu, C. Memmio Lucióque Domitio prętoribus, de ſuperioris anni actis referentibus, cognitionem ſenatui detulit: nec illo ſuſcipiẽte, triduóq; per irritas altercationes abſumto, in prouinciam abijt: & ſtatim quæſtor eius in præiudicium aliquot criminibus arreptus eſt. Mox & ipſe à L. Antiſtio tribuno plebis poſtulatus, appellato demum collgio, obtinuit, cùm reip. cauſſa abeſſet, reus ne fieret. Ad ſecuritatem ergo poſteri temporis, in magno negotio habuit obligare ſemper annuos magiſtratus, & è competitoribus, non alios adiu- D uare, aut ad honorem pati peruenire, quàm qui ſibi pepigiſſent propugnaturos abſentiam ſuam: cuius pacti non dubitauit à quibuſdam iuſiurandnm atque etiam ſyngrapham exigere. XXIII.

SED cùm L. Domitius conſulatus candidatus palàm minaretur, COS. ſe, effecturum quod prætor nequiſſet, ademturumq; ei exercitus: Craſſum Pompeiumque in vrbem prouinciæ ſuæ Lucam extractos compulit vt detrudendi Domitij cauſſa conſulatum alterum peterent: & vt in quinquennium ſibi imperium prorogaretur: perfecítq; vtrumque. Qua fiducia ad legiones quas à rep. acceperat, alias priuato ſumtu addidit: vnam etiam ex Tranſalpinis conſcriptam, vocabulo quoque XXIV.

Gallico

Gallico (Alauda enim appellabatur:) quam diſciplina cultúque Roma- A
no inſtitutam & ornatam, poſtea vniuerſam ciuitate donauit. Nec deinde vlla belli occaſione, ne iniuſti quidem ac periculoſi abſtinuit, tam fœderatis quàm infeſtis ac feris gentibus vltro laceſsitis: adeò vt ſenatus quondam legatos ad explorandum ſtatum Galliarum mittendos decreuerit, ac nonnulli dedendum cum hoſtibus cenſuerint. Sed proſperè decedentibus rebus, & ſæpius, & plurium quàm quiſquam vmquam dierum ſupplicationes impetrauit.

XXV. GESSIT autem nouem annis, quibus in imperio fuit, hæc ferè. Omnem Galliam, quæ à ſaltu Pyrenæo Alpibúſque & monte Gebenna, fluminibus Rheno & Rhodano continetur, patétque circumitu ad B
bis & tricies centum millia paſſuum, præter ſocias ac bene meritas ciuitates, in prouinciæ formam redegit, eíque quadringenties in ſingulos annos ſtipendij nomine impoſuit. Germanos, qui trans Rhenum incolunt; primus Romanorum ponte fabricato aggreſſus, maximis affecit cladibus. Aggreſſus eſt & Britannos ignotos antea, ſuperatíſque pecunias & obſides imperauit. Per tot ſucceſſus ter, nec amplius, aduerſum caſum expertus: in Britannia, claſſe vi tempeſtatis propè abſumta: & in Gallia, ad Gergouiam legione fuſa: & in Germanorum finibus, Titurio & Aurunculeio legatis per inſidias cæſis.

XXVI. EODEM temporis ſpatio matrem primò, deinde filiam, nec C
multo pòſt neptem amiſit. INTER QVAE conſternata P. Clodij cæde Rep. cùm ſenatus vnum COS. nominatímque Cn. Pompeium fieri cenſuiſſet, egit cum tribunis plebis collegam ſe Pompeio deſtinantibus, id potius ad populum ferrent, vt abſenti ſibi, quandocumque imperij tempus expleri cœpiſſet, petitio ſecundi Conſulatus daretur: ne ea cauſſa maturius, & imperfecto adhuc bello decederet. Quod vt adeptus eſt, altiora iam meditans, & ſpei plenus, nullum largitionis, aut officiorum in quemquam genus publicè, priuatímque omiſit. Forum de manubijs inchoauit: cuius area ſuper HS. millies conſtitit. Munus populo, epulúmque pronunciauit in filiæ memoriam, quod ante eum D
nemo. Quorum vt quammaxima exſpectatio eſſet, ea quæ ad epulum pertinerent, quamuis macellarijs oblocata, etiam domeſticatim apparabat. Gladiatores notos, ſicubi infeſtis ſpectatoribus dimicarent, vi rapiendos reſeruandóſque mandabat. Tirones neque in ludo, neque per laniſtas, ſed in domibus per equites Romanos, ac etiam per ſenatores armorum peritos erudiebat: precibus enitens, quod epiſtolis eius oſtenditur, vt diſciplinam ſingulorum ſuſciperent, ipſíque dictata exercentibus darent. Legionibus ſtipendium in perpetuum duplicauit. Frumentum, quoties copia eſſet, etiam ſine modo menſuráque præbuit: ac

ſingula

ſingula interdum mancipia & prædia viritim dedit.

AD retinendam autem Pompeij neceſsitudinem ac voluntatem, XXVII.
Octauiam ſororis ſuæ neptem, quæ C. Marcello nupta erat, conditione ei detulit, ſibique filiam eius in matrimonium petijt, Fauſto Sullæ deſtinatam. Omnibus verò circa eum, atque etiam parte magna ſenatus, gratuitò, aut leui fœnore obſtrictis, ex reliquo quoque ordinum genere vel inuitatos, vel ſponte ad ſe commeantes, vberrimo congiario proſequebatur: libertos inſuper, ſeruulóſque cuiuſque, provt domino patronóve gratus quis eſſet. Tum reorum aut obæratorum, aut prodigæ iuuentutis ſubſidium vnicum, ac promptiſsimum erat: niſi quos grauior criminum, vel inopiæ luxuriæve vis vrgeret, quàm vt ſubueniri poſſet à ſe, his planè palàm bello ciuili opus eſſe dicebat.

NEC minore ſtudio reges atque prouincias per terrarum orbem XXVIII.
alliciebat: alijs, captiuorum millia dono offerens: alijs, citra ſenatus populique auctoritatem quò vellent, & quoties vellent, auxilia ſubmittens: ſuperque Italiæ, Galliarumque & Hiſpaniarum, Aſiæ quoque & Græciæ potentiſsimas vrbes præcipuis operibus exornans: donec attonitis iam omnibus, & quorſum illa tenderent reputantibus, M. Claudius Marcellus COS. edicto præfatus de ſumma ſe Rep. acturum, retulit ad ſenatum vt ei ſuccederetur ante tempus: quoniam bello confecto pax eſſet, ac dimitti deberet victor exercitus: & ne abſentis ratio comitijs haberetur, quando nec plebiſcito Pompeius poſtea abrogaſſet. Acciderat autem, vt is legem de iure magiſtratuum ferens, eo capite quo à petitione honorum abſentes ſubmouebat, ne Cæſarem quidem exciperet, per obliuionem: ac mox lege iam in æs inciſa, & in ærarium condita, corrigeret errorem. Nec contentus Marcellus prouincias Cæſari & priuilegium eripere, retulit etiam vt colonis quos rogatione Vatinia Nouumcomum deduxiſſet, ciuitas adimeretur: quòd per ambitionem & vltra præſcriptum data eſſet.

COMMOTVS his Cæſar, ac iudicans, quod ſæpe ex eo audi- XXIX.
tum ferunt, difficiliùs ſe principem ciuitatis à primo ordine in ſecundum, quàm ex ſecundo in nouiſsimum detrudi, ſumma ope reſtitit, partim per interceſſores tribunos, partim per Seruium Sulpicium alterum conſulem. Inſequenti quoque anno, C. Marcello, qui fratri patrueli ſuo Marco in conſulatu ſucceſſerat, eadem tentante, collegam eius Aemilium Paullum, Caiúmque Curionem violentiſsimum tribunorum, ingenti mercede defenſores parauit. Sed cùm obſtinatiùs omnia agi videret, & deſignatos etiam COSS. è parte diuerſa, ſenatum literis deprecatus eſt ne ſibi beneficium populi adimeretur: aut vt cęteri quoq; imperatores ab exercitibus diſcederent: conſiſus, vt putant, faciliùs,

ſe, ſimulatque libuiſſet, veteranos conuocaturum, quàm Pompeium nouos milites. Cum aduerſarijs autem pepigit vt dimiſsis octo legionibus, Tranſalpináque Gallia, duæ ſibi legiones, & Ciſalpina prouincia, vel etiam vna legio cum Illyrico, concederetur, quoad C O S. fieret.

XXX. V E R V M neque ſenatu interueniente, & aduerſarijs negantibus vllam ſe de rep. facturos pactionem, tranſijt in citeriorem Galliam: conuentibuſque peractis, Rauennæ ſubſtitit, bello vindicaturus, ſi quid de tribunis plebis intercedentibus pro ſe, grauius à ſenatu conſtitutum eſſet. Et prætextum quidem illi ciuilium armorum hoc fuit: cauſſas autem alias fuiſſe opinantur. Cn. Pompeius ita dictitabat, quòd neque opera conſummare quæ inſtituerat, neque populi exſpectationem, quam de aduentu ſuo fecerat, priuatis opibus explere poſſet, turbare omnia ac permiſcere voluiſſe.. Alij timuiſſe dicunt ne eorum quæ primo conſulatu aduerſus auſpicia legéſque & interceſsiones geſsiſſet, rationem reddere cogeretur: cùm M. Cato identidem, nec ſine iureiurando, denuntiaret, delaturum ſe nomen eius, ſimulac primùm exercitum dimiſiſſet: cumque vulgò fore prædicarent vt ſi priuatus rediſſet, Milonis exemplo circumpoſitis armatis cauſſam apud iudices diceret. Quod probabilius facit Aſinius Pollio, Pharſalica acie cæſos profligatóſque aduerſarios proſpicientem, hæc eum ad verbum dixiſſe referens, Hoc voluerunt: tantis rebus geſtis C. Cæſar condemnatus eſſem, niſi ab exercitu auxilium petijſſem. Quidam putant captum imperij conſuetudine, penſitatíſque ſuis & inimicorum viribus, vſum occaſione rapiendæ dominationis, quam ætate prima concupiſſet. Quod exiſtimaſſe videbatur & Cicero, ſcribens de officijs tertio libro, ſemper Cæſarem in ore habuiſſe Euripidis verſus, quos ſic ipſe conuertit:

Nam ſi violandum eſt ius, regnandi gratia
Violandum eſt: alijs rebus pietatem colas.

XXXI. C V M ergo ſublatam tribunorum interceſsionem, ipſóſq; vrbe ceſsiſſe nuntiatum eſt, præmiſsis confeſtim clàm cohortibus, ne qua ſuſpicio moueretur, & ſpectaculo publico per diſsimulatioñe interfuit, & formam, qua ludum gladiatorium erat ædificaturus, conſiderauit, & ex conſuetudine conuiuio ſe frequenti dedit. Dein poſt Solis occaſum, mulis è proximo piſtrino ad vehiculum iunctis, occultiſsimum iter modico comitatu ingreſſus eſt: & cùm luminibus exſtinctis deceſsiſſet via, diu errabundus, tandem ad lucem duce reperto, per anguſtiſsimos tramites pedibus euaſit: conſecutuſque cohortes ad Rubiconem flumen, qui prouinciæ eius finis erat, paullum conſtitit: ac reputans quantũ moliretur, conuerſus ad proximos, Etiam nunc, inquit, regre-

A regredi poſſumus: quòd ſi ponticulum tranſierimus, omnia armis agenda erunt.

CVNCTANTI oſtentum tale factum eſt. Quidam eximia magnitudine & forma, in proximo ſedens repentè apparuit, arundine canens: ad quem audiendum, cùm præter paſtores, plurimi etiam ex ſtationibus milites concurriſſent, interque eos & æneatores, rapta ab vno tuba proſiluit ad flumen: & ingenti ſpiritu claſsicum exorſus pertendit ad alteram ripam. Tunc Cæſar, Eatur, inquit, quò Deorum oſtenta, & inimicorum iniquitas vocat. Iacta alea eſt, inquit. XXXII.

ATQVE ita traiecto exercitu, adhibitis tribunis pleb. qui pulſi ſuperuenerant, pro concione fidem militum flens, ac veſte à pectore diſciſſa, inuocauit. Exiſtimatur etiam equeſtres cenſus pollicitus ſingulis: quod accidit opinione falſa. Nam cùm in alloquendo exhortandoque, ſæpius digitum læuæ manus oſtentans, affirmaret ſe ad ſatisfaciendum omnibus, per quos dignitatem ſuam defenſurus eſſet, anulum quoque æquo animo detracturum ſibi: extrema concio, cui facilius erat videre concionantem, quàm audire, pro dicto accepit quod viſu ſuſpicabatur: promiſſumque ius anulorum cum millibus quadringenis fama diſtulit. XXXIII. B

ORDO & ſumma rerum quas deinceps geſsit, ſic ſe habent: Picenum, Vmbriam, Etruriam occupauit: & L. Domitio, qui per tumultum ſucceſſor ei nominatus, Corfinium præſidio tenebat, in deditionem redacto, atque dimiſſo, ſecundùm ſuperum mare Brundiſium tetendit, quò COSS. Pompeiúſque confugerant, quàm primùm transfretaturi. hos fruſtra per omnes moras exitu prohibere conatus, Romam iter conuertit: appellatíſque de rep. patribus, validiſsimas Pompeij copias, quæ ſub tribus legatis M. Petreio, & L. Afranio, & M. Varrone in Hiſpania erant, inuaſit: profeſſus antè inter ſuos, ire ſe ad exercitum ſine duce, & inde reuerſurum ad ducem ſine exercitu. Et quamquam obſidione Maſsiliæ, quæ ſibi in itinere portas clauſerat, D ſummaque frumentariæ rei pænuria retardante, breui tamen omnia ſubegit. XXXIV. C

HINC vrbe repetita, in Macedoniam tranſgreſſus, Pompeium per quatuor pæne menſeis maximis obſeſſum operibus, ad extremum Pharſalico prælio fudit: & fugientem Alexandriam perſecutus, vt occiſum deprehendit, cum Ptolemæo rege, à quo ſibi quoque inſidias tendi videbat, bellum ſanè difficillimum geſsit: neque loco, neq; tempore æquo, ſed hieme anni, & intra mœnia copioſiſsimi ac ſolertiſsimi hoſtis, inops ipſe rerum omnium, atque imparatus. Regnum Aegypti victor, Cleopatræ fratrique eius minori permiſit: veritus prouinciam XXXV.

facere ne quandoque violentiorem præſidem nacta, nouarum rerum A materia eſſet. Ab Alexandria in Syriam, & inde Pontum tranſijt, vrgentibus de Pharnace nuntijs: quem Mithridatis Magni filium, ac tunc occaſione temporum bellantem, iámque multiplici ſucceſſu præferocem, intra quintum, quàm adfuerat, diem, quatuor, quibus in conſpectum venit, horis, vna profligauit acie: crebrò commemorans Pompeij felicitatem, cui præcipua militiæ laus de tam imbelli genere hoſtium contigiſſet. Dehinc Scipionem ac Iubam, reliquias partium in Africa refouenteis, deuicit: Pompeij liberos in Hiſpania.

XXXVI. OMNIBVS ciuilibus bellis nullam cladem, niſi per legatos ſuos, paſſus eſt: quorum C. Curio in Africa perijt: C. Antonius in Illy- B rico in aduerſariorum deuenit poteſtatem: P. Dolabella claſſem in eodem Illyrico, Cn. Domitius Caluinus in Ponto exercitum amiſerunt. Ipſe proſperrimè ſemper, ac ne ancipiti quidem vmquam fortuna, prçterquam bis dimicauit: ſemel ad Dyrrachium, vbì pulſus, non inſtante Pompeio, negauit eum vincere ſcire: iterum in Hiſpania vltimo prælio, cùm deſperatis rebus etiam de conſciſcenda nece cogitauit.

XXXVII. CONFECTIS bellis, quinquies triumphauit, poſt deuictum Scipionem quater eodem menſe, ſed interiectis diebus: & rurſus ſemel poſt ſuperatos Pompeij liberos. Primum & excellentiſsimum triumphum egit Gallicum, ſequentem Alexandrinum, deinde Ponticum, C huic proximum Africanum, nouiſsimum Hiſpanienſem, diuerſo quemque apparatu & inſtrumento. Gallici triumphi die Velabrum præteruehens pæne curru excuſſus eſt, axe diffracto: adſcendítque Capitolium ad lumina, quadraginta elephantis dextra atque ſiniſtra lychnuchos geſtantibus. Pontico triumpho inter pompæ fercula trium verborum prætulit titulum, VENI. VIDI. VICI. non acta belli ſignificantem, ſicut cæteri, ſed celeriter confecti notam.

XXXIIX. VETERANIS legionibus prædæ nomine in pedites ſingulos ſuper bina ſeſtertia quæ initio ciuilis tumultus numerauerat, in equites vicena quaterna millia nummûm dedit, aſsignauit & agros, ſed non D continuos, ne quis poſſeſſorum expelleretur. Populo præter frumenti denos modios, ac totidem olei libras, trecenos quoque nummos, quos pollicitus olim erat, viritim diuiſit: & hoc amplius, centenos pro mora. Annuam etiam habitationem Romæ vſque ad bina millia nummûm, in Italia non vltra quingenos ſeſtertios remiſit. Adiecit epulum ac viſcerationem, & poſt Hiſpanienſem victoriam duo prandia. Nam cùm prius parcè, neque pro liberalitate ſua præbitum iudicaret, quinto pòſt die aliud largiſsimum præbuit.

XXXIX. EDIDIT ſpectacula varij generis: munus gladiatorium, ludos etiam

A etiam regionatim vrbe tota,& quidem per omnium linguarum hiſtriones: item circenſes, athletas, naumachiam. Munere in foro depugnauit Furius Leptinus, ſtirpe prætoria, & Q. Calpenus ſenator quondam actórque cauſſarum. Pyrricham ſaltauerunt Aſiæ Bithyniǽque principum liberi. Ludis Decimus Laberius eques Romanus mimum ſuum egit: donatuſque quingentis ſeſtertijs, & anulo aureo, ſeſſum in quatuordecim è ſcena per orcheſtram tranſijt. Circenſibus, ſpatio circi ab vtraque parte producto, & in gyrum Euripo addito, quadrigas bigáſq;, & equos deſultorios agitauerunt nobiliſsimi iuuenes. Troiam luſit turma duplex, maiorum minorúmque puerorum. Venationes editæ per B dies quinque: ac nouiſsimè pugna diuiſa in duas acies: quingenis peditibus, elephantis vicenis, tricenis equitibus hinc & inde cõmiſsis. Nam quò laxiùs dimicaretur, ſublatæ metæ, inque earum locum bina caſtra ex aduerſo conſtituta erant. Athletæ, ſtadio ad tempus exſtructo in regione Martij campi certauerunt per triduum. Nauali prælio in minore Codeta defoſſo lacu, biremes ac triremes, quadriremeſque, Tyriæ & Aegyptiæ claſſes, magno pugnatorum numero conflixerunt. Ad quæ omnia ſpectacula tantum vndique confluxit hominum, vt plerique aduenæ aut inter vicos aut inter vias tabernaculis poſitis manerent: ac ſæpe præ turba eliſi exanimatíque ſint plurimi, & in his duo ſe-C natores.

CONVERSVS hinc ad ordinandum Reip. ſtatum, faſtos correxit, iam pridem vitio Pontificum per intercalandi licentiam adeò turbatos, vt neque meſsium feriæ æſtati, neque vindemiarum autumno competerent. Annúmque ad curſum Solis accommodauit, vt trecentorum ſexaginta quinque dierum eſſet: & intercalario menſe ſublato, vnus dies quarto quoque anno intercalaretur. Quò autem magis in poſterum ex Kalendis Ianuarijs nobis temporum ratio congrueret, inter Nouembrem ac Decembrem menſem, interiecit duos alios: fuítque is annus, quo hæc conſtituebantur, XV. menſium cum intercalario, qui D ex conſuetudine in eum annum inciderat. XXXX.

SENATVM ſuppleuit, particios allegit: prætorum, ędilium, quæſtorum, minorum etiam magiſtratuum numerum ampliauit: nudatos opere cenſorio, aut ſententia iudicum de ambitu condemnatos, reſtituit. Comitia cum populo partitus eſt: vt exceptis conſulatus competitoribus, de cætero numero candidatorum, pro parte dimidia, quos populus vellet, pronuntiarentur: pro parte altera, quos ipſe edidiſſet. Et edebat per libellos circum tribus miſſos ſcriptura breui, Cæſar dictator illi tribui. Commendo vobis illum, & illum, vt veſtro ſuffragio ſuam dignitatem teneant. Admiſit ad honores & præſcriptorum liberos. Iu- XXXXI.

dicia ad duo genera iudicum redegit, equeſtris ordinis ac ſenatorij: tribunos ærarios, quod erat tertium, ſuſtulit. Recenſum populi, nec more, nec loco ſolito, ſed vicatim per dominos inſularum egit: atque ex viginti trecentiſque millibus accipientium frumentum è publico, ad centum quinquaginta retraxit. Ac ne qui noui cœtus recenſionis cauſſa moueri quandoque poſſent, inſtituit, quotannis in demortuorum locum ex his qui recenſiti non eſſent, ſubſortitio à prætore fieret. A

XLII. OCTOGINTA autem ciuium millibus in tranſmarinas colonias diſtributis, vt exhauſtæ quoque vrbis frequentia ſuppeteret, ſanxit, Ne quis ciuis maior annis viginti, minórve XL. qui ſacramento non teneretur, plus triennio continuo Italia abeſſet: neu quis ſenatoris filius, niſi contubernalis, aut comes magiſtratus, peregrè proficiſceretur: néve hi qui pecuariam facerent, minus tertia parte puberum ingenuorum inter paſtores haberent. Omnéſque medicinam Romæ profeſſos, & liberalium artium doctores, quò libentiùs & ipſi vrbem incolerent, & cæteri appeterent, ciuitate donauit. De pecunijs mutuis, diſiecta nouarum tabularum exſpectatione, quæ crebrò mouebatur, decreuit tandem, vt debitores creditoribus ſatisfacerent, per æſtimationem poſſeſsionum, quanti quaſque ante ciuile bellum comparaſſent, deducto ſummæ æris alieni, ſi quid vſuræ nomine numeratum, aut perſcriptum fuiſſet: qua conditione quarta pars fere crediti deperibat. Cuncta collegia, præter antiquitus conſtituta, detraxit. Pœnas facinorū auxit: & cùm locupletes eo faciliùs ſcelere ſe obligarent, quòd integris patrimonijs exſulabant, parricidas, vt Cicero ſcribit, bonis omnibus, reliquos dimidia parte multauit. B C

XLIII. Ius laborioſiſsimè ac ſeueriſsimè dixit. Repetundarum conuictos etiam ordine ſenatorio mouit. Diremit nuptias prætorij viri, qui digreſſam à marito poſt biduum ſtatim duxerat, quamuis ſine probri ſuſpicione. Peregrinarum mercium portoria inſtituit. Lecticarum vſum, item conchyliatæ veſtis, & margaritarum, niſi certis perſonis & ætatibus, pérque certos dies, ademit. Legem præcipuè ſumtuariam exercuit: diſpoſitis circa macellum cuſtodibus, qui opſonia contra vetitum retinerent, deportarentque ad ſe, ſubmiſsis nonnumquam lictoribus atque militibus: qui ſi quà cuſtodes fefelliſſent, iam appoſita è triclinio auferrent. D

XLIV. IAM de ornanda inſtruendáque vrbe, item de tuendo ampliandóque imperio, plura ac maiora in dies deſtinabat. In primis Martis templum, quantum nuſquam eſſet, exſtruere, repleto & complanato lacu, in quo naumachiæ ſpectaculum ediderat: theatrúmq; ſummæ magnitudinis Tarpeió monti accubans. Ius ciuile ad certum modum redigere,

A gere, atque ex immenſa diffuſaque legum copia, optima quæque & neceſſaria in paucisſimos conferre libros. Bibliothecas Græcas & Latinas, quas maximas poſſet, publicare, data M. Varroni cura comparandarum ac digerendarum. Siccare Pomptinas paludes: emittere Fucinum lacum: viam munire à mari ſupero per Apennini dorſum ad Tiberim vſque: perfodere Iſthmum: Dacos, qui ſe in Pontum & Thraciam effuderant, coërcere: mox Parthis inferre bellum per Armeniam minorem, nec niſi antè expertos aggredi prælio. Talia agentem atque meditantem mors præuenit: de qua priùs quàm dicam, ea quæ ad formam & habitum, & cultum & mores, nec minus quæ ad ciuilia & bellica eius ſtudia B pertineant, non alienum erit ſummatim exponere.

FVISSE traditur excelſa ſtatura, colore cãdido, teretibus membris, ore paulò pleniore, nigris vegetíſque oculis, valetudine proſpera: niſi quòd tempore extremo repente animo linqui, atque etiam per ſomnum exterreri ſolebat. Comitiali quoque morbo bis inter res agendas correptus eſt. Circa corporis curam moroſior, vt non ſolùm tonderetur diligenter, ac raderetur, ſed velleretur etiam; vt quidam exprobrauerunt: caluitij verò deformitatem iniquisſimè ferret, ſæpe obtrectatorum iocis obnoxiam expertus. Ideóque & deficientem capillum reuocare à vertice aſſueuerat: & ex omnibus decretis ſibi à ſenatu populóque C honoribus, non aliud aut recepit aut vſurpauit libentiùs, quàm ius laureæ perpetuò geſtandæ. Etiam cultu notabilem ferunt. Vſum enim lato clauo ad manus fimbriato, nec vt vmquam aliter quàm ſuper eum cingeretur, & quidem fluxiore cinctura. Vnde emanaſſe Sullæ dictum, optimates ſæpius admonentis, vt malè præcinctum puerum cauerent. XLV.

HABITAVIT primò in Subura modicis ædibus: poſt autem pontificatum maximum, in Sacra via domo publica. Munditiarum lautitiarúmque ſtudioſisſimum multi prodiderunt. Villam in Nemorenſi à fundamentis inchoatam, magnóq; ſumtu abſolutam, quia non D tota ad animum ei reſponderat, totam diruiſſe, quamquam tenuem adhuc & obæratum. In expeditionibus teſſellata & ſectilia pauimenta circumtuliſſe. XLVI.

BRITANNIAM petîſſe ſpe margaritarum, quarum amplitudinem conferentem, interdum ſua manu exegiſſe pondus. Gemmas, toreumata, ſigna, tabulas operis antiqui ſemper animoſisſimè comparaſſe: ſeruitia recentiora politioráque, immenſo pretio, & cuius ipſum etiam puderet, ſic vt rationibus vetaret inferri. XLVII.

CONVIVATVM aſsiduè per prouincias duobus triclinijs: vno, quo ſagati palliatíve; altero, quo togati cum illuſtrioribus prouinciarum XLVIII.

ciarum diſcumberent. Domeſticam diſciplinam in paruis ac maioribus A
rebus diligenter adeò ſeuereque rexit, vt piſtorem, alium quàm ſibi panem conuiuis ſubjicientem, compedibus vinxerit: libertum gratiſsimũ, ob adulteratam equitis Romani vxorem, quamuis nullo querente, capitali pœna affecerit.

XLIX. PVDICITIAE eius famam nihil quidem præter Nicomedis contubernium læſit, graui tamen & perenni opprobrio, & ad omnium conuitia expoſito. Omitto Calui Licinij notiſsimos verſus:

Bithynia quicquid & pædicator Cæſaris
Vmquam habuit.

Prætereo actiones Dolabellæ & Curionis patris, in quibus eum Dolabella pellicem reginæ, ſpondam interiorem regiæ lecticæ, ac Curio ſtabulum Nicomedis, & Bithynicum fornicem dicunt. Miſſa etiam facio edicta Bibuli, quibus proſcripſit collegam ſuum, Bithynicam reginam: eíque regem antea fuiſſe cordi, nunc eſſe regnum. Quo tempore, vt M. Brutus refert, Octauius etiam quidam, valetudine mentis liberiùs dicax, cõuentu maximo cùm Pompeium regem appellaſſet, ipſum reginam ſalutauit. Sed C. Memmius etiam ad cyathum & vinum Nicomedi ſtetiſſe obiecit, cum reliquis exoletis, pleno conuiuio, accubantibus nonnullis vrbicis negotiatoribus, quorum refert nomina. Cicero verò non contentus in quibuſdam epiſtolis ſcripſiſſe, à ſatellitibus eum in cubiculum regium eductum, in aureo lecto, veſte purpurea decubuiſſe, floremque ætatis à Venere orti, in Bithynia contaminatum: quondam etiam in ſenatu defendenti Nyſæ cauſſam, filiæ Nicomedis, beneficiaque regis in ſe commemoranti, Remoue, inquit, iſtæc oro te: quando notum eſt, & quid ille tibi, & quid illi tu dederis. Gallico denique triumpho milites eius inter cætera carmina, qualia currum proſequentes iocula riter canunt; etiam vulgatiſsimum illud pronunciauerunt:

Gallias Cæſar ſubegit, Nicomedes Cæſarem:
Ecce Cæſar nunc triumphat, qui ſubegit Gallias: D
Nicomedes non triumphat, qui ſubegit Cæſarem.

L. PRONVM & ſumtuoſum in libidines fuiſſe conſtans opinio eſt, plurimáſque & illuſtres fœminas corrupiſſe: in quibus Poſtumiam Seruij Sulpicij, Lolliam Auli Gabinij, Tertullam M. Craſsi, etiam Cn. Pompeij Muciam. Nam certè Pompeio, & à Curionibus patre & filio, & à multis exprobatum eſt, quòd cuius cauſſa poſt tres liberos exegiſſet vxorem, & quem gemens Aegiſthum appellare conſueſſet, eius poſtea filiam potentiæ cupiditate in matrimonium recepiſſet. Sed ante alias dilexit M. Bruti matrem Seruiliam: cui & proximo ſuo conſulatu ſexagies

A agies H S. margaritam mercatus eſt: & bello ciuili ſuper alias donatio-
nes, ampliſsima prædia ex auctionibus haſtæ ei nummo addixit. Cùm
quidem pleriſque vilitatem mirantibus, facetiſsimè Cicero, Quò me-
lius, inquit, emtum ſciatis, Tertia deducta eſt: exiſtimabatur enim Ser-
uilia, etiam filiam ſuam Tertiam Cæſari conciliare.

NE prouincialibus quidem matrimonijs abſtinuiſſe, vel hoc di- LI.
ſticho apparet, iactato æquè à militibus per Gallicum triumphum:

Vrbani ſeruate vxores, mœchum caluum adducimus.
Aurum in Gallia effutuiſti: heic ſumpſiſti mutuum.

DILEXIT & reginas, inter quas Eunoën Mauram, Bogudis LII.
B vxorem: cui, maritoque eius, plurima & immenſa tribuit, vt Naſo ſcri-
pſit: ſed maximè Cleopatram, cum qua & conuiuia in primam lucem
ſæpe protraxit, & eadem naue thalamego pæne Aethiopia tenus Aegy-
ptum penetrauit, niſi exercitus ſequi recuſaſſet. Quam denique accitam
in vrbem, non niſi maximis honoribus præmiiſque auctam remiſit: fi-
liumque natum appellare nomine ſuo paſſus eſt. Quem quidem non-
nulli Græcorum ſimilem quoque Cæſaris & forma & inceſſu tradide-
runt. M. Antonius agnitum etiam ab eo, ſenatui affirmauit: quæ ſcire
C. Matium, & C. Oppium, reliquoſque Cæſaris amicos: quorum C.
Oppius, quaſi planè defenſione ac patrocinio res egeret, librum edidit,
C Non eſſe Cæſaris filium quem Cleopatra dicat. Heluius Cinna Trib.
pleb. pleriſque confeſſus eſt, habuiſſe ſe ſcriptam paratámque legem,
quam Cæſar ferre iuſsiſſet, cùm ipſe abeſſet, vti vxores liberorum
quærendorum cauſſa, quas & quot vellet ducere liceret. Ac ne cui du-
bium omnino ſit, & impudicitiæ eum, & adulteriorum flagraſſe infa-
mia, Curio pater quadam eum oratione, omnium mulierum virum, &
omnium virorum mulierem appellat.

VINI parciſsimum ne inimici quidem negauerunt. Verbum M. LIII.
Catonis eſt, Vnum ex omnibus Cæſarem ad euertendam Remp. ſo-
brium acceſsiſſe. Nam circa victum C. Oppius adeò indifferentem do-
D cet, vt quondam ab hoſpite conditum oleum, pro viridi appoſitum, aſ-
pernantibus cæteris ſolum etiam largiùs dicat appetiſſe, ne hoſpitem aut
negligentiæ, aut ruſticitatis videretur arguere.

ABSTINENTIAM neque in imperijs neque in magiſtrati- LIIII.
bus præſtitit. Vt enim quidam monumentis ſuis teſtati ſunt, in Hiſ-
pania à proconſule, & à ſocijs pecunias accepit, emendicatas in auxilium
æris alieni: & Luſitanorum quædam oppida, quamquam nec impera-
ta detrectarent, & aduenienti portas patefacerent, diripuit hoſtiliter. In
Gallia fana templáque Deûm donis referta expilauit: vrbes diruit,
ſæpius ob prædam quàm ob delictum: vnde factum vt auro abun-

daret, ternisque millibus nummûm in libras promercale, per Italiam A
prouinciáſque diuideret. In primo conſulatu tria millia pondo auri furatus è Capitolio, tantumdem inaurati æris repoſuit. Societates ac regna pretio dedit: vt qui vni Ptolemæo propè ſex millia talētorum ſuo Pompeiíque nomine abſtulerit. Poſtea verò euidentiſsimis rapinis ac ſacrilegijs, & onera bellorum ciuilium, & triumphorum ac munerum ſuſtinuit impendia.

LV. ELOQVENTIA militarique re aut æquauit præſtantiſsimorum gloriam, aut exceſsit. Poſt accuſationem Dolabellæ, haud dubiè principibus patronis annumeratus eſt. Certè Cicero ad Brutum o- B
ratores enumerans, negat ſe videre cui Cæſar debeat cedere: aítque eum elegantem, ſplendidam quoque, ac etiam magnificam ac generoſam quodammodo rationem dicendi tenere. & ad Cornelium Nepotem de eodem ita ſcripſit. Quid? oratorum quem huic antepones eorum qui nihil aliud egerunt? Quis ſententijs aut acutior, aut crebrior? Quis verbis aut ornatior, aut elegantior? Genus eloquentiæ duntaxat adoleſcens adhuc Strabonis Cæſaris ſecutus videtur: cuius etiam ex oratione, quæ inſcribitur Pro Sardis, ad verbum nonnulla tranſtulit in Diuinationem ſuam. Pronuntiaſſe autem dicitur voce acuta, ardenti motu geſtuque, non ſine venuſtate. Orationes aliquas reliquit, inter quas temerè quæ- C
dam feruntur: vt Pro Q. Metello: quam non immeritò, Auguſtus exiſtimat magis ab actuarijs exceptam, malè ſubſequentibus verba dicentis, quàm ab ipſo editam. Nam in quibuſdam exemplaribus inuenio, ne inſcriptam quidem Pro Metello, ſed, quam ſcripſit Metello, cùm ex perſona Cæſaris ſermo ſit, Metellum ſeque aduerſus communium obtrectatorum criminationes purgantis. Apud milites quoque in Hiſpania, idem Auguſtus orationem eſſe vix ipſius putat: quæ tamen duplex fertur: vna, quaſi priore habita prælio: altera, poſteriore: quo Aſinius Pollio ne tempus quidem concionandi habuiſſe eum dicit, ſubita hoſtium incurſione. D

LVI. RELIQVIT & rerum ſuarum Commentarios, Gallici ciuiliſque belli Pompeiani. Nam Alexandrini, Africíque & Hiſpanienſis, incertus, auctor eſt. Alij enim Oppium putant, alij Hirtium: qui etiam Gallici belli nouiſsimum imperfectúmque librum ſuppleuerit. De cōmentarijs Cæſaris Cicero in eodem libro ſic refert. Commentarios ſcripſit valde quidem probandos: nudi ſunt, recti, & venuſti, omni ornatu orationis, tamquam veſte detracta: ſed dum voluit alios habere parata vnde ſumerent, qui vellent ſcribere hiſtoriã, ineptis gratum fortaſſe fecit, qui illa volunt calamiſtris inurere, ſanos quidem homines à ſcribendo deterruit. De eiſdem commentarijs Hirtius ita prædicat, Adeò proban-

A probantur omnium iudicio, vt prærepta, non præbita facultas ſcriptoribus videatur. Cuius tamen rei maior noſtra quàm reliquorum eſt admiratio. Cæteri enim quàm bene atque emendatè, nos etiam quàm facilè atque celeriter eos perſcripſerit, ſcimus. Pollio Aſinius parum diligenter, parumque integra veritate compoſitos putat: cùm Cæſar pleraq; & quæ per alios erant geſta, temerè crediderit; & quæ per ſe, vel conſultò, vel etiam memoria lapſus, perperam ediderit: exiſtimatq; reſcripturum & correcturum fuiſſe. Reliquit & de analogia libros duos, & Anticatones totidem, ac præterea poëma quod inſcribitur Iter. Quorũ librorum primos, in tranſitu Alpium, cùm ex citeriore Gallia, conuentibus peractis ad exercitum rediret: ſequentes, ſub tempus Mundenſis prælij fecit: nouiſsimum, dum ab vrbe in Hiſpaniam vlteriorem IIII. & XX. die peruenit. Epiſtolæ quoq; eius ad ſenatum exſtãt, quas primùm videtur ad paginas & formam memorialis libelli conuertiſſe, cùm ante COSS. & duces nonniſi tranſuerſa charta ſcriptas mitterent. Exſtant & ad Ciceronẽ, item ad familiares domeſticis de rebus: in quibus ſi qua occultiùs perferenda erant, per notas ſcripſit, id eſt, ſic ſtructo litterarum ordine, vt nullum verbum effici poſſet: quæ ſi quis inueſtigare & perſequi vellet, quartã elementorum litteram, id eſt, d pro a, & perinde reliquas commutet. Feruntur & à puero, & ab adoleſcentulo, quædam ſcripta: C vt Laudes Herculis, tragœdia Oedipus: item Dicta collectanea. quos omnes libellos vetuit Auguſtus publicari, in epiſtola quam breuem admodum ac ſimplicem, ad Pompeium Macrum, cui ordinandas bibliothecas delegauerat, miſit.

ARMORVM & equitandi peritiſsimus, laboris vltra fidem patiens erat: in agmine, nonnumquam equo, ſæpius pedibus, anteibat, capite detecto, ſeu ſol, ſeu imber eſſet. Longiſsimas vias incredibili celeritate confecit, expeditus, meritoria rheda, centena paſſuum millia in ſingulos dies: ſi flumina morarentur, nando trajiciens, vel innixus inflatis vtribus, vt perſæpe nuntios de ſe præuenerit. LVII.

D IN obeundis expeditionibus, dubium cautior an audentior. Exercitum neque per inſidioſa itinera duxit vmquam, niſi perſpeculatus locorum ſitus: neque in Britanniam tranſuexit, niſi antè per ſe portus & nauigationem, & acceſſum ad inſulam exploraſſet. At idem obſeſſione caſtrorum in Germania nuntiata, per ſtationes hoſtium Gallico habitu penetrauit ad ſuos. A Brundiſio Dyrrachium inter oppoſitas claſſes hieme tranſmiſit. Ceſſantibusque copijs, quas ſubſequi iuſſerat, cùm ad arceſſendas fruſtrà ſæpe miſiſſet, nouiſsimè ipſe clàm noctu paruulum nauigium ſolus obuoluto capite conſcendit: neque aut quis eſſet antè detexit, aut gubernatorem cedere aduerſæ LVIII.

tempeſtati paſſus eſt, quàm pæne obrutus fluctibus. A

LIX. NE religione quidem vlla à quoquam incepto abſterritus vmquam vel retardatus eſt. Cùm immolanti aufugiſſet hoſtia, profectionem aduerſus Scipionem & Iubam non diſtulit. Prolapſus etiam in egreſſu nauis, verſo ad melius omine, Teneo te, inquit, Africa. Ad eludendas autem vaticinationes, quibus felix & inuictum in ea prouincia fataliter Scipionum nomen ferebatur, deſpectiſsimum quendam ex Corneliorum genere, cui ad opprobrium vitæ Salutioni cognomen erat, in caſtris ſecum habuit.

LX. PRAELIA non tantùm deſtinatò, ſed ex occaſione ſumebat: ac B ſæpe ab itinere ſtatim, interdum ſpurciſsimis tempeſtatibus, cùm minimè quis moturum putaret: nec niſi tempore extremo ad dimicandum cunctantior factus eſt. Quò ſæpius viciſſet, hoc minus experiendos caſus opinans: nihilque ſe tantum acquiſiturum victoria, quantum auferre calamitas poſſet. Nullum vmquam hoſtem fudit, quin caſtris quoque exueret: ita nullum ſpatium perterritis dabat. Ancipiti prælio equos dimittebat, & in primis ſuum, quo maior permanendi neceſsitas imponeretur, auxilio fugæ erepto.

LXI. VTEBATVR autem equo inſigni, pedibus propè humanis, & in modum digitorum vngulis fiſsis: quem natum apud ſe, cùm haruſpices imperium orbis terræ ſignificare domino pronuntiaſſent, magna cura aluit: nec patientem ſeſſoris alterius, primus adſcendit: cuius etiam inſtar pro æde Veneris genitricis poſtea dedicauit. C

LXII. INCLINATAM aciem ſolus ſæpe reſtituit, obſiſtens fugientibus, retinensq; ſingulos, & contortis faucibus conuertens in hoſtem: & quidem adeò plerumq; trepidos, vt aquilifer moráti cuſpide ſit comminatus: alius in manu detinentis reliquerit ſignum.

LXIII. NON minora illa conſtantiæ eius, immo maiora etiam, indicia fuerunt: Poſt aciem Pharſalicam, cùm præmiſsis in Aſiam copijs, per anguſtias Helleſponti vectoria nauicula trajiceret, L. Caſsium partis aduerſæ cum decem roſtratis nauibus obuium ſibi, neque refugit: D & cominus tendens, vltro ad deditionem hortatus, ſupplicem ad ſe recepit.

LXIV. ALEXANDRIAE, circa oppugnationem pontis, eruptione hoſtium ſubita compulſus in ſcapham, pluribus eòdem præcipitantibus cùm deſiliſſet in mare, nando per CC. paſſus, euaſit ad proximam nauem, elata læua, ne libelli, quos tenebat, madefierent: paludamentum mordicus trahens, ne ſpolio potiretur hoſtis.

LXV. MILITEM neque à moribus neque à fortuna probabat, ſed tantùm à viribus: tractabatque pari ſeueritate atque indulgentia. Non enim

A enim vbique ac ſemper, ſed cùm hoſtis in proximo eſſet, coërcebat: tum maximè exactor grauiſsimus diſciplinæ, vt neque itineris, neque prælij tempus denuntiaret: ſed paratum & intentum momentis omnibus, quò vellet, ſubitò educeret. Quod etiam ſine cauſſa plerumque faciebat, præcipuè pluuijs, & feſtis diebus. Ac ſubinde obſeruandum ſe admonens, repentè interdiu vel nocte ſubtrahebat: augebatque iter, vt ſerius ſubſequentes defatigaret.

FAMA verò hoſtilium copiarum perterritos non negando, minuendóve, ſed inſuper amplificando, ementiendóque confirmabat. Itaque cùm exſpectatio aduentus Iubæ terribilis eſſet, conuocatis ad concionem militibus, Scitote, inquit, paucisſimis his diebus regem affuturum cum X. legionibus, equitum XXX, leuis armaturæ C. millibus, elephantis CCC. Proinde deſinant quidam quærere vltrà, aut opinari, mihique qui compertum habeo, credant: aut quidem vetuſtiſſima naue impoſitos, quocumque vento, in quaſcumque terras iubebo auehi. LXVI.

B

DELICTA neque obſeruabat omnia, neque pro modo exſequebatur: ſed desertorum ac ſeditioſorum & inquiſitor & punitor acerrimus, conniuebat in cæteris. Ac nonnunquam poſt magnam pugnam atque victoriam, remiſſo officiorum munere, licentiam omnem paſsim laſciuiendi permittebat: iactare ſolitus, milites ſuos etiam vnguentatos bene pugnare poſſe: nec milites eos pro concione, ſed blandiori nomine commilitones appellabat: habebatque tam cultos, vt argento & auro politis armis ornaret: ſimul & ad ſpeciem, & quò tenaciores eorum in prælio eſſent metu damni. Diligebat quoque vſqueadeò, vt audita clade Tituriana, barbam capillumque ſummiſerit: nec ante demſerit quàm vindicaſſet. Quibus rebus & deuotiſsimos ſibi, & fortiſsimos reddidit. LXVII.

C

INGRESSO ciuile bellum, centuriones cuiuſque legionis ſingulos equites è viatico ſuo obtulerunt: & vniuerſi milites gratuitam & ſine frumento ſtipendióque operam, cùm tenuiorum tutelam locupletiores in ſe contuliſſent. Neque in tam diuturno ſpatio quiſquam omnino deſciuit: plerique capti conceſſam ſibi ſub conditione vitam, ſi militare aduerſus eum vellent, recuſârunt. Famem & cæteras neceſsitates, non cùm obſiderentur modò, ſed & ſi alios ipſi obſiderent, tantopere tolerabant, vt Dyrrachina munitione Pompeius, viſo genere panis ex herba, quo ſuſtinebantur, cum feris ſibi rem eſſe dixerit: amoueriq; ocyus, nec cuiquam oſtendi, iuſſerit: ne patientia & pertinacia hoſtis animi ſuorum frangerentur. Quanta fortitudine dimicauerint, teſtimonio eſt, quòd aduerſo ſemel apud Dyrrachium prælio, pœnam in ſe LXVIII.

D

vltro depopoſcerunt: vt conſolandos eos magis imperator quàm pu- A
niendos habuerit. Cæteris prælijs innumeras aduerſariorum copias multis partibus ipſi pauciores facilè ſuperauerunt. Denique vna ſextę legionis cohors præpoſita caſtello, quatuor Pompeij legiones per aliquot horas ſuſtinuit, pæne omnis confixa multitudine hoſtilium ſagittarum, quarum centum ac triginta millia intra vallum reperta ſunt. Nec mirum, ſi quis ſingulorum facta reſpiciat, vel Caſsij Scæuæ centurionis, vel C. Acilij militis, ne de pluribus referam. Scæua excuſſo oculo, transfixus femore & humero, centum & viginti ictibus ſcuto perforato, cuſtodiam portæ commiſsi caſtelli retinuit. Acilius nauali ad Maſsiliam prælio, iniecta in puppem hoſtium dextra, & abſciſſa, memorabi- B
le illud apud Græcos Cynægiri exemplum imitatus, tranſiliuit in nauem, vmbone obuios agens.

LXIX. SEDITIONEM per X. annos Gallicis bellis nullam omnino mouerunt, ciuilibus aliquas: ſed vt celeriter ad officium redierint, nec tam indulgentia ducis quàm auctoritate. Non enim ceſsit vmquam tumultuantibus, atque etiam obuiam ſemper ijt. Et nonam quidem legionem apud Placentiam, quamquam adhuc in armis Pompeius eſſet, totam cum ignominia miſſam fecit: ægreq; poſt multas & ſupplices preces, nec niſi exacta de ſontibus pœna, reſtituit.

LXX. DECVMANOS autem Romæ cum ingentibus minis, ſum- C
moque etiam vrbis periculo, miſsionem & præmia flagitantes, ardente tunc in Africa bello, neque adire cunctatus eſt, quamquam deterrentibus amicis, neque dimittere: ſed vna voce, qua Quirites eos pro militibus appellârat, tam facilè circumegit & flexit, vt ei milites eſſe confeſtim reſponderint: & quamuis recuſantem vltrò in Africam ſint ſecuti: ac ſic quoque ſeditioſiſsimum quemque & prædæ & agri deſtinati tertia parte multauit.

LXXI. STVDIVM & fides erga clientes, ne iuueni quidem defuerunt. Maſintham nobilem iuuenem, cùm aduerſus Hiempſalem regem tam enixè defendiſſet, vt Iubæ regis filio in altercatione barbam iuuaſerit, ſti- D
pendiarium quoque pronunciatum, & abſtrahentibus ſtatim eripuit, occultauitque apud ſe diu: & mox ex prætura proficiſcens in Hiſpaniam, inter officia proſequentium, faſcéſque lictorum, lectica ſua auexit.

LXXII. AMICOS tanta ſemper facilitate indulgentiaque tractauit, vt C. Oppio comitanti ſe per ſilueſtre iter correptoque ſubita valetudine, & in diuerſorio loco, quod vnum erat, ceſſerit: ac ipſe humi ac ſub diuo cubuerit. Iam autem rerum potens, quoſdam etiam infimi generis ad ampliſsimos honores prouexit. Cùm ob id culparetur, profeſſus eſt palàm,

A lām, ſi graſſatorum & ſicariorum ope in tuenda ſua dignitate vſus eſſet, talibus quoque ſe parem gratiam relaturum.

SIMVLTATES contrà nullas tam graues excepit vmquam, vt non occaſione oblata libens deponeret. C. Memmij, cuius aſperrimis orationibus non minore acerbitate reſcripſerat, etiam ſuffragator mox in petitione conſulatus fuit. C. Caluo poſt famoſa epigrammata de reconciliatione per amicos agenti, vltrò ac prior ſcripſit. Valerium Catullum, à quo ſibi verſiculis de Mamurra perpetua ſtigmata impoſita non diſsimulauerat, ſatisfacientem, eadem die adhibuit cenæ: hoſpitioque patris eius, ſicut conſueuerat, vti perſeuerauit. LXXIII.

B SED & in vlciſcendo natura leniſsimus: piratas, à quibus captus eſt, cùm in deditionem redegiſſet, quoniam ſuffixurum ſe cruci antè iurauerat, iugulari prius iuſsit, deinde ſuffigi. Cornelio Phagitæ, cuius quondam nocturnas inſidias ægrè ac latens ne perduceretur ad Sullam, vix præmio dato euaſerat, numquam nocere ſuſtinuit. Philemonem à manu ſeruum, qui necem ſuam per venenum inimicis promiſerat, non grauius quàm ſimplici morte punijt. In P. Clodium Pompeiæ vxoris ſuæ adulterum, atque eadem de cauſa pollutarum cerimoniarum reum teſtis citatus, negauit ſe quidquam comperiſſe: quamuis & mater Aurelia, & ſoror Iulia, apud eoſdem iudices omnia ex fide retuliſſent. Interrogatusq́;, cur igitur repudiaſſet vxorem, Quoniam, inquit, meos tam ſuſpicione quàm crimine iudico carere oportere. LXXIV.

C MODERATIONEM verò clementiámque, tum in adminiſtratione, tum in victoria belli ciuilis, admirabilem exhibuit. Denuntiante Pompeio, pro hoſtibus ſe habiturum, qui Reipubl. defuiſſent: ipſe medios & neutrius partis, ſuorum ſibi numero futuros pronuntiauit. Quibus autem ex commendatione Pompeij, ordines dederat, poteſtatem tranſeundi ad eum omnibus fecit. Motis apud Ilerdam deditionis conditionibus, cùm aſsiduo inter vtraſque partes vſu atque cōmercio, Afranius ac Petreius deprehenſos intra caſtra Iulianos ſubita pœnitentia interfeciſſent, admiſſam in ſe perfidiam non ſuſtinuit imitari. Acie Pharſalica proclamauit vt ciuibus parceretur: deincepsq́; nemini nō ſuorum quem vellet vnum partis aduerſæ ſeruare conceſsit: nec vlli periſſe, niſi in prælio reperiuntur, exceptis dumtaxat Afranio & Fauſto & L. Cæſare iuuene: ac ne hos quidem voluntate ipſius interemtos putāt: quorum tamen & priores poſt impetratam veniam rebellauerant: & Cæſar libertis ſeruiſque eius ferro & igni crudelem in modum enectis, beſtias quoque ad munus populi comparatas contrucidauerant. Denique tempore extremo etiam quibus nondum ignouerat, cunctis in Italiam redire permiſit, magiſtratúſque & imperia capere. Sed & ſtatuas L. Sullæ LXXV.

D

Sullæ atque Pompeij, à plebe diſiectas, repoſuit. Ac ſi qua poſthac aut A
cogitarentur grauius aduerſus ſe, aut dicerentur, inhibere maluit quàm vindicare. Itaque & detectas coniurationes, conuentúſque nocturnos, non vltrà arguit, quàm vt edicto oſtenderet eſſe ſibi notas: & acerbè loquentibus ſatis habuit pro concione denuntiare ne perſeuerarent. Auliq́ue Cæcinæ criminoſiſsimo libro, & Pitholai carminibus maledicentiſsimis, laceratam exiſtimationem ſuam, ciuili animo tulit.

LXXVI. PRAEGRAVANT tamen cætera facta, dictáque eius, vt & abuſus dominatione, & iure cæſus exiſtimetur. Non enim honores modò nimios recepit, vt continuum conſulatum, perpetuam dictaturam,
præfecturamque morum, inſuper prænomen imperatoris, cognomen B
patris patriæ, ſtatuam inter reges, ſuggeſtum in orcheſtra: ſed & ampliora etiam humano faſtigio decerni ſibi paſſus eſt: ſedem auream in curia & pro tribunali, thenſam & ferculum Circenſi pompa, templa, aras, ſimulacra iuxta Deos, puluinar, flaminem, Lupercos, appellationem menſis è ſuo nomine. Ac nullos non honores ad libidinem cepit, & dedit. Tertium & quartum conſulatum titulo tenus geſsit, contentus Dictaturæ poteſtate decretæ cum conſulatibus ſimul: atque vtroque anno binos conſules ſubſtituit ſibi in ternos nouiſsimos menſes: ita vt medio tempore comitia nulla habuerit, præter tribunorum & ædilium plebis:
præfectoſque pro prætoribus conſtituerit, qui præſente ſe res vrbanas C
adminiſtrarent. Pridie autem Kal. Ianuarias repentina conſulis morte ceſſantem honorem in paucas horas petenti dedit. Eadem licentia ſpreto patriæ more, magiſtratus in plures annos ordinauit. Decem prætorijs viris conſularia ornamenta tribuit. Ciuitate donatos, & quoſdam è ſemibarbaris Gallorum recepit in curiam. Præterea monetæ, publicíſq; vectigalibus, peculiares ſeruos præpoſuit. Trium legionum, quas Alexandriæ relinquebat, curam, & imperium Rufini liberti ſui filio, exoleto ſuo, demandauit.

LXXVII. NEC minoris impotentiæ voces propalàm edebat, vt T. Ampius
ſcribit: Nihil eſſe Remp. appellationem modò, ſine corpore, ac ſpecie. D
Sullam neſciſſe litteras, qui Dictaturam depoſuerit. Debere homines conſideratius iam loqui ſecum, ac pro legibus habere quæ dicat. Eóque arrogantiæ progreſſus eſt, vt haruſpice triſtia & ſine corde exta ſacro quodam nuntiante, futura diceret lætiora, cùm vellet: nec pro oſtento ducendum ſi pecudi cor defuiſſet.

LXXIIX. VERVM præcipuam & inexpiabilem ſibi inuidiam hinc maximè mouit: Adeuntes ſe cum plurimis honorificentiſsimíſque decretis, vniuerſos patres conſcriptos ſedens pro æde Veneris genitricis excepit. Quidam putant retentum à Cornelio Balbo, cùm conaretur aſſurgere:

alij ne

A alij ne conatum quidem omnino, ſed etiam admonentem C. Trebatium, vt aſſurgeret, minus familiari vultu reſpexiſſe. Idque factum eius tanto intolerabilius eſt viſum, quod ipſe triumphanti, & ſubſellia tribunitia præteruehenti ſibi, vnum è collegio Pontium Aquilam non aſſurrexiſſe adeò indignatus ſit, vt proclamauerit: Repete ergo à me Aquila Remp. tribunus: & nec deſtiterit per continuos dies quidquam cuiquam, niſi ſub exceptione polliceri, ſi tamen per Pontium Aquilam licuerit.

ADIECIT ad tam inſignem deſpecti ſenatus contumeliam, multo arrogantius factum. Nam cùm ſacrificio Latinarum reuertente eo inter immodicas ac nouas populi acclamationes, quidam è turba ſtatuæ eius coronam lauream candida faſcia præligatam impoſuiſſet: & tribuni plebis Epidius Marullus, Cæſetiúſque Flauus coronæ faſciam detrahi, hominemque duci in vincula iuſsiſſent, dolens ſeu parum proſperè motam regni mentionem, ſiue, vt ferebat, ereptam ſibi gloriam recuſandi, tribunos grauiter increpitos poteſtate priuauit: neque ex eo infamiam affectati etiam regij nominis diſcutere voluit: quamquam & plebei regem ſe ſalutanti, Cæſarem ſe, non Regem eſſe reſponderit: & Lupercalibus, pro Roſtris à conſule Antonio admotum ſæpius capiti ſuo diadema repulerit, atque in Capitolium Ioui Op. Max. miſerit. Quinetiam varia fama percrebruit, migraturum Alexandriam vel Ilium, tranſlatis ſimul opibus imperij, exhauſtaque Italia delectibus, & procuratione vrbis amicis permiſſa: proximo autem ſenatu L. Cottam Quindecimvirum ſententiam dicturum: vt, quoniam libris fatalibus contineretur, Parthos, niſi à rege, non poſſe vinci, Cæſar rex appellaretur. LXX (B, C in margin)

QVAE cauſa coniuratis maturandi fuit deſtinata negotia, ne aſſentiri neceſſe eſſet. Conſilia igitur diſperſim antea habita, & quæ ſæpe bini ternív e ceperant, in vnum omnes contulerunt: ne populo quidem iam præſenti ſtatu læto, ſed clàm palámq; detrectante dominationem, atque aſſertores flagitante. Peregrinis in ſenatum allectis libellus propoſitus eſt: Bonum factum: Ne quis ſenatori nouo curiam mõſtrare velit. & illa vulgò canebantur, LXXX. (D in margin)

Gallos Cæſar in triumphum ducit. ijdem in curia
Galli bracas depoſuerunt, latum clauum ſumſerunt.

Q. Maximo ſuffecto, trimeſtríque conſule threatrum introeunte, cùm lictor animaduerti ex more iuſsiſſet, ab vniuerſis conclamatum eſt: Non eſſe conſulem eum. Poſt remotos Cæſetium & Marullum tribunos, reperta ſunt proximis comitijs complura ſuffragia, conſules eos de-

clarantium. Subſcripſêre quidam L. Bruti ſtatuæ: Vtinam viueres. A Item ipſius Cæſaris ſtatuæ: Brutus, quia reges eiecit, conſul primus factus eſt: Hic quia conſules eiecit, rex poſtremò factus eſt. Conſpiratum eſt in eum à LX. amplius, C. Caſsio, Marcelloque & D. Bruto principibus conſpirationis. Qui primùm cunctati, vtrúmne illum in campo per comitia tribus ad ſuffragia vocantem partibus diuiſis è ponte dejicerent, atque exceptum trucidarent: an in ſacra via vel in aditu theatri adorirentur: poſtquam ſenatus Idibus Martijs in Pompeij curiam edictus eſt, facilè tempus & locum prætulerunt.

XXCI. SED Cæſari futura cædes euidentibus prodigijs denuntiata eſt. B Paucos ante menſes cùm in colonia Capua deducti lege Iulia coloni, ad exſtruendas villas ſepulchra vetuſtiſsima disjicerent, idque eo ſtudioſiùs facerent, quòd aliquantum vaſculorum operis antiqui ſcrutantes reperiebant: tabula ænea in monumento, in quo dicebatur Capys, conditor Capuæ, ſepultus, inuenta eſt, conſcripta litteris verbiſque Græcis, hac ſententia, Quandoque oſſa Capyis detecta eſſent, fore vt Iulo prognatus manu conſanguineorum necaretur, magníſque mox Italiæ cladibus vindicaretur. Cuius rei, ne quis fabuloſam aut commenticiam putet, auctor eſt Cornelius Balbus, familiariſsimus Cæſaris. Proximis diebus equorum greges, quos in trajiciendo Rubicone C flumine conſecrârat, ac vagos & ſine cuſtode dimiſerat, comperit pertinaciſsimè pabulo abſtinere, vbertimque flere. Et immolantem haruſpex Spurinna monuit, caueret periculum, quod non vltra Martias Idus proferretur. Pridie autem eaſdem Idus, auem regaliolum, cum laureo ramulo Pompeianæ curię ſe inferentem, volucres varij generis ex proximo nemore perſecutæ, ibidem diſcerpſerunt. Ea verò nocte cui illuxit dies cædis, & ipſe ſibi viſus eſt per quietem interdum ſupra nubes volitare, aliàs cum Ioue dextram iungere. Et Calpurnia vxor imaginata eſt, collabi faſtigium domus, maritumque in gremio ſuo confodi: ac ſubitò cubiculi fores ſponte patuerunt. Ob hæc ſimul & ob infirmam valetudinem diu cunctatus, an ſe contineret, & quæ apud ſenatum propoſuerat, agere differret: tandem D. Bruto adhortante, ne frequentes ac iam dudum opperienteis deſtitueret, quinta ferè hora progreſſus eſt: libellumque inſidiarum indicem, ab obuio quodam porrectum, libellis cæteris, quos ſiniſtra manu tenebat, quaſi mox lecturus, commiſcuit. Dein pluribus hoſtijs cæſis, cùm litare non poſſet, introijt curiam, ſpreta religione: Spurinnámque irridens, & vt falſum arguens, quòd ſine vlla noxa Idus Martiæ adeſſent: quamquam is veniſſe quidem eas diceret, ſed non præterijſſe.

ASSI-

A ASSIDENTEM conſpicati, ſpecie officij circumſteterunt: XXCII.
illicóque Cimber Tullius, qui primas partes ſuſceperat, quaſi aliquid rogaturus, propius acceſsit: renuentíque, & geſtu in aliud tempus differenti, ab vtroque humero togam apprehendit: deinde clamantem, Iſta quidem vis eſt, alter Caſsius aduerſum vulnerat paullùm infra iugulum. Cæſar Caſsij brachium arreptum graphio traiecit: conatuſque proſilire, alio vulnere tardatus eſt. Vtque animaduertit vndique ſe ſtrictis pugionibus peti, toga caput obuoluit: ſimul ſiniſtra manu ſinum ad ima crura deduxit, quò honeſtiùs caderet, etiam inferiore corporis parte velata. Atque ita tribus & viginti plagis confoſſus eſt, vno
B modò ad primum ictum gemitu ſine voce edito. Etſi tradiderunt quidam, M. Bruto irruenti dixiſſe, Καὶ σὺ εἶ εκείνων, καὶ σὺ τέκνον; Exanimis diffugientibus cunctis aliquamdiu iacuit, donec lecticæ impoſitum, dependente brachio, tres ſeruuli domum retulerunt. Nec in tot vulneribus, vt Antiſtius medicus exiſtimabat, lethale vllum repertum eſt; niſi quod ſecundo loco in pectore acceperat. Fuerat animus coniuratis, corpus occiſi in Tiberim trahere, bona publicare, acta reſcindere: ſed metu M. Antonij conſulis, & magiſtri equitum Lepidi, deſtiterunt.

POSTVLANTE ergo L. Piſone ſocero, teſtamentum eius XXCIII.
C aperitur: recitatúrque in Antonij domo, quod Idibus Septembribus proximis in Lauicano ſuo fecerat, demandaueratque virgini Veſtali maximæ. Q. Tubero tradit, heredem ab eo ſcribi ſolitum ex conſulatu ipſius primo, vſque ad initium ciuilis belli, Cn. Pompeium: idque militibus pro concione recitatum. Sed nouiſsimo teſtamento tres inſtituit heredes ſororum nepotes, C. Octauium ex dodrante, & L. Pinarium, & Q. Pedium ex quadrante reliquo: in ima cera C. Octauium etiam in familiam noménque adoptauit: pluréſque percuſſorum in tutoribus filij, ſi quis ſibi naſceretur, nominauit: D. Brutum etiam in ſecundis heredibus. Populo hortos circa Tiberim publicè, & viritim trecenos
D ſeſtertios, legauit.

FVNERE indicto, rogus exſtructus eſt in Martio cam- XXCIV.
po iuxta Iuliæ tumulum: & pro Roſtris aurata ædes ad ſimulacrum templi Veneris Genitricis collocata: intraque lectus eburneus, auro ac purpura ſtratus: & ad caput tropæum, cum veſte in qua fuerat occiſus. Præferentibus munera, quia ſuffecturus dies non videbatur, præceptum eſt vt omiſſo ordine, quibus quiſque vellet itineribus vrbis, portaret in campum. Inter ludos cantata ſunt quædam ad miſerationem, & inuidiam cædis eius, accommoda-

ta ex Pacuuij Armorum iudicio:

Men' me ſeruaſſe, vt eſſent qui me perderent?

Et ex Electra Attij alia ad ſimilem ſententiam. Laudationis loco conſul Antonius per præconem pronuntiauit Sen. conſ. quo omnia ei diuina ſimul atque humana decreuerat: item iuſiurandum, quo ſe cuncti pro ſalute vnius adſtrinxerant: quibus perpauca à ſe verba addidit. Lectum pro Roſtris in Forum magiſtratus & honoribus functi detulerunt. Quem cùm pars in Capitolini Iouis cella cremare, pars in curia Pompeij, deſtinaret, repentè duo quidam gladijs ſuccincti, ac bina iacula geſtantes, ardentibus cereis ſuccenderunt: confeſtimque circumſtantium turba virgulta arida, & cum ſubſellijs tribunalia, quidquid præterea ad donum aderat, congeſsit: deinde tibicines & ſcenici artifices veſtem, quam ex inſtrumento triumphorum ad præſentem vſum induerant, detractam ſibi, atque diſciſſam, iniecere flammæ: & veteranorum militum legionarij, arma ſua, quibus exculti funus celebrabãt. Matronæ etiam pleræque ornamenta ſua quæ gerebant, & liberorum bullas atque prætextas. In ſummo publico luctu exterarum gentium multitudo circulatim ſuo quæque more lamentata eſt: præcipueque Iudæi, qui etiam noctibus continuis buſtum frequentârunt.

XXCV. PLEBS ſtatim à funere ad domum Bruti & Caſsij cum facibus tetendit: atque ægrè repulſa, obuium ſibi Heluium Cinnam, per errorem nominis, quaſi Cornelius is eſſet quem grauiter pridie concionatum de Cæſare, requirebat, occidit: caputque eius præfixum haſtæ circumtulit. Poſtea ſolidam columnam propè XX. pedum lapidis Numidici in foro ſtatuit: ſcripſitque, PARENTI PATRIAE. Apud eandem longo tempore, ſacrificare, vota ſuſcipere, controuerſias quaſdam interpoſito per Cæſarem iureiurando diſtrahere, perſeuerauit.

XXCVI. SVSPICIONEM Cæſar quibuſdam ſuorum reliquit, neque voluiſſe ſe diutius viuere, neque curaſſe, quòd valetudine minus proſpera vteretur: ideoque & quæ religiones monerent, & quæ renunciarent amici, neglexiſſe. Sunt qui putent confiſum eum nouiſsimo illo Senat. conſ. ac iureiurando, etiam cuſtodias Hiſpanorum cum gladijs ſectantium ſe, remouiſſe. Alij è diuerſo opinantur, inſidias vndique imminentes ſubire ſemel confeſſum ſatius eſſe, quàm cauere ſemper. Alij ferunt dicere ſolitum, non tam ſua quàm Reip. intereſſe vti ſaluus eſſet: ſe iam pridem potentiæ gloriæq; abundè adeptum: Remp. ſi quid ſibi eueniret, neque quietam fore, & aliquanto deteriore conditione ciuilia bella ſubituram.

ILLVD

A ILLVD planè inter omnes ferè conſtitit,talem ei mortem pæne XXCVII.
ex ſententia obtigiſſe. Nam & quondam cùm apud Xenophontem le-
giſſet, Cyrum vltima valetudine mandaſſe quædam de funere ſuo,
aſpernatus tam lentum mortis genus, ſubitam ſibi celerémque opta-
uerat. Et pridie quàm occideretur, in ſermone nato ſuper cœnam,
apud M. Lepidum, quíſnam eſſet finis vitæ commodiſsimus, repenti-
num inopinatumq́ue prætulerat.

PERIIT ſexto & quinquageſimo ætatis anno: atque in deorum XXCVIII
numerum relatus eſt, non ore modò decernentium, ſed & perſuaſione
B vulgi. Siquidem ludis, quos primò conſecratos ei heres Auguſtus ede-
bat, ſtella crinita per ſeptem dies continuos fulſit, exoriens circa vnde-
cimam horam. Creditumq́ue eſt, animam eſſe Cæſaris in cælum re-
cepti: & hac de cauſſa ſimulacro eius in vertice additur ſtella. Curiam,in
qua occiſus eſt, obſtrui placuit: Iduſq́ue Martias parricidium nomina-
ri: ac ne vmquam eo die ſenatus ageretur.

PERCVSSORVM autem ferè, neque triennio quiſquam XXCIX.
amplius ſuperuixit, neque ſua morte defunctus eſt. Damnati omnes, a-
lius alio caſu perijt: pars naufragio, pars prælio, nonnulli ſemet eodem
illo pugione quo Cæſarem violauerant, interemerunt.

A LVDOVICI NONNI

COMMENTARIVS

IN

C. IVLII CAESARIS

B *NOMISMATA.*

TABVLA PRIMA.

CAESAR IMPERATOR. Cæſar Laurea- 1.
tus cum Lituo Augurali, & Sympulo, ſiue Cape-
dine vt alijs placet. Imperatoris nomen illi indi-
tum primùm, cùm Prætor Calæcos & Luſitanos
in Hiſpania vlteriore deuiciſſet, vt auctor eſt Plu-
tarchus. nam vt hoc obiter moneam; nomen Im-
C peratoris veteribus bifariam vſurpatum, vno mo-
do pro quocumque exercitus duce, qui ſuis auſpi-
cijs rem gereret, atque Imperium, ſeu ius belli gerendi haberet. Altero
verò modo Imperatoris nomen accipitur, pro eo duce qui iuſto prœlio
hoſtes ſuperaſſet, quod illi nomen militum ſtudio imponi moris erat;
Tacitus III. Annalium. *Tiberius id quoque Blæſo tribuit, vt Imperator
à legionibus ſalutaretur, priſco erga duces honore, qui bene geſta Republica, gau-
dio & impetu Victoris exercitus conclamabatur.* quod etiam florente Repub.
& libertate factum videmus. Cicero lib. V. Epiſt. XX. ad Atticum.
*Magnum numerum hoſtium cecidimus; caſtella munitiſsima cepimus, incendi-
D mus, Imperatores appellati ſumus.* Hinc in nomiſmatis videmus IMP.
V. IMP. X. ſignificatur enim toties illum Victoria parta Imperato-
rem ſalutatum fuiſſe, ſiue præſens rem confeciſſet, ſiue per legatos. nam
licèt legati ſiue quæſtores ſecundum prœlium abſente exercitus Duce
confeciſſent, tamen non ipſi, ſed Dux, cuius auſpicijs pugnârant, Impe-
rator ab exercitu ſalutabatur: hinc cæſis à Germanico hoſtibus, vt au-
ctor eſt Tacitus, *Miles in loco prœlij Tiberium Imperatorem ſalutauit:* quo-
ties verò cumquè Imperatoris nomen in nummis vel Inſcriptionibus
præponitur, vt IMPERATOR CAESAR AVGVSTVS,
tum Principem deſignat, & Prænomen eſt, vt ſuo loco dicemus.

Adeſt

Adeſt Lituus, Augurum inſigne, quo Cæli regiones partiebantur, A
cum Auguria obſeruarent; Sympulum etiam conſpicitur. De quo Feſtus Pompeius. *Sympulum vas paruum non diſsimile cyatho, quo vinum in ſacrificijs libabatur.* quod etiam Simpuuium aliquibus dictum Iuuenalis Satyra VI.

Simpuuium ridere Numæ, nigrumque Catinum.

Vetus Scholiaſtes, *Simpuuium autem, quia omnes Sacerdotes ſimul bibebant, inde Simpuuiatrix illa dicitur, quæ porrigit poculum ipſum.*

VI. CAESAR IMPERATOR. Pone caput Stella eſt, quę diuerſa eſt à Cometa illo qui vertici eius appingitur. quare crederem ad B
Veneris Stellam referendam, tanquam ad maternum Sydus.

Quod Venus ante alios Aſtrorum diligit ignes.

Accedit quod in nummis non ſpectatur Cometæ typus cùm crinibus, niſi poſt Cæſaris mortem, quod DIVI. inſcriptio declarat, Stella verò Veneris, ante eius mortem occipitio eius paſsim adponitur, quod à Venere oriundus eſſet.

VII. & IX. ΓΑΙΟΥ ΙΟΥΛΙΟΥ ΚΑΙΣΑΡΟΣ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ. *Cai Iuli Cæſaris Imperatoris.*

X. Caput Iulij Laurea Coronatum, adeſt Caduceus & Lauri ramus. Fœlicitatis ſolet Caduceus vel Pacis eſſe Symbolum. vt pridem C
obſeruârunt Antiquitatis periti. Cur verò Lauream Cæſar vbiq; geſtat, docet Suetonius Cap. XLV. *Caluitij deformitatem iniquiſsimè tulit, ſæpe obtrectatorum iocis obnoxiam expertus, ideoq; & deficientem capillum reuocare à vertice adſueuerat, & ex omnibus decretis ſibi à Senatu Populoq; honoribus, non aliud recepit aut vſurpauit libentius, quam ius Laureæ perpetuo geſtandæ.*

XII. CAESAR IMPERATOR. Lituus cum poculo anſato, quod omnes Præfericulum vocant, quia in ſacrificijs præferebatur. Feſtus tamen Præfericulum vocat, *vas æneum, ſine anſa, patens ſummum, velut peluis, quo ad ſacrificia vtebantur.* alij guttum ſeu guttur- D
nium vocant, nec alienus ab hac forma eſt Feſtus. *Gutturnium vas, ex quo aqua in manus datur: ab eo quod propter oris anguſtiam guttatim fluat.*

TABVLA II.

1. ΓΑΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ΑΡΧΙΕΡΗΣ ΜΕΓΙΣΤΟΣ. C. *Cæſar Imperator Pontifex Maximus.* defuncto Metello Pio Pont. Maximo, Cæſar iuuenis adhuc, priuſquam Pręturam geſsiſſet, Pontificatum Maximum adeptus, ſuperatis potentiſsimis competitoribus Q. Luctatio Catulo, & P. Seruilio Iſaurico; Suetonius Cap. XIII. *Depoſita prouinciæ ſpe Pontificatum Maximum petijt, non ſine*

A *ſine profuſiſsima largitione; in qua reputans magnitudinem æris alieni, cum manè ad Comitia deſcenderet, prædixiſſe matri oſculanti fertur, domum ſe niſi Pontificem non reuerſurum, atque ita potentiſsimos duos competitores, multumque ætate ac dignitate antecedentes ſuperauit, vt plura ipſe in eorum tribubus ſuffragia, quam vterq; in omnibus tulerit.*

CAESAR DICTATOR. Dictaturam inuaſit Cæſar, anno V. C. DCCV. refert Dion M. Aemylium Lepidum (qui poſtea triumuir fuit) Prætorem, populo conſuluiſſe vt Cæſarem Dictatorem dicerent, idq; præter morem patriũ factum. Dictator enim à conſulibus tantùm dicebatur. Simulatque Cæſar Romam venit, Dictaturã iniuit,
B idq; pacata iam Hiſpania & profligatis Afranio & Petreio Põpei Legatis.

ΓΑΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ΟΥΠΑΤΟΣ. B. *C. Cæſar Imperator* Conſul. II. P. Seruilio Iſaurico Collega ſecundum conſulatum Cæſar iniuit, pacata iam Italia, & compoſitis iam vrbanis rebus, priuſquam aduerſus Pompeium qui in Theſſalia hybernabat proficiſceretur.

ΓΑΙΟΣ ΙΟΥΛΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ΔΟΥΚΤΑΤΩΡ. *Caius Iulius Cæſar Imperator Dictator.*

ΓΑΙΟΣ ΙΟΥΛΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ ΟΥΠΑΤΟΣ ΤΡΙΤΟΝ. *C. Iulius Cæſar Conſul.* III. Conſulatum tertium cum M. Lepido Cæſar geſsit Anno V. C. DCCVII.

ΓΑΙΟΥ ΙΟΥΛΙΟΥ ΚΑΙΣΑΡΟΣ ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡΟΣ ΔΟΥΚΤΑΤΩΡΟΣ. C. Iulij Cæſaris Imperatoris Dictatoris.

TABVLA III.

CAESAR DICTATOR TERTIO PONTIFEX MAXIMVS. Tertio Dictator Creatus Cæſar Magiſtrum Equitum legit M. Lepidum anno ab V.C. DCCVIII. cum quo & tertium conſulatum geſsit.

CAESAR AVGVR PONTIFEX MAXIMVS. Cæſar Laureato capite cum Apice. Erat autem Apex, auctore Feſto, *Sacerdotum inſigne, dictus ab eo, quod comprehendere vinculo, antiqui Apere dicebãt; vnde aptus is, qui conuenienter alicui iunctus eſt.* Cuius ſummum faſtigium Tutulus dicebatur, infra verò dependent quaſi duo amenta, quæ pileum ſub mento retinebant; quæ quod ſe mutuo offenderent, & conuenirent Offendices dicebantur antiquis. Hoc Apice vtebatur Pontifex Max. & Flamines omnes: ſed Dialis Flamen peculiarem Pileum habebat, Albogaleium dictum, quod ex alba hoſtia Ioui cæſa fieret. qui plura de Apice V. Cl^mi. Philippi Rubeni electa conſulat.

Augurum olim magna dignitas, quam à Romulo inſtitutam ferunt, qui & Auguralis diſciplinæ peritiſsimus fuit. Primo tres tantùm fuerunt, mox aucti numero, Collegium Augurum inſtitutum; qui inter illos maior ætate erat cæteris præerat,& Collegij Magiſter dicebatur. quorũ officiũ erat, ex auibus vaticiniũ obſeruare, ſignaq; rerũ futurarũ & Dijs monita contemplari. de quibus fusè Cicero lib. II. de Legibus. A

CAESAR PONTIFEX MAXIMVS DICTATOR TERTIO. Cæſar cum Laurea & Lituo, velato capite. Moris olim erat vt ſacrificaturi caput velarent,cuius rei cauſſam tangit Virgilius III. Aeneidos.

Et poſitis aris iam vota in littore ſolues:
Purpureo velare comas adopertus amictu.
Nequa inter ſanctos ignes, in honore Deorum
Hoſtilis facies occurrat, & omina turbet.

Quo loco Seruius, *ſane ſciendum, ſacrificantes Dijs omnibus, caput velare conſuetos ob hoc, ne ſe inter religionem aliquid vagis offerat obtutibus, excepto tantùm Saturno, ne numinis imitatio eſſe videretur.*

CAESAR PARENS PATRIAE. Cæſar velato capite, cum Apice & Lituo. Parentis Patriæ nomen à ſenatu illi datũ, vt Dion & Suetonius ferunt, idq; ſuperato ad Mundã Sexto Põpeio,ac ciuilibus bellis paſsim compoſitis.Cur verò Imperatoribus hoc nomen inditũ,aperit Dion lib. LIII. *Patris autem nomen licet ius aliquod eis in ſubditos tribuit, quale eſt parentum in liberos; tamen initio non in hunc finem impoſitum eſt, ſed honoris gratia, vtq; admonitioni ipſis eſſet, vt ſubditos liberorum loco, hiq; rurſus ipſos velut parentes ſuos charos habeant.*

CAESAR DICTATOR QVARTO. Debellatis in Hiſpania Pompei liberis, Cæſar IIII. Dictaturam geſsit cum M. Antonio Magiſtro Equitum.

CAESAR AVGVR. IMPERATOR QVINTO. CONSVL QVARTO. Cæſar velato capite, cum Lituo Auguris inſigni,quintum Imperator à Victore exercitu ſalutatus, quartum Conſulatum, ſecundum Faſtos anno V. C. DCC. VII. ſine Conlega geſsit,& honore Dictaturæ contentus,illũ abdicauit;atq; eius loco ſuffecti conſules Q. Fabius Maximus, C. Trebonius Aſper. Fuerunt autem hi primi Conſules Suffecti & Honorarij, vt Faſti docent.

CAESAR AVGVR IMP. SEXT. COS. QVINT. Conſulatum quintum cùm M. Antonio geſsit Cęſar,ſecundum Faſtos Anno V. C. DCCIX. ſecundum verò Dionem DCCX.

CAESAR DICTATOR PERPETVO. Auctor eſt Plutarchus Cæſari perpetuam Dictaturam oblatam poſt Hiſpanienſem

Triumphum, cum ciues reſpirationem aliquam inteſtinis malis ex vnius principatu adhiberi poſſe crederent, ea verò confeſſa erat dominatio, cum perpetuitatem regni ipſa vindicaſſet impunitas atque licentia.

CAESAR COS. QVINT. DICTATOR PERPETVO. Cæſari conceſſum quod ante eum nemini permiſſum fuit, vt vno eodemque tempore Conſul ſimul & Dictator eſſet; ſed titulo tenus conſulatum tantùm gerebat; cùm enim vt Dictator omnia in Rep. poſset, conſulis dignitatem alijs tribuebat, vt facilius ea quæ promiſerat præſtaret. Suetonius. *Tertium & quartum conſulatum titulo tenus geſſit, contentus Dictaturæ poteſtate decretæ cum Conſulatibus ſimul, atque vtroque anno binos Conſules ſubſtituit in ternos nouiſſimos menſes.*

TABVLA IIII.

PRIORES quatuor nummi de Dictatore perpetuo loquuntur, de quo iam diximus: Cæteri verò de Cæſare poſt mortem in Deos relato.

DIVO IVLIO. Vel DIVI IVLI. Cæſar eſt Laureato capite cum Stella nunc ante frontem, nunc poſt ceruicem. Veneris ſtellam ſuprà dixi, in honorem ſcilicet Cæſaris qui à Venere ſe ortum ducere gloriabatur, vnde Templum Veneri Genitrici dicatum; Diuus autem Iulius poſt mortem vocatus, quod in Deorum numerum relatus ſit. Suetonius cap. LXXXVIII. *Perijt VI. & L. ætatis anno, atque in Deorum numerum relatus eſt non ore modo decernentiū, ſed & perſuaſione vulgi: Siquidem ludis quos primo conſecratos ei hæres Auguſtus edebat, ſtella crinita per ſeptem dies continuos fulſit, exoriens circa vndecimam horam, creditumque eſt animam eſſe Cæſaris in cælum recepti, & hac de cauſſa ſimulachro eius in vertice additur ſtella.* Propertius lib. IIII.

At Pater Idalio miratus Cæſar ab aſtro
Sum Deus, & noſtri ſanguinis iſta fides.

TABVLA V.

DIVOS IVLIVS DIVI F. nummus hic ab Auguſto in honorem Iuli Cæſaris auunculi ſui ſignatus fuit, à quo in filium adoptatus; hac de cauſſa ab vna parte Iulius capite Laureato, ab altera Auguſtus.

DIVO IVLIO. Cæſar Laureatus cum cometa in vertice vt etiam infra conſpicitur. Plinius lib. II. cap. XXV. Ex verbis Auguſti,

ijs ipſis ludorum meorum diebus, Sidus crinitum per ſeptem dies in regione cœli quæ ſub Septentrionibus eſt conſpectum, id oriebatur circa vndecimam horam diei, clarumque & omnibus terris conſpicuum fuit. eo ſidere ſignificari vulgus credidit Cæſaris animam inter Deorum immortalium numina receptam, quo nomine id inſigne ſimulachro capitis eius quod mox in foro conſecrauimus adiectum eſt.

DIVI IVLI. IMPERATOR DIVI FILIVS. Caput Iuli & Auguſti vt etiam vltimo nomiſmate, Sed hic interiecta eſt Palma, nummus hic etiam ab Auguſto in Cæſaris honorem cuſus.

ΓΑΙΟΣ ΙΟΥΛΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ ΘΕΟΣ. *C. Iulius Cæſar Deus.* Caput Iulij radiatum & Diademate cinctum. Poſt Apotheoſim corona radiata eſt ornatus, vt Deum ſcilicet decet; propriè autem Soli hæc corona tribuitur, illisque qui genus ab illo ducunt. Virgilius lib. XII.

ingenti mole Latinus
Quadriiugo vehitur curru, cui tempora circum
Aurati bis ſex radij fulgentia cingunt,
Solis aui ſpecimen.

TABVLA VI.

AENEAS patrem Anchiſem humeris geſtat, & Palladium dextra. Iulij enim originem ſuam ad AEneam & Venerem referunt; vnde in ſequenti nummo Veneris effigies. Ouidius lib. V. Faſtorum.

Hinc videt Æneam oneratum pondere charo,
Et tot Iuleæ nobilitatis auos.

ΙΛΙΩΝ ΒΙΣ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Goltzius explicat, Ilienſium bis repopulatorum, quòd bis eo noui coloni miſsi fuerint, & χορὸν hominum etiam conuentum ſignificare dicit. Aeneas Patrem & Palladium geſtat, & videtur neſcio quis præcurrere, fortè eſt Aſcanius, licèt non omninò ſecundùm Virgilij mentem Aeneidos II.

Hæc fatus, latos humeros ſubiectaque colla
Veſte ſuper, fuluique inſternor pelle Leonis,
Succedoque oneri: dextræ ſe paruus Iulus
Implicuit, ſequiturque patrem non paſsibus æquis.

in eo etiam Poëta à nummis diſſenſit, quod dicat ſacra ab Anchiſa geſtata, non ab Aenea, vt nummi docent.

Tu genitor cape ſacra manu, patrioſque Penates.
Me bello ex tanto digreſſum, & cæde recenti

Attrectar

A *Attrectare nefas: donec me flumine viuo*
Abluero.

IIII. Elephas eſt cum litteris Punicis. ad originem cognominis Cæſarum reſpicit: nam vt auctor eſt Aelius Spartianus, *Cæſarem vel ab Elephanto (qui Punica lingua Cæſa dicitur) in prœlio Cæſo, eum qui primus ſic appellatus eſt, Doctiſsimi & eruditiſsimi viri putant dictum: Vel quia mortua matre, ventre cæſo ſit natus: vel quod cum magnis crinibus ſit vtero parentis effuſus: vel quod oculis cæſijs, & vltra humanum modum viguerit; certè quæcumq; illa fœlix neceſsitas fuit, vnde tam clarum, & duraturum cum mundi æterni-*
B *tate nomen effloruit.* Seruius preſsiùs rem tangit: *Cæſar, vel quod cæſo matris ventre natus eſt, vel quod auus eius in Africa manu propria occidit Elephantum, qui Cæſar dicitur Pœnorum lingua.*

V. hæret mihi hic aqua, & de nummi antiquitate dubito; videtur eſſe Venus quæ ad Anchiſen in monte Ida deſcendit, formæ eius venuſtate illecta; ſed iſte quis alatus iuuenis cum haſta? Mercurium enim certum eſt non eſſe, alio enim is habitu pingitur, nec Veneris internuncius: nec Cupidini quidem iſte habitus conuenit. inquirant per otium peritiores.

LVCIVS BVCCA. Venus Genitrix. hic L. Bucca præfectus
C Monetæ fuit; nam alibi legitur L. BVCCA III. VIR. A. A. A. FF. Triumuir Auro Argento Aere Flando Feriundo.

CAIVS COSSVTIVS MARIDIANVS. Venus cum haſta Clypeo & galea, & Aquila legionum ſigno. Fuit hic C. Coſſutius Maridianus Triumuir Monetalis, vt alibi dicemus.

DICTATOR QVARTO. Elephantus ſubſtratum Calcans Draconem. Aelianus refert Dracones cum Elephantis inimicitias gerere. Plinius lib. VIII. Cap. XI. *Elephantos maximos fert India, bellanteſq; cum ijs perpetua diſcordia Dracones, tantæ magnitudinis & ipſos, vt circumflexu facile ambiant, nexuque nodi præſtringãt. Commoritur ea dimicatio,*
D *victusque corruens complexum elidit pondere.*

CAESAR DICTATOR PERPETVVS. Venus cũ Galea & Aquila ſtante in Ara.

TABVLA VII.

MARCVS METIVS. Venus dextra victoriolam porrigit, ſiniſtra haſtam gerit, & ingenti clypeo innititur, qui orbi terrarum incumbit. habitus hic eſt Veneris Victricis, quę Cæſaris teſſera fuit Pharſalico prœlio, vt Pompei Hercules inuictus. Fortè ad Clypeum reſpicit, quem Aeneæ fabricaſſe Vulcanum, Veneris precibus

 canit

canit Virgilius Aeneidos VIII. A

Haſtamq; & clypeum non enarrabile textum,
Illic res Italas Romanorumque triumphos
Haud Vatum ignarus, Venturique inſcius æui,
Fecerat ignipotens: illic genus omne futuræ
Stirpis ab Aſcanio.

Clypeo ſubſtratus eſt terrarum orbis, quod Victricibus armis Iulius ſibi orbem ſubieciſſet, ſublato Pompeio Magno.

PVBLIVS SEPVLLIVS MACER. Simulachrum Veneris Genitricis fortè, hæc enim demiſſa ſtola, non vt ſuperior, genu tenus altè ſuccincta. nam Venus Genitrix præcipuè à Iulia gente colebatur, quod illi, propter Iulium Aſcanium, originem ſuam imputarent. Vnde à Cæſare Aedem Veneri Genitrici exſtructam finito bello Africo, quam ante Pharſalicam pugnam vouerat, Appianus auctor eſt. in quo Deæ ſignum Arceſilai opus poſitum, & Thorax ex Brittannicis Margaritis factus. Si tamen alicui magis probetur, Victricis Veneris nummum hunc eſſe propter victoriam quam manu gerit, non repugnabo. quis verò ſit iſte P. Sepullius Macer non omninò liquet. Macros certè fuiſſe plures Romæ conſtat ex Cicerone. Fortè etiam III. VIR Monetalis cum L. Bucca, & C. Maridiano fuit. Cæteri verò nummi vel Veneris Genitricis aut Victricis ſunt, omnes enim aut victoriam ſolam, vel quadrigas cum victoria habent: Cæſar enim peculiari cultu non ſolùm Venerem proſequutus fuit, ſed eius etiam ſigillo Epiſtolas & Diplomata ſignauit vt narrat Dion. lib. XLIII. B C

LVCIVS FLAMINIVS IIII. VIR. Venus ſtolata cum haſta pura & Caduceo, Aeneas Vicus Pacem eſſe credit, quod caduceus Pacem ſignificat. Sed Veneris Felicis eſt Simulachrum, hoc enim nomine inter Hadriani & Antonini nummos reperitur; vt obſeruauit Adolphus Occo & Goltzius in Theſauro ſuo, caduceum enim felicitatis etiam eſſe ſignum nemini ignotum. Pura autem haſta, teſte Seruio ad VI. Aeneidos, dicitur quæ ſine ferro eſt; nam hoc erat præmium apud maiores, eius qui tum primum viciſſet in prœlio, ſicut ait Varro, in libris de gente Populi Romani. Virgilius D

Ille vides pura iuuenis qui nititur haſta.

M. Cato, Citante Feſto, Donaticam vocat: maiores, inquit, ſeorſum ac diuerſum pretium perauêre bonis, atque ſtrenuis, Decurionatus, Optionatus, Haſtas Donaticas alioſque honores. idem Feſtus, in Cælibari haſta, fortes viros propterea Haſta donatos ſcribit, quia haſta ſumma armorum & imperij eſt, qua de cauſſa viri fortes ea donantur, & captiui ſub ea veneunt. an hic L. Flaminius fuit IIII. VIR. Monetalis vt Ful-

A vt Fuluio Vrſino placet, an verò IIII. VIR quinquennalis vt Aneę Vico, qui ſcilicet quinquennalibus ludis præerant parum intereſt.

TABVLA VIII.

CAESAR. Trophæum, in quo vides captiuos duos, virum nudum promiſſa barba, manibus poſt terga reuinctis, & fœminam mœrentem. arboris autem truncus eſt ſpolijs varijs ornatus, clypeis, haſtis, lituis, cum galea & ſago militari, niſi quis Thoracem malit: iuxta illud Virgilij Aeneidos XI.

B *Ingentem quercum deciſis vndique ramis*
Conſtituit tumulo; fulgentiaque induit arma.
Mezenti ducis exuuias, tibi magne trophæum
Bellipotens, aptat rorantes ſanguine criſtas,
Telaque trunca viri, & bis ſex thoraca petitum
Perfoſſumque locis, clypeumque ex ære ſiniſtro
Subligat, atque enſem collo ſuſpendit eburnum.

De quibus verò hoſtibus trophæum hoc erectum difficile eſſet iudicare; cum tot populos deuicerit, tot nationes debellauerit; tamen quod mirum eſt, vix alicuius trophæi à Cæſare excitati memoria occurrit, præ-
C terquam quod Pharnace deuicto excitauit: auctor enim eſt Dion lib. XLII. Pharnacem deuictum fuiſſe eo in loco, quo olim Triarius à Mithridate; quare vt Mithridaticum obſcuraret, ſuum de Pharnace oppoſuit; atque ita Mithridaticum quaſi deiecit, quod aliàs nefas erat euertere, vtpote Dijs belli conſecratum. Sic etiam ſuperatis in Hiſpania Pompei legatis, cum per Pyrenæos tranſiret, nullum ibi trophæum excitauit; quoniam ob eam rem Pompeio iam ante obtrectatum fuiſſe nouerat: aram autem magnæ molis, ex lapidibus politis conſtructam, haud procul à Pompei trophæis poſuit, vt auctor eſt Dion lib. XLI.

Caput ſequitur muliebre velatum, cum Sympulo; Pietatis eſſe
D omnes credunt: cui enim magis illa conuenit quàm Cæſari Pontifici Maximo, cui ex officio incumbit in Deos eſſe pium. in alijs Romanorum nummis aliter atque aliter expreſſa viſitur; in Caligula enim ſpectatur ſedentis habitu, quæ dextra pateram tenet, qua Thura altaribus inſpergere ſoliti: in alijs eſt ara incenſo foco; ponè adſtat pietas precantis ſpecie tendens in cęlum manus: alibi verò Ciconia adpicta, quod hęc auis in parentes iam effœtos maximè ſit pia, nam illos alunt; vnde & Græci vno verbo ἀντιπελαργεῖν, pro rependere beneficium dicebant.

Caput Veneris cum alato Cupidine, in alio verò etiam Lituus eſt, & ſce-

& ſceptrum, quale Iunoni Reginæ ſeu Sceptiferæ ſolet adpingi; in medio iterum trophæum alio modo expreſſum. Sequuntur bini nummi qui Venerem ſine Cupidine exprimunt, aliudq; Trophæum cum ſcuto oblongo, buccina & ſecuri. A

CAIVS CAESAR. C. F. Trophæum cùm adſtante Captiuo, & currus Falcati parte, nam & illos ſeruari moris erat. Virgilius Aeneidos VI.

Multaq; præterea ſacris in poſtibus arma
Captiuiq; pendent currus, curuæque ſecures.

CAESAR DICTATOR ITERVM. Victoria alata quæ Trophæo coronam imponit, reſpiciente Barbaro captiuo. B

TABVLA IX.

ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΝ ΚΟΙΝΟΝ. Alexandrinorum communitas. Victoria cum corona & palma roſtratæ nauis proræ inſiſtens, Aquilæ videtur Coronam imponere. in memoriam belli Alexandrini feliciter à Cæſare confecti, nam cum poſt multas clades, Alexandrini Cæſaris ſe poteſtati permiſiſſent, illos in gratiam recepit, cùm iure in illos ſæuire poſſet; in cuius rei memoriam ab Alexandrinis fortè hic nummus ſignatus. C

ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΕΩΝ. Theſſalonicenſium. Erat in Macedonia potens olim vrbs Theſſalonica, in quam initio belli Ciuilis Pompeius cum Optimatibus refugerat, ibique hyemem egit dum Cæſar Italiam & Hiſpanias occuparet.

ΠΟΥΒΛΙΟΣ ΣΟΥΛΠΙΚΙΟΣ ΡΟΥΦΟΣ. Publius Sulpicius Rufus. Cæſaris fuit legatus cuius mentionem facit. lib. IIII. de Bello Gallico, quem portum Morinorum cum præſidio tenere iuſſerat, traiecturus in Britanniam; roſtratæ naui duo cum Aquilis inſiſtũt, quorum vnus intecto Capite, alter Legionarius miles cum galea & clypeo. D

AEGYPTO CAPTA. Crocodilus animal Nilo familiare, qua de cauſſa Aegyptum per Crocodilum ſignificant. Huius belli cauſſas exitumque lubet ex L. Floro adducere. *Quippe cum Ptolemæus Rex Alexandriæ ſummum ciuilis belli ſcelus peregiſſet, fœdusque amicitiæ cum Cæſare medio Pompei Capite ſanxiſſet: vltionem Clariſſimi Viri manibus, quærente fortuna, cauſſa non defuit: Cleopatra Regis ſoror affuſa Cæſaris genibus, partem regni repoſcebat, aderat puellæ forma, & quæ duplicaretur ex illo, quod talis paſſa videbatur iniuriam: odium ipſius Regis qui Pompei cædem partium fato, non Cæſari dederat, haud dubium idem in ipſum auſurus ſi expediſſet, quam*

vbi

A *vbi Cæſar reſtitui iuſsit in regnum, ſtatim ab ijſdem percuſsoribus Pompei obſeſſus in Regia, quamuis exigua manu, ingentis exercitus molem mira virtute ſuſtinuit.* Hoc in bello ipſe Rex Ptolemæus fugiens è caſtris quæ Cæſar oppugnabat in Nilo ſubmerſus perijt; regnumq; Cleopatræ traditur.

VII. Nummus ſine vlla inſcriptione. Vir humi decumbens,iuxta quem ſunt tres Clypei, Aedicula ad pedes viſitur quę Romanam Architecturam non refert: aduolat Aquila quæ roſtro illi coronam defert;mihi ſuſpectæ fidei eſt, nuſquam enim ſimilem nũmum apud Antiquitatis peritos facile reperies. Si quid tamen coniecturæ dandum; ad Apotheo-B ſim Iuli Cæſaris referendum,quod Iouis ales illi pręmium tot laborum, immortalitatem famæ deferat. tu Lector diſpice.

CAIVS CAESAR IMPERATOR CONSVL ITERVM. Anno V.C. DCCV. Cæſar ſecundum Conſulatum geſsit, Collega P. Seruilio Vatia Iſaurico,quo tempore memorabili illo prælio Pompeium in Campis Pharſalicis ſuperauit, & Reipub. libertatem ſibi ſubiecit.

GERMAI. INDVT. IIII. Quid ſibi hæc inſcriptio velit prorſus ignoro, tota enim corrupta. Fluuius videtur eſſe cum parte cymbæ;& montium ſpecies viſuntur, procul dubio Rhenum puto eſſe, C & nomiſma hoc videtur ſpectare Victoriam, quam Cæſar de Arioui-ſto & Germanis habuit, tum quod Rhenum primus Romanorum auſus tranſire.

AVLVS ALLIENVS PROCONSVL. Neptunus nauis roſtro vno pede inſiſtens, dextra tenet tria crura incurua. A. Allienus Cæſaris ſecundo conſulatu: Siciliæ præpoſitus fuit.A Hirtius comm.de bello Africo, refert, Allienum Prætorem, Siciliæ prefectum fuiſſe, qui bellanti Cæſari in Africa contra Scipionem & Iubam milites, qui in Sicilia relicti erant,nauibus ſubmiſit. *Allienus*, inquit, *interim Proconſule è Lylibæo, in naues onerarias imponit Legiones, Decimam tertiam & Decimam* D *quartam, & Equites Gallos. D C C C. Funditorum,ſagittariorumq; mille, ac ſecundum commeatum in Africam mittit ad Cæſarem; quæ naues ventum ſecundum nactæ, quarto die ad Ruſpinam,vbi Cæſar caſtra habuerat, incolumes peruenerunt.* Tria autem hæc incurua & diuaricata crura Siciliam denotant, quæ olim Trinacria dicta, à tribus promontorijs tres angulos formantibus, quod triplici crure deſignant, vnde Ouidius IIII. Faſtorum.

Terra tribus ſcopulis vaſtum procurrit in æquor
Trinacris à poſita nomen adepta loci.

TABVLA X.

MARCVS METTIVS. Bigæ, quibus videtur Pallas cum haſta & ſcuto inſiſtere, in memoriam forte Ludorum quos Cæſar finito bello Hiſpanienſi magnificentiſsimos edidit. Suetonius cap. XXXIX. *Circenſibus, ſpacio Circi vtraque parte producto, & in Gyrum Euripo addito, quadrigas, bigaſque & equos deſultorios agitauerunt nobiliſsimi iuuenes.* Bigas autem Lunę ſacras fuiſſe, ſicuti Soli quadrigas, inferis Trigas, Seiugas Ioui, & Deſultores Lucifero & Heſpero tradunt ſcriptores.

CAESAR DICTATOR TERT. Anno ab V. C. DCCVII. Cæſare tertium Dictatore, & Conſule, poſt deuictum Pharnacem Ponti Regem, & Iubam Mauritaniæ, cæteriſq; Romanis Ducibus qui cum illo erant ſuperatis, nummus hic percuſſus videtur, in quo Victoriæ caput eſt cum alis, aliàs Veneri adſcriberem, propter ſtellam quæ pone eſt appoſita; deſignat enim victoriam à Cæſare de Pharnace alijſq; partam.

Cæſar Triumphali habitu quadrigis Elephantorum vectus, dextra Laurum geſtat. quinque autem nobiliſsimos triumphos egit, Gallicum, Alexandrinum, Ponticum, Africum & vltimo Hiſpanienſem. Velleius Paterculus, *Quinque egit triumphos, Gallici apparatus ex Citro, Pontici ex Acantho, Alexandrini teſtudine, Africi Ebore, Hiſpanienſis Argento raſili conſtitit.* Suetonius verò vbi de Cæſaris triumphis egit cap. XXXVII. *Adſcenditque Capitolium ad lumina quadraginta Elephantis dextra atque ſiniſtra lychnuchos geſtantibus.*

C. CAESAR IMP. TERT. Cæſar Sellæ Curuli inſidens Lauri ramum dextra gerens: Cui adſtans Victoria Coronam imponit.

C. CLOVIVS PRAEFECTVS. Minerua gradiens cum Trophæo, Aeneas Vicus credit Romæ ſimulachrum eſſe. ſed labi illum certum eſt, nam Aegis proprium Mineruæ munimentũ eſt: accedit Draco eleuato capite, qui in Deæ illius tutela eſt, quæ duo nihil cum Roma commune habent: fuit autẽ iſte C. Clouius (quem alij Cluuiũ vocant) Vrbis etiam Præfectus, qui nummũ hunc in Cæſaris honorẽ percuſsit.

L. AEMILIVS BVCCA. DICTATOR III. Cæſar togatus inter Aquilã & faſces, concionantis ſpecie, in ſuggeſtu vt videtur.

CAESAR IMP. IIII. Cæſar Triumphantis ſpecie in quadrigis.

ΚΟΥΙΝΤΟΣ ΚΙΚΕΡΩΝ. *Quintus Cicero.* Aquila Legionũ propriũ inſigne, inter duo cohortium ſigna. Quintus Cicero M. Ciceronis frater legatus Cæſaris fuit in Gallia: in Neruijs abſente Cæſare, ad Ambiorige in caſtris obſeſſus, ſumma tamen virtute & conſtãtiã in ad-

A in aduentum Cæſaris illa defendit.

CAESAR IMP. SEXT. Bigæ cum Victoria.

TABVLA XI.

L. MVSSIDIVS LONGVS. Venus Dea. Fuit hic forte ex Triumuiris Monetalibus.

QVINTO CAECILIO NIGRO. CAIO HEIO PALLIONE. II. VIRIS. deducta iuſſu Cæſaris Colonia Corinthum, vnde infra vocatur COLONIA IVLIA CORINTHVS. Dion auctor eſt lib. XLIII. Cæſarem nobiliſsimas vrbes Corinthum B & Carthaginem inſtauraſſe, deductis Colonis Romanis, atque antiquo nomine nuncupari paſſum. Bellerephon ex Pegaſo cum Chimæra pugnans conſpicitur. quod proprium ſignum Corinthiorũ fuiſſe in Græcia noſtra diximus. Auerſa nummi pars Veneris caput, ni fallor, quæ Corinthi ſummo in honore erat, cum dictione COR. Corinthum denotat, vt & infra nummo X.

TIBERIVS SEMPRONIVS GRACCVS. QVAESTOR DESIGNATVS. Vexillum, Aquila cum Aratro & Decempeda; quæ indicant Coloniam ab illo deductã fuiſſe. Decempeda autem erat pertica X. pedũ qua metiebantur agros in deductione Coloniarum.

C COLONIA IVLIA BERYTVS. EX SENATVS CONSVLTO. reſpondet auerſa hæc numiſmatis pars primo nummo, ita vt videtur L. Muſsidius Longus Coloniam hanc deduxiſſe. Sacerdotali videtur habitu, velato capite agens iugum boum, & aratro ſulcum ducit. Colonia eſt Iulia Berytus in Cœleſyria, quę & Iulia fœlix, poſtea verò in Auguſti honorem dicta fuit Auguſta.

TIBERIVS SEMPRONIVS GRACCVS QVAESTOR DESIGNATVS. Moris erat olim facto S. C. vt Duũmuiri dandis agris creati, Colonos ſub vexillo in Coloniam, tanquam exercitum aliquem ducerent. Sic obſeruat Plutarchus C. Graccho Profecto ad deD ducendam Coloniam Carthaginem, portentum factum; quod vexillum laceratum à lupis fuerit. Colonis verò collocatis in agro quem ſortitò diuiderent, aratro vrbem & agrum circumſcribebant: quo peracto Agros cuique ſortitò diuidebant. ideò Vexillum, Aratrum & Decempeda paſsim in nummis occurrunt.

TIBERIVS SEMPRONIVS GRACCVS QVAESTOR DESIG. TER. COLONIA CASILINVM. Colonia hæc Cæſarijs auſpicijs videtur à Gracco deducta, Cicero tamen in Philippicis Antonium ductorem Coloniæ facit. *Caſilinum Coloniam deduxiſti, vt vexillum tolleres, & aratrum circumduceres, cuius quidem vomere portam*

Capuæ penè perſtrinxiſti, vt Florentis Coloniæ territorium minueretur. innuit A enim Antonium Caſilini agrum ita dilataſſe, vt ad Capuæ portam penè ipſum extenderit. Fuit autem olim vrbs Campaniæ nobilis, & fide in P. R. clara; Punico enim bello ſecundo ab Hannibale obſeſſa, ſordidiſsimis etiam alimentis famem propulſauit: donec tandem deſperato omni auxilio Hannibali ſe dederet.

COLONIA IVLIA CORINTHVS. in honorem Iulij Cæſaris, qui Corinthum Colonos Romanos deduxit, Colonia Iulia vocata; vt ſupra monui.

TABVLA XII. B

LVCIVS AEMILIVS QVINTI FILIVS BVCA. IIII. VIR AVRO ARGENTO AERE FLANDO FERIVNDO. Fuêre olim non ſolum Triumuiri, ſed & quatuorviri Monetales: nihil enim aliud hæc tota Tabula quàm illorũ nomina continet. Exceptis Cornucopię, & Veneris capite. in Cornucopię videre eſt præter ſpicas, uvas, alioſque fructus cum apice in medio, quem peritiores Antiquitatis Vomerem interpretantur: omnium enim rerum abundantiam Cornucopię ſignificat, id alij ab Acheloi fronte reuulſum ab Hercule fingunt, alij Amaltheæ capræ fuiſſe. C

TABVLA XIII.

QVINTVS VOCONIVS VITVLVS QVAESTOR DESIGNATVS. Cæſar Magiſtratuum numerum auxerat, vt omnibus præmia ob nauatam operam ciuili bello faciliùs perſolueret, adeò vt quæſtores XL. creauerit, & Prætores quatuordecim; vt refert Dion lib. XLIII. Forte & hic Voconius Vitulus ex magna illa turba.

MARCVS ANTONIVS IMPERATOR. Caput Antonij cum Lituo. ſuo loco de illo dicturi ſumus.

LVCIVS MVNATIVS PLANCVS PRAEFECTVS VRBIS. Fuit hic Plancus inter plures præfectos vrbis à Cæſare nominatus, quo tempore in Hiſpanias aduerſus Pompei liberos proficiſceretur. idem mox ex Gallia Proconſule triumphauit, & Lugdunum oppidum in Gallia Narbonenſi ad Confluentem Araris & Rhodani condidit, deductis eò ciuibus Romanis, qui ab Allobrogibus quondam Vienna expulſi fuerant. Galliæ etiam Tranſalpinæ præfectus bellum gerere aduerſus Antonium à Senatu iubetur; ſed mox à Decimo

Bruto

A Bruto deficiens, Antonij partes ſequitur, & anno V. C. DCCXII. cum M. Aemilio Lepido conſulatum geſsit.

C. CAESAR DICTATOR PERPETVVS. L. MVSSIDIVS TITI. F. LONGVS. Locus eſt concluſus cancellis, in quem per gradus adſcenditur: adſtant duo togati, qui manum videntur in vrnam imponere, inſcriptum CLOACINA. Septa ſunt, in quibus populus Romanus ſuffragia laturus, claudebatur: quod oſtendunt vrnulæ illæ, quibus candidatorum nomina includebantur. erant autem Septa locus tabulis concluſus & vallatus in campo Martio, in B quibus P. Romanus ſuffragiorum tempore claudebatur. de his Martialis lib. IX.

In Septis Mamurra diu multumq́ue vagatus,
Hic vbi Roma ſuas aurea vexat opes.

Dicta etiam fuerunt Ouilia. Seruius ad Eclogam I. *Septa propriè ſunt loca in campo Martio incluſa tabulatis, in quibus ſtans P. R. ſuffragia ferre conſueuerat: ſed quoniam hæc ſepta ſimilia ſunt Ouilibus, duo hæc inuicem pro ſe ponuntur:* de his etiam audiendus Lucanus lib. II.

Tunc Flos Heſperiæ, Latij iam ſola iuuentus
Concidit, & miſeræ maculauit Ouilia Romæ.

C Et Clariſsimè Liuius lib. XXXVI. vbi agitur de creandis conſulibus qui aduerſus Hannibalem bellum gererent. *Citatis Centuriæ ſenioribus, datum ſecreto in Ouili cum his colloquendi tempus.*

Quid verò illud CLOACIN. puto referendum ad Venerem Cloacinam, quàm aliqui Cluacinam vocant, alij diuerſam faciũt. Cloacina autem dicta fuit, quod eius ſimulachrum in Cloaca maxima repertum, Tatius Rex conſecrauit: & quia cuius eſſet effigies ignorabatur, à loco illi nomẽ impoſitũ Lactantio teſte lib. I. de falſa religione cap. XX. Cluacina vero Venus dicta à cluẽdo, quod antiqui cluere purgare dicebãt de qua Plinius lib. XV. cap. XXIX. *quippe ita traditur, Myrtea Verbe-* D *na, Romanos Sabinoſq́ue, cum propter raptas Virgines dimicare voluiſſent, depoſitis armis, purgatos eo in loco qui nunc ſigna Veneris Cluacinæ habet. cluere enim antiqui purgare dicebant.*

LVCIVS LIVINEIVS REGVLVS, deuicto Rege Iuba, Cæſar hunc L. Liuineium Regulum, cum Legione Adrumeti preſidio reliquit, vt teſtatur A. Hirtius de bello Africo.

TABVLA XIV.

CONSVL TERTIVM DICTATOR ITERVM. Ceres capite ſpicis reuincto. Vel quod poſt Victoriam de Iuba, magna frumenti vis ex Africa Romam deuecta eſſet: vnde Plutarchus; *Romam ex Africa rediens ex ea victoria magnificè per ora populi ferebatur, tantùm enim agri in ditionem ſubactam, vt annuo prouentu, percepturus fiſcus eſſet, tritici quidem ducenta millia modiûm Atticorum, olei verò trecentas myriades*, vel quod populo frumentum diſtribuiſſet. Suetonius cap. XXVIII. *Populo præter frumenti denos modios, ac totidem olei libras, treccenos quoque nummos, quos pollicitus olim erat, viritim deuiſit, & hoc amplius centenos pro mora.*

AVGVR PONTIFEX MAXIMVS. Inſtrumenta ſacra & religionis ſigna ſunt, Lituus, Guttus, Adſpergillũ, & Sympulum, ſeu vt alijs placet Capeduncula. de Adſpergillo ſeu Adſperſorio dicẽda quædam cum de cæteris iam dictum. Adſpergillum erat quo luſtrabant ſe, ſpargendo aquam quæ in templis erat. Virgilius Aeneidos VI.

Idem ter ſocios pura circumluit vnda
Spargens rore leui, & ramo felicis Oliuæ
Luſtrauitque viros.

Aquæ enim adſperſione corporis labem tolli & caſtimoniam conciliari credebant veteres, vt auctor eſt Cicero lib. II. de legibus. qui mos antiquiſsimus fuit inter gentiles, vt obſeruauit Hippocrates libro de Morbo Sacro: *ingreſsuri*, inquit, *templum reſpergimur, non velut qui inquinemur, ſed ſi quod etiam prius ſcelus habemus, purificemur.* ideoque ante ſacella erant vaſa pura huic rei deſtinata, quæ veteres περιῤῥαντηρία vocabant, vt teſtantur Iulius Pollux, Lucianus & alij. Latinis verò Aquiminarium ſiue Amula dicebatur vas luſtrale, deportandæ aquæ religionis expiationiſque ergò deputatum.

III. Muliebris facies cum Ciconia, Pietatis eſſe ſuſpicor propter adſtantem Ciconiam, de qua ſupra.

IV. Apex, Securis, Adſpergillum, & Sympulum. refert Seruius ad II. Aeneidos, Apicem propriè dici in ſummo Pontificis pileo virgam lanatam, hoc eſt in cuius extremitate media lana eſt, quod primùm apud Albam conſtat Aſcanium ſtatuiſſe. Securis qua Hoſtiæ carnes in plures partes ſecabantur; hæc autem quæ in nummis exprimitur propriè erat Pontificia, eaque victima cædebatur. Ouidius Faſtorum IIII.

Apta

A *Apta iugo ceruix non eſt ferienda ſecuri.*

Et Horatius Carminum III. Oda XXIV.

Aut creſcit Albanis in herbis
Victima, Pontificum ſecures
Ceruice tinget.

V. CAESAR. Elephantus qui ſubſtratum habet ſerpentem de quo ſuprà. Sed videndum num referri poſsit etiam ad Cæſaris munificentiam. Siquidem tertio eius Conſulatu, auctor eſt Plinius, viginti Elephantos pugnaſſe contra pedites quingentos, iterum totidem turritos cum ſexagenis propugnatoribus, eodemq; priores numero peditum, & pari equitum è diuerſo dimicantibus.

CAESAR IMP. AVGVR PONT. MAX. eadem hæc inſtrumenta ſacra cernuntur, quæ nummo IIII. præterquam quod hic culter ſit adiectus, qui ſeceſpita dicitur. Feſtus: *Seceſpita cultrũ erat ferreum oblongum, manubrio rotundo, ſolido, vincto ad Capulum auro argentoq;, fixum clauis æreis, ære Cyprio, quo Flamines Flaminicæq; Virgines, Pontificesq; ad ſacrificia vtebantur.* ita eius Fragmenta ſonant. Erat & alius culter quo Popa vel Victimarius in ſacrificijs vtebatur, quem Feſtus Clunaclũ vocat; *Clunaclum,* inquit, *cultrum ſanguinarium* (alij legunt ſaginarium,) *dictum; vel quia clunes hoſtiarum diuidit, vel quia ad clunes dependet.*

L. PLANCVS PRAEFECTVS VRBIS, Vrceolus eſt vel Guttus qualis in ſacris adhiberi moris eſt.

IOVI OPT. MAX. SACRVM. Ara eſt verbenis ornata, accenſum habens ignem, adſtante in victimam Tauro, & infra Popæ culter ad iugulandum victimam. Taurus Capite videtur Mitram aut vittas potiùs geſtare, dorſo verò Phaleras, quas Trebellius Pollio Dorſuale vocat in Gallienis: *proceſſerunt centum albi boues cornibus auro virgatis, & Dorſualibus ſericis præfulgentes.* de vittis Virgilius lib. V.

D *Victori velatum auro vittiſq; iuuencum.*

Solebant autem cornua præcipuè auro exornari: vnde Ouidius

----- indutaque Cornibus aurum
Victima, vota facit.

TABVLA XV. A

DICTATOR QVARTVM PARENS PATRIAE.
Tripus Apollini ſacra cum Corona Laurea, adſtant Guttus, ſe-
curis & Capeduncula. quo tempore Parens Patriæ Cæſar voca-
tus, teſtatur Liuij Epitomæ lib. L X V I. *Cæſar ex Hiſpania quintũ Trium-
phum egit; & cùm multi maximique honores ei à Senatu decreti eſſent, inter quos
vt Pater Patriæ appellaretur, vt ſacroſanctus, ac Dictator in perpetuum eſſet.*
Primus autem omnium Pater Patriæ appellatus fuit M.Cicero, oppreſ-
ſa Catilinæ coniuratione. Plinius. lib. VII. cap. XXX. *Salue,* inquit *pri-* B
*mus omnium Parens Patriæ appellate, primus in toga triumphum, linguæq; Lau-
ream merite, & facundiæ Latiarumq; litterarum parens.*

AVLVS HIRTIVS PRAETOR. Quo tempore à Cæſa-
re Prætor creatus fuit Hirtius incertum. occiſo verò Cæſare, Conſul
cum C. Vibio Panſa fuit, & bello Mutinenſi, aduerſus Antonium pu-
gnans, Victor in ipſis hoſtium caſtris occiditur, hic etiam eſt Hirtius qui
Commentaria belli Alexandrini, Africani & Hiſpanienſis conſcripſit,
quæ omnium manibus teruntur.

ΑΡΧΙΕΡΗΣ ΜΕΓΙΣΤΟΣ ΟΙΩΝΙΣΤΗΣ. *Ponti-
fex Maximus, Augur.* Tripus cum duabus ſtellis. C

L. MVSSIDIVS LONGVS. Cornucopię cum Caduceo
& Apice, infra eſt Orbis cum gubernaculo. Significat Cæſare terrarum
orbem gubernãte, Pacem, fœlicitatem & omnium rerum abundantiam
P. R. adfuturam. Siquidem partis Victorijs in Europa, Aſia, & Africa,
Romanis paſsim pacem ſtabiliuerat, & fœlicitatis publicæ auctor
fuit.

L. BVCA. Orbis eſt cum Caduceo, faſcibus, ſecuri, & Dextris
iunctis, denotat Romanum imperium qua orbis patet, ſub Iulio Cæſa-
re pace & fœlicitate florere, & Legum iuſtitia ſecuritateque ſtabilitum,
Dextras verò iunctas concordiæ ſignum. Faſces autem Magiſtratuum D
ſolebant fieri ex Betulla arbore. Plinius lib. X V I. cap. X V I I I. *Be-
tulla Gallica arbor, mirabili candore atque tenuitate, terribilis Magiſtratuum
virgis.*

CAESAR AVGVR PONT. MAX. CONSVL. V.
DICTATOR PERPETVO. Corona oleaginea, in qua lituus,
Capeduncula & Patera. Cęſa enim Victima cruorem miniſtri excipiunt,
& flammis injiciunt. Virgilius lib. VI.

Supponunt alij cultros, tepidumque cruorem
Suſcipiunt pateris.

PON-

PONTIFEX MAX. DICTATOR PERP. Sellæ curules geminæ, quibus impoſita Corona Laurea, & vtrimq́ue adſtant faſces cum Securi.

A PVBLIVS CLODIVS MARCI F. PRAETOR. Sympulus, Securis, Guttus, Lituus cum Patera, Sacrorum inſignia.

C. CAESAR. COS. QVINT. IMP. SEX. DICT. PERP. Binæ Sellæ quibus impoſitæ ſunt Laureæ, cum Gutto ſeu Vrceolo in medio. Cæſari inter alios honores, decreta fuit Sella aurea in Theatro. Dion lib. XLIV. *Cum hæc etiam Cæſari placuiſſent, iã in Theatrũ Sellam eius*
B *auream coronamq́; gemmis auroq́; inſignem (qui honor aliàs Diuis tribui ſolebat) inferri, atque in Circum etiam introduci à multitudine iuſſum.* Idem Appianus lib. III. Ciuilium. Moris etiam fuit in funere magnorum virorum, Sellas Curules cum Coronis quernis circumferri. Tacitus lib. II. Annalium. *Honores vt quis in Germanicũ, aut ingenio validus, reperti decretique; vt nomen eius Saliari Carmine caneretur, ſedes curules Sacerdotum Auguſtalium locis, ſuperq́ue eas querceæ Coronæ ſtatuerentur.* Nec Romanorum hoc inuentum, apud Græcos enim hoc prius vſitatum: refert Aemilius Probus, defuncto Alexãdro Magno Eumenem in principijs nomine Alexandri ſtatuiſſe tabernaculum, in eoq́ue Sellam auream cum Sceptro &
C Diademate iuſsiſſe poni.

TABVLA XVI.

P. LENTVLVS MARCELINVS AEDILIS CVRVLIS. Templum Iulio Cæſari iam Diuo Conſecratum, cum ipſius ſimulachro & Stella. Tale templum Virgilius Auguſto deſtinat III. Georgicorum.

Et viridi in Campo templum de marmore ponam,
In medio mihi Cæſar erit, templumq́; tenebit.

D Quo loco obſeruat Seruius, *eius numini ſacratum locum eſſe, cuius ſimulachrum in medio collocatur, alia enim tantùm ad ornatum pertinent.* Dion lib. XLVII. Sacellum illi fuiſſe excitatum manifeſtò tradit. *Sacellum ei in foro eo in loco vbi crematus fuit erexerunt; ſtatuam quandam eius in Circenſibus cum Veneris Stella inuexerunt.* Videmus clarè in hoc nummo, Stellam templi frontiſpicio appoſitam, diuerſam à Cometa eſſe quæ capiti Cæſaris alibi apponitur, quod Dionis verba explicant.

Cæſar ſedens in ſella cum haſta pura, dextra Victoriolam tenet.

C. CAESAR PARENS PATRIAE. Ex S.C. Inter cæteros honores poſt mortem Cæſari decretos, Columna illi in foro erecta fuit, cum inſcriptione PARENTI PATRIAE. Suetonius cap. LXXXV. *Plebs poſtea ſolidam Columnam propè* XX. *pedum Lapidis Numidici in foro ſtatuit, ſcripſitque* PARENTI PATRIAE; *apud eam longo tempore ſacrificare, vota ſuſcipere, controuerſias quaſdam interpoſito per Cæſarem iureiurando, diſtrahere perſeuerauit.*

CLEMENTIA. L. BVCA. Clementiæ typus cum Lauri ramo, in alijs nummis aliter pingitur; in Vitelli enim ſedentis habitu eſt, ramum Lauri dextra, ſiniſtra verò baculum tenens; in Hadriani verò ſtat Haſtæ innixa, dextra Pateram geſtat. Inter omnes Cæſaris Laudes nulla maior fuit, quàm ſumma animi eius moderatio & Clementia, tam in adminiſtratione Reipub. quam in Victoria Ciuilis belli, qua etiam virtute ipſe maximè gloriatus fuit; teſtis ipſa Cæſaris epiſtola ad Ciceronē, qua ei laudanti Clementiam eius, reſpondit: *Bene augураris de me, (bene enim tibi cognitus ſum) nihil à me longius abeſſe crudelitate, atq; ego cum ex ipſa re magnam capio voluptatem, tum meum factum probari abs te gaudeo & triumpho.* Plinius lib. VII. cap. XXV. Breuibus ſed efficacibus verbis de illa: *Cæſari proprium & peculiare ſit, præter ſupradicta, Clementiæ inſigne, qua vſque ad pœnitentiam omnes ſuperauit.* Qua de cauſſa etiam templum Clementiæ Cæſari decretum fuit, vt teſtantur Plutarchus, Dion & nummi veteres.

MARCVS AGRIPPA. LVCI F. CONSVL DESIGNATVS. Poſt mortem Cæſaris nummus hic in honorem M. Agrippæ percuſſus, de quo ſuo loco.

DIVI IVLI. Stella Crinita, quæ poſt Cæſaris mortem apparuit, de qua Dion lib. XLV. *Cæterùm Stella quædam quotidie inter Septentrionem & Occaſum apparuit, eamque Cometen vocantes nonnulli ea portendere dicebant, quæ alias huiuſmodi ſignum ſequi conſueuiſſent. Creditum quidem hoc à plebe eſt, ſed tamen Cæſari eam immortalitatem iam adepto, inque Siderum numerum allecto Sacram eſſe dixerunt. ea re Cæſar Auguſtus, animo confirmato, Statuam Patris æream cum Stella ſupra caput in Veneris templo poſuit.* Ouidius de illa eleganter Metamorph. XV.

Conſtitit alma Venus nulli cernenda, ſuiq;
Cæſaris eripuit membris, nec in aëra ſolui
Paſſa recentem animam, Cæleſtibus intulit aſtris.
Dumque tulit, lucem capere atque igneſcere ſenſit,
Emiſitq; ſinu; ſimul euolat altius illa,
Flammiferumq; trahens ſpacioſo limite crinem,
Stella micat.

IMPE-

A IMPERATOR CAESAR TRAIANVS AVGVSTVS GERMANICVS DACICVS PATER PATRIAE RESTITVIT. Nummum hunc in honorem Cæſaris olim percuſſum Optimus Princeps Traianus reſtituit, ſignum Deæ Pacis quæ Caduceo Serpentis caput tangit. talem etiam in Claudio videre eſt Pacis habitum cum inſcriptione PACI AVGVSTAE. Caduceum enim Pacis Symbolum eſſe palam eſt. cauſſam aperit Plinius lib. XXIX. cap. III. *Hic tamen complexus anguium & efferatorum concordia, cauſa videtur eſſe, quare exteræ gentes caduceum in Pacis argumentis circundata effigie anguium* B *fecerint. neque enim criſtatos eſſe in Caduceo mos eſt.* Bene dicit, exteras gentes, ſiquidem Aegyptios primos hoc inueniſſe, auctores tradunt. Sed nō ſolet Pax cum alis effingi, quare forte non abs re erit dicere Victoriā eſſe cum Caduceo, quod Cæſar Victorijs ſuis pacem Romanis peperit. repit ante eam Serpens, quia creditur Prudentiam, Pacis & fœlicitatis eſſe præuiam. Pierius Valerianus Hieroglyphicorum lib. XV. interpretatur, Serpentis motu ſeu abitu ſignificare alio ablegatum bellum, quaſi efferum hoc animal bellum denotaret.

TABVLA XVII.

C C. IVLI CAESARIS PERCVSSORES.

BRVTVS IMPERATOR. LVCIVS PLAETORIVS CESTIVS. M. Brutus Princeps coniurationis aduerſus Cæſarem initæ, (licet ab illo maximis beneficijs affectus eſſet, adeò vt multi crederent Cæſaris ex Seruilia filium eſſe) an ex Iunij Bruti ſtirpe fuit, qui Tarquinios Roma expulit, & Regiam dominationem euertit, incertum eſt. Dion enim credit, nullam illi affinitatem cum vetere Bruto fuiſſe, nam cùm bini illi filij tantùm fuiſſent, vtrumq; ſuſpectum Tyrannidis interfecerat, atque ita genus eius exſtinctum. Plutarchus verò D ex Sententia Poſsidonij, auctor eſt, præter duos Bruti filios grandiores, tertium ſuperſtitem relictum infantem admodum, à quo familia propagata: hic poſt Cæſaris necem, in Macedoniam cum C. Caſsio abijt, maximiſque copijs collectis, cum Cæſare Octauiano, & Antonio, circa Philippos conflixit, vbi magna virtute Cæſaris cornu in fugam vertit, & Caſsius pariter ab Antonio fugatus, qui cùm Bruti eandem fortunam crederet, cuidā ex ſuis, præpropera deſperatione iugulum prębuit; Brutus verò coniunctis ſecū Caſsij copijs, cum bellū trahere ſtatuiſſet, quod hoſtes annonæ caritate conflictari ſciret, ſuorum importunis vocibus coactus, in aciem deſcendit, & magna pugna victus; Veritusque ne viuus

 in ho-

in hoſtium poteſtatē veniret, Stratonem Epirotam Aegeatem amicum A rogauit vt manum ſibi morienti commodaret; læuoque brachio in caput reiecto, quo pectus nudaret, dextra mucronem gladij quem Strato oculis auerſis, ne morientem amicum videret, ſubjiciebat, ſub mamilla dextra, ea parte qua cor palpitat, admouit, corpuſque impellens exſpirauit. ita perijt libertatis infœliciter tentatæ acerrimus vindex.

Nummus hic ſignatus fuit poſtquam Beſſorum gentem deuiciſſet, & nomen Imperatoris adeptus fuit, opera potiſsimum Rhaſcupolis Reguli, teſte Dione lib. XLIV. qui etiam refert nomiſmatibus imaginem ſuam cum Pileo & duobus Pugionibus incidiſſe, eo ipſo & inſcriptione B declarans, patriam à ſe & Caſsio eſſe in libertatem vindicatam. adſunt Pugiones, quia his Cæſar occiſus fuit. Pileus verò quia libertatis inſigne id erat; Siquidem ſerui qui manumittebantur Pileum capiebant, vnde Prouerbium, ad Pileum vocare, .i. ad libertatem inuitare. vnde Soſias apud Plautum in Amphitryone:

------ quod ille faciat Iupiter
Vt ego hodie raſo capite caluus capiam Pileum.

Adiectum in nummo EIDVS MARTII. quod illo die ſeu XV Martij Cæſar in Curia occiſus fuiſſet.

LVCIVS PLAETORIVS CESTIVS. Nobilis olim C Romæ familia Plętoria, ex qua L. hic Plętorius Senator: de quo Cicero. pro A. Cluentio: *opportunè adeſt homo ſumma fide, & omni virtute præditus L. Plætorius ſenator.*

BRVTVS. LIBERTAS. Brutus Conſul cum tribus Lictoribus, ab auerſa parte Libertas. quod Reipub. Conatus reſtituere libertatem, Cæſo Iulio Cæſare.

C. CASSIVS IMPERATOR. LIBERTAS. C. Caſsius Longinus quæſtor fuit Craſsi in Syria, poſt cuius funeſtam cædem, collectis reliquijs infœlicis exercitus, reuerſus in Syriā Olacem præfectum Regium, apud Orontem Fluuium ſuperauit: bello ciuili Pompeium ſequutus Claſsi præfuit, quam poſt eius necē Cæſari tradidit. mox verò inter precipuos coniuratos. Comparato magno exercitu in Macedonia Bruto coniunctus, in Campis Philippicis ab Antonio victus, cum eandem fortunam Bruti putaret, Pandaro liberto iugulum præbuit. Auerſa parte BRVTVS IMP. cum ſecuricula & Sympulo Sacrorum inſtrumentis.

L. PLAETORIVS CESTIVS. Caput velatum, cum modio quemadmodum ſolet Serapis geſtare.

BRVTVS. Securis, Sympulum, & Seceſpita, auerſa parte LENTVLVS SPINTER. hic inter Coniuratos non fuit, ſed cum alijs quibuſ-

A quibuſdam primarijs viris, cum laudari hoc facinus videret, Capitolium adſcendit, vt particeps gloriæ videretur: vt auctor eſt Appianus.

C. CASSIVS LIBERTAS. Caput libertatis aut Pietatis velatum. QVINTVS CAEPIO BRVTVS PROCOS. Lyra cum ſeceſpita & Lauri ramo, quæ reſpiciunt ad ludos Apollinares, quos Brutus & Caſſius Prætores fecerant vel abſentes. Prętoris enim officium erat Apollinares Ludos celebrare: vt auctor eſt Liuius lib. XXVII. quos Ludos moris erat P. R. Laureatum ſpectare. Feſtus Pompeius: *Apollinares ludos, hoc eſt in laudem Apollinis, populus Laureatus ſpectabat, Stipe data pro cu-*
B *iusq́; copia.* M. autem Brutus à Q. Seruilio Cæpione auunculo adoptatus fuit, atque ex vſitata adoptionis formula Q. Cæpio Brutus dictus. quod ex Philippica. X. Ciceronis conſtat. *Quæ cum ita ſint, quod C. Panſa Conſul verba fecit de litteris, quæ à Q. Cæpione Bruto Proconſule allatæ, & in hoc ordine recitatæ ſunt, de ea re ita cenſeo; cum Q. Cæpionis Bruti Procos: opera conſilio induſtria, virtute difficillimo Reipub. tempore Macedonia, Illyricum.*

TABVLA XVIII.

C ALBINVS BRVTI F. iſte Albinus Bruti Filius, fuit Decimus Iunius Brutus, qui ab Aulo Poſthumio Albino adoptatus; A. Poſthumius Bruti F. Albinus dictus fuit, vt monet Doctiſsimus Fuluius Vrſinus, quod inter cæteros ſcriptores teſtatur Dion; *neq; vero prætereundus eſt Trebonius & Decimus Brutus, quem Iunium & Albinum appellabant.* & hic inter Ceſaris percuſſores fuit, à M. Bruto & C. Caſsio ideo electus, vt auctor eſt Plutarchus, nō quod ſtrenuū aut audacem ſcirent, ſed quod manum gladiatorum validam haberet; ad edendos Romanos Ludos, cui Cæſar tantum tribuebat, vt eum in teſtamento ſuo ſecundum hæredem ſcripſerit, & Conſulem deſignauerit. bellum illi deinde cum M. Antonio; à quo & Mutinæ obſeſſus fuit, ab Octauio Cæ-
D ſare mox liberatus, ſed deinde à Planco & reliquis militibus deſertus, fugiens in hoſpitis cuiuſdam Galli nobilis viri nomine Carmeli domo, à militibus quos Antonius miſerat, iugulatus eſt. Nummi eius plerique coniunctas habent dextras cum Caduceo, fortè ob concordiam legionum ſuarum cum Cæſare, & Conſulibus Hirtio & Panſa, quorum opera Mutinenſi obſidione exēptus fuit: eſt etiam Corona ſpicea forte quod Annonam P. R. viliorem, aduecto frumento fecit.

C. PANSA. CAI FILIVS. CAI NEPOS. Roma ſedens ſuper ſpolia cum haſta & Parazonio quam victoria coronat; in memoriam forte belli, quod iuſſu P. R. Panſa & Hirtius cum Cæſare aduerſus

Antonium qui D. Brutum Mutinæ obſideret, geſſerunt, & fugato Antonio, victoriam reportârunt. quo in bello Panſa Conſul ex vulnere Bononiæ deceſsit, & publica ſepultura honoratus eſt.

AVLVS HIRTIVS AVLI FILIVS. A Hirtius cum C. Vibio Panſa Conſul fuit, miſſus à Senatu contra Antonium, qui D. Brutum Mutinæ obſidebat, Commiſſo prælio cum victoria ad Hirtium inclinaret, irrupit ille Antonij Caſtra, & circa prætorium ſtrenuè pugnans interfectus fuit. nummus oſtendit Conſulem aræ adſtantem ſacrificantis ſpecie. ab aduerſa parte PIETAS, quod fortè pro patria bellum contra Antonium iam hoſtem declaratum, ſuſcepiſſet.

TABVLA XIX.

BRVTVS IMP. Orbis cum Caduceo & nauis gubernaculo, quod exſtincto Cæſare qui Tyrannidem affectaret, & reſtituta libertate orbi fœlicitas & Pax reſtituerentur, quam ciuilia bella hactenus oppreſſerant.

C. CASSIVS. ROMA. Quadrigæ ſunt aurigante libertate, hoc enim denotat Pileus quem manu geſtat, quaſi Romam ad Pileum vocaret.

BRVTVS IMP. Imperatoris nomen deuictis Beſsis accepit Brutus, de quibus & Trophæum, vt nummus hic teſtatur, qui videtur percuſſus à Pedanio Coſta Bruti legato.

C. FLAVIVS HEMIS LEGATVS PROPRAETORE. C. Flauius, hic Bruti legatus fuit inter Cæſaris inimicos. Cn. Flauium ſcriptores nominant, ſed Hemis nomen nuſquam illi adſcriptum. auerſa nummi parte Q. CAEPIO BRVTVS IMP. Trophęũ quod à Victoria exornatur.

C. CASSIVS IMP. refert Plutarchus in vita Bruti, Caſsium & Brutum Sardibus conueniſſe, & vtrumque ab armato exercitu Impp. Salutatos fuiſſe.

M. SERVILIVS LEGATVS. Hic M. Seruilius frater fuit P. Seruili Caſcæ, qui Cæſarem primus à tergo vulnerauit, paulò infra iugulum, Cæſar Caſcæ brachium arrepto Graphio traiecit, qui fratrem M. Seruilium in auxilium vocauit. Fuit hic M. Seruilius Caſsij legatus. Pagurus cum ramo quopiam, in nummo conſpicitur vt etiam inſequenti.

BRVTVS IMP. Victoria nauis proræ cum Corona & palma inſiſtit. Fortè reſpicit ad Victoriam quam Bruti duces Murcus & Aenobarbus de Domitio Caluino in mari Ionio habuerunt teſte Appiano.

CASCA

A CASCA LONGVS. Neptunus cum Tridente. Longus vt &
Linginus Caſsiorum cognomen eſt.

L. SESTIVS PROQVAESTORE. Fuit hic L.Seſtius Q. Cæ-
pionis Bruti in Macedonia Proquæſtore: de quo Appianus lib. IV. bel-
lorum Ciuilium. L. Seſtius Bruti quæſtor ab Antonianis de proditione
fruſtra ſollicitatus, proſcriptusq́; ob eam cauſſam, tandem in patriam re-
uerſus, in Cæſaris Auguſti amicitiam receptus eſt; cui aliquando effigies
Bruti & Caſsij ſpectandas domi ſuæ præbuit.

COHORTIS SPECVLATORVM. Speculatores, certũ genus
militũ, qui videntur fuiſſe inter cuſtodes principũ, quod quaſi in ſpecula
B eius ſalutis ſint, Suidas: Σπεκελάτωρ, δορυφόρον interpretatur, ſeu ſa-
tellitẽ. Suetonius in Claudio, *neq; conuiuia inire eſt auſus, niſi vt ſpeculatores
cũ Lanceis circuſtarent.* Nec ſolum hoc illorũ munus, ſed etiã in illos qui
damnati erant, animaduertebant. Seneca lib. I. de ira: *Tum Centurio qui
ſupplicio præerat, condere gladium ſpeculatorem iubet.* Clarius Iulius Firmicus
lib. VIII. cap. XXVI. *Speculatores faciet, qui nudato gladio hominũ amputent
ceruices.* Tacitus inter præcipuos milites annumerat lib. Hiſt. II. *Is primus
dies Othonianas partes afflixit, namq; cum ipſo Prætoriarũ Cohortiu & Specu-
latorum equitumq; valida manus diſceſsit.* Non deſunt qui credunt Specu-
latores eſſe illos qui ſermones & acta omnium rimantur, & ad Princi-
C pem deferunt.

Auerſa parte ANTONIVS, AVGVSTVS III. VIRI.
REIPVBLICAE CONSTITVENDAE. Triremis eſt, quæ frequẽ-
ter in eius nummis occurrit.

VICTORIA AVGVSTA. Ipſa victoria cum Corona & Palma
in memoriam victoriæ quam ſocio M. Antonio contra Brutum & Caſ-
ſium in Campis Philippicis obtinuit.

COHORS PRAETORIA. PHILIPPI. Erat autem Prætoria
Cohors, electa manus militum ac familiarium ducis, qui circa eum pu-
gnabant; dicta autem Prætoria, quod veteres, Aſconio teſte omnẽ Ma-
D giſtratum cui parent exercitus Prætorem appellarent, Primus autem il-
lam videtur P. Scipio Africanus inſtituiſſe. Feſtus: *Prætoria Cohors eſt di-
cta, quod à Prætore non diſcedebat. Scipio enim Africanus primus fortiſſi-
mum quemque delegit, qui ab eo in bello non diſcederent, & cætero militiæ mune-
re vacarent, & ſeſquiplex ſtipendium acciperent*: ſed mox variè mutatæ;
nam Cæſar lib. I. de bello Gallico ſcribit, cum ſola Decima Legione ſe
iturum, ſibiq́ue eam Prætoriam Cohortem futuram. Poſt ciuilia bella
Cohortes iſtæ auctæ & plures numero fuerunt. Auguſtus Romę circa ſe
habuit nouẽ prætorias cohortes, firmamentum tunc Imperij, poſtea exi-
tiũ. vnde Vitellius apud Suetonium cap. X. *Nihilq́; cunctatus quidquid Præ-*

toriana-

torianarum cohortium fuit; vt peßimi exempli, vno exauctorauit edicto iußas A
Tribunis arma tradere.

TABVLA XX. XXI.

MARCVS LEPIDVS IMPERATOR. Et ΜΑΡΚΟΣ ΛΕΠΙΔΟΣ ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ. ΤΡΙΩΝΑΝΔΡΩΝ. Et M. LEPIDVS IMP. PONT. MAX. III. VIR REIPVB. CONSTITVENDAE. Quia inter M.Lepidi nomiſmata exigua occurrit inſcriptionum varietas, ideo plures parietes vna dealbabo fidelia, & vno capite duas tabulas percurram.

Fuit autem M. Lepidus Imperator Pontifex Maximus Triumuir B Reipublicæ conſtituendæ, ex nobiliſsima Aemiliorum familia, de qua Feſtus Pompeius: *Æmiliam gentem appellatam dicunt à Mamerco Pythagoræ Philoſophi filio: cui propter vnicam humanitatem cognomen fuerit Aemilos, alij quod ab Aſcanio deſcendat, qui duos habuit filios Iulum & Aemilon.* Fuit autem filius M. Aemilij Lepidi, Q. F. M. N. eius qui cum Q. Catulo Conſul fuit, hic cum Collegæ aduerſaretur, Syllæ acta conatus reſcindere bellum excitauit, ſed à Q. Catulo victus, in Sardiniam receſsit, vbi tabe obijſſe auctor eſt Appianus lib. 1. Ciuilium, cuius filius, de quo hic agimus, Cæſaris partes ſequutus, Prætor cum eſſet, abſentem Dictatorem dixit, nouo more, cum Conſules ſolerent dicere. Proprætore triũphum C duxit ex Hiſpania anno DCCVII. Sequenti verò anno Cõſul fuit cum C. Cæſare III. Conſule, & in quarta & quinta Dictatura, Magiſter Equitum ab illo creatus. Cæſo autem Cęſare Idibus Martijs in curia; cum Lepidus multum potentia valeret, eumq; Antonius magnopere formidaret, filiam ſuam Lepidi filio nuptum dedit, ipſumq; Patrem Lepidum Pontificem Maximum conſtituit, quod vt facilius efficeret, Pont. Max. Electionem à Populo, ad Pontificum Collegium iterum tranſtulit; per eosq; Lepidum contra omnia Maiorum inſtituta initiauit, vt auctor eſt Dion lib. XLIV. Anno verò DCCX. Triumuir Reipublicæ cõſtituendæ cum M. Antonio & C. Cæſare Octauiano (qui poſtea Auguſtus di- D ctus fuit) quod imperium in quinquennium ſuſceperunt, quo tempore multi Senatores, Equitesq; Romani proſcripti, & inter hos Paulus Lepidus, eius frater; qui tamen militum beneficio, ad Brutum incolumis peruenit. ex Hiſpania iterum Procos. triumphauit, mox ſecundũ Conſulatum cum L. Munacio Planco iniuit; atq; iterum Triumuir in alterũ quinquenniũ cum eiſdẽ Colligis creatus, ſed cũ deuicto Sexto Põpeio, Lepidus videretur multa aduerſus Cæſarẽ machinari, ab Auguſto omni dignitate ſpoliatus, & exercitu exutus; Circeios in perpetuũ relegatur. de quo Velleius Paterculus lib. II. *Quippe cũ inermis & Lacernatus eßet (Cæſar)*

præter

præter nomen nihil trahens, ingreſſus caſtra Lepidi, euitatis quæ iuſſu hominis prauiſſimi tela in eum iacta erant, cùm lacerna eius perforata eſſet lancea, Aquilam legionis rapere auſus eſt: Scires quid intereſſet inter duces; armati inermem ſequuti ſunt, decimoq; anno, quàm ad diſſimillimam vitæ ſuæ potentiam peruenerat Lepidus, à militibus & fortuna deſertus, pulloq; velatus amiculo inter vltimam confluentium ad Cæſarem turbam latens, genibus eius aduolutus eſt; vita rerumq; ſuarum dominium conceſſa ei ſunt, ſpoliata quam tueri non poterat dignitas. Pontificatus etiam Maximus illi relictus, quem Auguſtus illo viuente nunquam voluit accipere; patienterque eius mortem exſpectauit, licèt filius Lepidi in illum conſpiraſſet, vt auctor eſt Dion lib. LIV. cuius coniurationem maturè C. Mæcenas interfecto inconſulto iuuene oppreſsit. obijt autem Lepidus Anno V. C. DCCXL. Fuit etiam ſub Tiberio Lepidus vir grauis, quẽ V. Cl. Iuſtus Lipſius Manium vocat, de quo C. Tacitus lib. IIII. Annalium. *Hunc ego Lepidum temporibus illis, grauem & ſapientem virum fuiſſe comperio, nam pleraque ab ſæuis adulationibus aliorum, in melius flexit, neq; tamen temperamenti egebat, cum æquabili auctoritate & gratia apud Tiberium viguerit.* Inter nummos primę tabulæ, bis occurrit Galeato capite, interdum barbatus, interdum imberbis. in ſecunda tabula aliquando velato capite ob Pontificatum Maximum, cum Lituo, Sympulo, & Gutto inſtrumentis ſacrorum ſcilicet.

TABVLA XXII.

C. VIBIVS VARVS. IV. Vir Monetalis hic Varus fuit, vt ſequens nummus docet. Fœlicitas videtur eſſe cum Cornucopiæ & Victoriola Coronata, quam dextra ſuſtinet. Scio alibi cũ Caduceo exprimi: ſed quid vetat diuerſimodè aliquid pingi; nam Victoria ſolet etiam fœlicitatem parere, vnde rerum omnium Abundantia.

ROMA. cum caſſide & cono ex cauda Equina, qualem etiam Minerua ſolet geſtare.

D M. LEPIDVS, M. MARCELLVS AEDILES CVRVLES. Templum quod Aediles M. Lepidus & Marcellus dedicârunt, videtur Dianæ eſſe, quod auerſa nummi pars ſatis probat; eſt enim Diana cum arcu & pharetra, quod ex S. C. fortè ab illis exſtructum.

M. AEMILIVS. M. F. Q. N. LEPIDVS PRAEFECTVS VRBIS. Fuit à Cæſare Præfectus vrbis conſtitutus, priuſquam aduerſus Pompeium proficiſceretur. Triumuiratus etiam tempore, cum Auguſtus & Antonius aduerſus Brutum & Caſsium expeditionem pararent, Lepidus ad vrbis tutelam remanſit.

AEMILIA S. C. REFECTA. M. LEPIDVS. Baſilica

hæc fuit Aemilia dicta, à L. Aemilio Paulo exſtructa, qui Collega fuit C. Marcelli anno V. C. DCCIII. Statius Papinius Regiam Pauli vocat. in equum Domitiani:

Illic Belligeri ſublimis Regia Pauli.

Plinius Baſilicam Pauli vocat lib. XXXVI. cap. XV. *Nonne inter magnifica Baſilicam Pauli columnis è Phrygibus mirabilem, numerabimus?* Dion verò lib. XLIV. *Porticum quæ Pauli dicitur, Æmilius Lepidus Paulus ſua impenſa perfecit & in Conſulatu dedicauit.* Appianus lib. II. Belli Ciuilis, vult illam exſtructam, è pecunia mille quingentorum Talētorum; quam initio belli ciuilis acceperat à Cæſare, ne illi aduerſaretur; hanc incendio corruptã, refecit XX. annis poſt alius Aemilius, vt narrat Dion lib. LIV. poſtea etiam ſub Tiberio iterum Collapſam firmauit M. Lepidus. Tacitus lib. III. Annalium. *Iiſdem diebus Lepidus à Senatu petiuit vt Baſilicam Pauli, Æmilia monimenta, propria pecunia firmaret ornaretq́. Erat etiam tum in more publica munificentia, nec Auguſtus arguerat Taurum, Philippũ, Balbum, Hoſtiles exuuias aut exundantes opes, ornatum ad vrbis & poſterorum gloriam conferre; quorum exemplo Lepidus, quanquam pecuniæ modicus, auitum decus recoluit.*

P. SEPVLLIVS MACER. Eques qui duobus Equis decurrit, tales Deſultorij vocantur, quod ab vno in alium deſiliant, qui ludis publicis ſolebant decurrere. Suetonius. *Quadrigas, Bigaſq́; & equos deſultorios agitauerunt nobiliſſimi iuuenes.*

L. MVSSIDIVS T. F. LONGVS. IV. VIR A. P. F. quod in alijs Monetalium IV. Virorum nummis A. A. A. F. F. Auro Argento Aere Flando feriundo, inſcriptum, hic videtur ſignificari, Argento Publico feriundo. Eſt autem Mars innitens haſtæ puræ cum Parazonio. Erat autem Parazonium enſis breuis, cuſpide carens, propriè Tribunorum militarium, de quo Martialis lib. XIV. Epr. XXXII.

Militiæ decus hoc, & grati nomen honoris,
Arma Tribunicium cingere digna latus.

TABVLA XXIII.

SALVS GENERIS HVMANI. Caduceus cum Dextris iunctis, nummus hic à Triumuiris ſignatus, vt concordiam ſuam omnibus palam facerent, quam volebant in Bonum Publicum eſſe, adeò vt Salutem Generis humani Triumuiratum ſuum volebant credi, (cum peſtis & exitium orbis terrarum eſſet) Dextræ verò iunctæ, militibus propriè Concordiæ erat ſignum: de quibus Tacitus: *Centurionemque Siſennam dextras Concordiæ inſignia, Syriaci exercitus nomine, ad Prætorianos ferentem*

A *ferentem varijs artibus aggreſſus eſt*. Caduceus hic adiectus eſt, quod ex Concordia hac Triumuirorum fœlicitas paxq; oritura eſſet.

P. SEPVLLIVS MACER. CONCORDIA. Caput eſt Concordiæ velatum & Lauro cinctum, quem habitum Ouidius libro VI. Faſtorum exprimit.

Venit Apollinea longas Concordia Lauro
Nexa comas, placidi numen, opusq; ducis.

LEPIDVS IMPERATOR. Dextræ iunctæ cum Caduceo, cui alæ coniunctæ. Tota hæc tabula Triumuirorum concordiam in vlciſ-B cenda Iulij Cæſaris morte nobis exhibet.

M. ANTONIVS IMPERATOR. AVGVR. III. VIR REIPVB CONSTITVENDAE de M. Antonio Triumuiro ſuo loco dicemus, vt & de Cæſare Auguſto.

CAESAR. LEPIDVS. ANTONIVS III. VIRI R. P. C. Dextræ coniunctæ cum Caduceo propter Triumuirorum Concordiam.

TABVLA XXIV.

C CAESAR IMPERATOR PONTIFEX. III. VIR R. P. C. Auguſtus Triumuir cum Lituo.

LEPIDVS IMPERATOR PONT. MAX. CAESAR IMP. PONT. Cæſar Auguſtus duobus his nummis Pontifex vocatur, ſed non Pontifex Maximus; ſiquidem viuo Lepido, quem tamen ſpoliatum exercitu Circeios relegaſſe diximus, nunquam Pontificatum Maximum auferre Auguſtus ſuſtinuerat. Seneca lib. I. de Clementia. *Ipſum Lepidum quamdiu mori paſſus non eſt? per multos annos tulit ornamenta principatus retinentem, & Pontificatum Maximum non niſi mortuo illo transferri in ſe paſſus eſt: maluit enim illum honorem vocari, quam ſpolium*. Pontificatus enim perpetui erant, & ne exules quidem illo priuabantur. adſunt hic ſa-D crorum inſtrumenta, Apex, Securis, Adſpergillum, Sympulum.

M. ANTONIVS IMPERATOR. Guttus aut Vrceolus, & Pullus Gallinaceus: ad Auguratum Antonij reſpicit; Augures enim ex pullis Augurium capiebant, quos in Caueis nutriebant; vnde qui illorum curam gerebat, Pullarius dicebatur; ex paſtu enim illorum capiebāt Augurium. Feſtus. *Puls potiſſimum dabatur Pullis in auſpicijs, quia ex ea neceſſe erat aliquid decidere, quod tripudium faceret, id eſt terripauium, pauire enim ferire eſt*. Bonum enim Augurium eſſe putabant, ſi pulli per quos auſpicabuntur, comediſſent; preſertim ſi eis edentibus aliquid ab ore decidiſſet; ſin autem omnino non ediſſent, arbitrabantur periculum imminere. Hoc ſumma religione obſeruabant Romani, nec impune quem-

quam ſpreuiſſe; vnde ferunt Claudium Pulchrum bello Punico primò cùm prœlium nauale commiſſurus eſſet, auſpiciaq; more maiorum petijſſet, & pullarius non exire cauea pullos enunciaſſet, abjici eos in mare iuſsit, dicens, quia eſſe nollent, biberent. ſed nequeo mihi temperare, quin amœniſsimum Plinij locum adducam ex lib. X. cap. XXI. *Secundus honos eſt habitus Melicis ac Chalcidicis, vt planè digna aliti tantùm honoris præbeat Romana Purpura, horum ſunt Tripudia Soliſtima; hi Magiſtratus noſtros quotidie regunt, domosq; ipſis ſuas claudunt aut reſerant; hi faſces Romanos impellunt aut retinent, iubent acies aut prohibent, Victoriarum omnium toto orbe partarum auſpices; hi maximè terrarum imperijs imperant, extis etiam fibrisq;, haud aliter quam opimæ victimæ Dijs gratæ.*

IMPERATOR ANTONIVS AVGVR III. VIR. ITERVM R. P. C. Exacto Triumuiratus quinquennali tempore, in aliud quinquennium Reipub. Conſtituendæ cauſſa, Cæſar, Antonius & Lepidus Triumuiratũ ſibi prorogârunt, idq; declarato hoſte Sexto Põpeio, quod circa Annũ V.C.DCCXVIII. accidit; in cuius rei memoriã cętera huius tabulæ nomiſmata percuſſa ſint, vt inſcriptio ipſa ſatis manifeſtat.

TABVLA XXV.

M. LEPIDVS ANNORVM XV. PRAETEXTATVS. HOSTEM OCCIDIT, CIVEM SERVAVIT. Ita enim legendum monet de Antiquitate optimè meritus Fuluius Vrſinus. huic nummo egregiam lucem præbet Valerius Maximus lib. III. cap. I. *Aemilius Lepidus puer etiam tum progreſſus in aciem, hoſtem interemit, ciuem ſeruauit. Cuius tam memorabilis operis index eſt in Capitolio, Statua bullata, & incincta prætexta S. C. poſita. iniquum enim putauit eum honori nondum tempeſtiuum videri, qui iam virtuti maturus fuiſſet: præcurrit igitur Lepidus ætatis ſtabilimentum, fortiter faciendi celeritate; duplicemq; laudem è prœlio retulit, cuius eum vix ſpectatorem anni eſſe patiebantur.* Non ſpectat ergo hic nummus ad Lepidum Triumuirum, ſed ad M. Lepidũ qui Pont. Max. ac bis Conſul fuit. Antonius Auguſtinus lib. de familijs Romanorum refert hunc filium fuiſſe M. Lepidi M. F. M. N. quem Liuius ait bis Conſulem & Augurem fuiſſe, Eques eſt cum ſpolijs, capite coronato, Ciuica procul dubio Corona, in memoriam generoſiſsimi facinoris, quo puer pęne ciuem ſeruauit.

M. AEMILIVS M. F. Q. N. PROPRAETORE. Quadriga triumphalis. Reſpicit ad Lepidi triumphum, quem Propr. egit ex Hiſpania citeriori, Iulio Cæſare Dictatore II. & M. Antonio Magiſtro Equitum; vt docent Faſti Conſulares.

III. VIR. REIPVB. CONSTITVENDAE. Victoria cum

ria cum Palma & Corona proræ nauis inſiſtens.

M. LEPIDVS IMP. ITERVM. PROCOS. Triumphauit ſecundo ex Hiſpania. Faſti Conſulares. M. AEMILIVS M. F. Q. N. LEPIDVS II. III. VIR. R. P. C. PROCOS. EX HISPANIA PRIDIE KAL. IANVAR. Quo tempore etiam L. Munatius Plancus ex Gallia triumphauit, cum quo Conſulatum iniuit Kal. Ianuarijs. Iactatus eſt in triumpho notiſsimus hic verſus, militari licentia.

De Germaneis non de Galleis duo triumphant Conſules:
Quia vterque proprium fratrem curauerat proſcribi.

EX SENATVS CONSVLTO. Trophæum ſupra militare Aquilam cum ſignis militaribus, Victoriam Hiſpanicam reſpicit.

Duæ ſtatuæ Equeſtres S. C. poſitæ, quarũ vltima velato capite cum lituo, propter Pontificatum Maximum quem gerebat.

ΤΡΙΩΝΑΝΔΡΩΝ. Nauis eſt quæ velis remisq; fertur; ſolet illa fœlicitatem frequenter denotare, ſic in Hadriani & Antonini nummis conſpicitur cum epigraphe, FELICITAS AVGVSTI.

TABVLA XXVI.

ALEXANDREA. Mulier turrito capite quæ Alexandream ſignificat. SALVS PROVINCIARVM AFRICAE. S. C. Cæſar Auguſtus, vt magis ſibi Lepidum deuinctum haberet, abſque Antonij interuentu Africam illi conceſsit, quæ cum tunc temporis inter T. Seſtium qui Antonij rebus ſtuderet, & Cornificium, & D. Lælium, qui Auguſto faueret, diſtracta eſſet & bellis agitata; Lepido ceſsit T. Seſtius, qui Cæſaris duces profligauerat, ſiue quod ſuſpicaretur illum ex Antonij etiam ſententia venire, ſeu quod maiores copias duceret, vt auctor eſt Dion lib. XLVIII. itaque Lepidus ſolus Africæ imperauit, & bella exſtinxit; in cuius rei memoriam nummus hic ſignatus; dicitur autem Salus Prouinciarum Africæ, quia in Africa duæ erant Romanorum Prouinciæ, vt teſtatur Dion.

ΚΟΙΝΩΝΙΑ ΑΛΕΞΑΝΔΡΙΝΩΝ. *Communitas Alexandrinorum*, ob beneficia Lepidi in Alexandrinos ſcilicet collata.

M. LEPIDVS PONT. MAX. TVTOR REGIS S. C. Lepidus togatus, qui diadema Iuueni Aquilam manu tenenti imponit. non eſt hoc nomiſma ad Triumuirum Lepidum referendum, ſed ad alium Lepidum qui circa Annum V. C. DXCV. Ptolomæi Aegypti regis tutelã geſsit; de quo Valerius Maximus lib. VI. cap. VI. *Cũ Ptolomæus rex tutorem Populũ Romanum filio reliquiſſet, Senatus M. Aemiliũ Lepidũ Pont. Max. bis Conſulem ad pueri tutelam gerendã Alexandriã miſit: ampliſsimiq; & integerrimi viri sãctitatem Reip. vſibus & ſacris operatã, externæ procurationi*

vacare voluit; ne fides ciuitatis noſtræ fruſtra petita æſtimaretur; cuius beneficio Regia incunabula conſeruata pariter ac decorata, incertum Ptolomæum reddiderunt, Patriſne fortuna magis, an Tutoris maieſtate gloriari deberet. Tacitus Annalium II. *Thracia in Rhœtemaclem filium, quem paternis Conſilijs aduerſatum conſtabat, inque Cotyis Liberos diuiditur, yſque nondum adultis, Trebellienus Rufus prætura functus datur, qui regnum interim tractaret, exemplo quo maiores M. Lepidum Ptolomæi liberis tutorem in Ægyptum miſerant*; quis verò hic Ptolomęus fuit qui Tutorem Lepidum habuit? credo Epiphanem Ptolomæum fuiſſe. qui Ptolomæi Philopatris filius ſecundum Euſebiũ. Nam Philopatris filium fuiſſe in tutela, Iuſtinus docet lib. XXXI. *Mortuo Ptolomæo Philopatre Rege Ægypti, contemptaq; paruuli filij eius ætate, qui in ſpem etiam regni relictus, præda domeſticis erat; Antiochus Rex Syriæ occupare Ægyptum ſtatuit; itaque Phœnicem cæteraſq; Syriæ quidem ſed iuris Ægypti Ciuitates, cum inuaſiſſet, legatos ad eum Senatus mittit, qui denunciarent ei, abſtineret regno Pupilli, poſtremiſq; patris precibus fidei ſuæ traditi.*

Ex. S. C. equus eſt infrenis, iuxta quem Scorpius, vt etiam in IX. nomiſmate. Africam Scorpijs multisque venenatis animalibus refertam eſſe cuiuis notum; quod Lucanus doctè & diffuſe explicat lib. IX. vnde inter Africæ inſignia frequenter Scorpius in nummis conſpicitur. Numidæ etiam Africæ populi equeſtri gloria clari, ſine freno pugnabant: vnde Virgilius lib IV.

Et Numidæ infreni cingunt, & inhoſpita Syrtis.

Lucanus addit, Virgę motui equos aſſueuiſſe loco freni:

Et gens quæ nudo reſidens Maſſylia dorſo
Ora leui flectit frenorum neſcia virga.

CABE. Putant aliqui Africæ eſſe vrbem, ſed vbi terrarum hæc ſita, incertum. Ptolomæus Acaben montem Aegypti, ad ſinũ Arabicum ponit: Plinius verò Tacaben in regione Tripolitana agnoſcit.

M. LEPIDVS IMP. ITERVM. Apollo eſt iuuenili facie Laurea redimitus.

PONTIFEX MAXIMVS. III. VIR ITERVM. R. P. C. Secundo Triumuiratus ſui quinquennio, nummus hic ſignatus. Frumẽti quatuor ſpicæ, forte quod Annonam Populi Romani ſubmiſſo ex Africa frumento ſubleuauerit.

TABVLA XXVII.

EX. S. C. Tripus Apollini Sacra cum ſerpente, in memoriam Pythonis, quem Apollo adhuc puer ſagittis confecit: adſunt Lituus & Sympulum ſacrorum inſtrumenta.

P. SE-

A P. SEPVLLIVS MACER. Lepidus Velato capite vt Pontifex Max. tripodi adſtans cum Sympulo.

P. SEPVLLIVS MACER. Apollinis item Tripus cum Faſcibus Romanis.

C. VIBIVS VARVS. IV. VIR. Minerua cum Clypeo & telo quæ victoriam dextra geſtat.

ΜΑΡΚΟΣ ΛΕΠΙΔΟΣ ΤΡΙΩΝΑΝΔΡΩΝ. *Marcus Lepidus Triumuir.* Iupiter Ammon arietinis Cornibus magna religione ab Africæ populis cultus. Lucanus lib. IX.

B *Ventum erat ad templum Lybicis quod gentibus vnum*
Inculti Garamantes habent, ſtat Corniger illic
Iupiter, vt memorant, ſed non aut fulmina vibrans,
Aut ſimilis noſtro, ſed tortis Cornibus Ammon.

Q. Verò Curtius lib. IV. diuersè admodum de Ammonis oraculo loquitur. *Id quod pro Deo colitur, non eandem effigiem habebat, quam vulgò Dijs artifices accomodauerunt. Vmbilico maximè ſimilis eſt habitus, Smaragdo & gemmis coagmentatus. Hunc, cum reſponſum petitur, nauigio aurato geſtant Sacerdotes, cum multis argenteis pateris, ab vtroque nauigij latere pendentibus ſequuntur matronæ virginesque, patrio more inconditum quoddam carmen ca-*
C *nentes, propitiari Iouem credunt, vt certum edat oraculum.*

L. REGVLVS IV. VIR. ARGENTO PVBLICO FACIVNDO. In honorem Lepidi à L. Regulo. IV. VIRO monetali nummus hic ſignatus, matrona eſt velato capite cum haſta pura, & videtur lucernã manu geſtare, Veſtam diceres, tali enim habitu in veterum nummis, Veſpaſiani, Titi, & Domitiæ conſpicitur; niſi quod in illis ſedeat, hic ſtet erecta.

ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ΑΡΧΙΕΡΕΥΣ ΜΕΓΑΣ. *Imperator Pontifex Maximus*, quid illud ſit Cancellatum cui Corona incumbit, viderint peritiores.

D LEPIDVS PONT. MAX. IMP. ITERVM. III. VIR ITERVM. R. P. C. Hercules ornatus ſpolio Leonino cum claua.

CONSVL ITERVM III. VIR R. P. C. Sella cui incumbit fulmen Iouis ab vna parte Lauri ramus, ab altera Spica frumenti, Puluinar Iouis crederem eſſe.

M. LEPIDVS PONT. MAX. III. VIR. R. P. C. Lituus, Guttus, Sympulum & Seceſpita. Inſtrumenta Pontificis & Auguris.

M. AN-

 A

M. ANTONIVS.

TABVLA XXVIII. XXIX.

M Antonio Pater fuit M. Antonius Criticus dictus, Auus verò . M. Antonius Orator, à Mario interfectus. iuuenis amiſſo patre, quo minus Iuliæ matris cura diligentiſsimè educaretur, P. Lentuli ſocordia factum, quamobrem magna infamia adoleſcens laborauit. In militia ſecundioris famæ fuit, quam in Syria & Aegypto ſub Gabi- B nio, in Gallia ſub Iulio Cæſare cum laude obiuit: rebus geſtis & claris factis ſpectatus, nam & corporis robore & animi vigore præſtabat. Mox vt ſe ad Reipub. adminiſtrationem vertit, ſecundum Quæſturam, commendatione Cæſaris Auguratum, inſuperq; Tribunatũ plebis adeptus; Flagrante verò ciuili bello inter Cæſarem & Pompeium, Italiæ illi præfectura commiſſa, Magiſter etiam equitum à Dictatore Cæſare creatus; Nouiſsimè datus etiam Conſulatus, quem Cæſar in quinto Conſulatu Collegam ſibi adſciuit. Interfecto autem Cæſare, diſsimulato primùm animi ſui dolore, acerrimè eius Parricidas perſequitur, & Decimũ Brutum Mutinæ obſedit, hoſtisque à Senatu Iudicatus. Sed mox in gratiam C cum Lepido, & Octauiano Cæſare redijt, aſſumpto Triunviratu, Cæſaris necem vindicauit. Bello Philippenſi ingentem gloriam retulit, nam decumbente Cæſare, ſolius Antonij virtute & conſilio Caſsius & Brutus victi fuère. regreſſo deinde in Italiam Cæſare, Antonius ad res Orientis componendas relictus, ſecundum Conſulatum geſsit; ad bellum Parthicum profectus plenus dedecore domum redijt, allectusque Cleopatræ amoribus, vino & libidini ſe mancipauit. qua de cauſſa orto bello cum Auguſto, omnibus viribus cum Cleopatra ad Actium illi occurrit; ſed magna pugna victus in Aegyptum fugit: quam cum Cæſar breui occupaſſet, ne viuus in hoſtis poteſtatem deueniret, ferro ſe interemit, ætatis D ſuæ anno. L. vel vt alijs placet LVI. Vir fuit de quo iure dubitare poſſes, maiórne virtutibus, an vitijs cenſeri debeat; nam in re bellica labore & fortitudine, in ocio verò, & luxuria, temulẽtia & libidine omnes ſuperauit. Eius vitam accuratiſsimè Plutarchus deſcribit.

Duabus hiſce tabulis non occurit tanta inſcriptionum varietas, vt ſingulas explicare neceſſe ſit. Siquidem eædem tantum pęne occurrunt; quare ſimul tantum de illis dicam.

M. ANTONIVS IMPERATOR. M. ANTONIVS IMP. REIP. CONSTITVENDAE. aliquibus adeſt Lituus propter Auguratum quẽ geſsit M. ANTONIVS IMP. III. VIR. R. P. C.

TABV-

A

TABVLA XXX.

M ANTΩNIOΣ AYTOKPATΩP OIΩNIΣTHΣ. TPIΩ NANΔPΩN. *M. Antonius Imperator Augur Triũuir.* Refert Plutarchus in vita Antonij, illum Augurem conſtitutũ fuiſſe Iulij Cæſaris loco, idq́ue in gratiam C. Octauij Cæſaris, quod tamen pugnat cum A. Hirtio lib. VIII. de bello Gallico de Iulio Cæſare: *Hunc (Antonium) etſi prius Augurem factum, quam Italiam attingeret in itinere audiuerat, tamen non minus iuſtam ſibi cauſſam, Municipia & Colonias adeundi exiſtimauit, vt ijs gratias ageret quod frequentiam atque officium Antonio præſtitiſſent.*

B

M. ANTONIVS IMP. AVGVR. III. VIR R. P. C. M. BARBATVS P. CI. De Barbato Appianus lib. V. Ciuilium: Barbatus Antonij Quæſtor nonnihil Antonio inſenſus, & ob id reuerſus in Patriam interrogantibus dicere ſolebat, Antonium his qui in Cæſarem pro Communi poteſtate depugnarent, ſubiraſci, qua ex re ferè omnes, niſi quis circumuentus eſſet, Barbato aſſentientes, à L. Antonio ad Cæſarem tranſibant. Litteræ P. CI. Fortè, Prætor Ciliciæ, vt Goltzio & Adolpho Occoni placet. Inter cognomina autem Horatiorum erant Barbati, qui diuerſi à Barbatijs.

C

M. ANTONIVS IMP. AVGVR. III. VIR. R. P. C. A. NERVA PROQ. P. Quis iſte A. Nerua Proquæſtor Prætoris, aut Prætorius, parum hactenus liquet.

ANTONIVS IMP. AVGVR. III. VIR. R. P. C. L. GELLIVS Q. P. Lucius hic Gellius Poblicola dictus, Antonij Quæſtor Prætorius vel Proprętore, poſtea cum M. Cocceio Nerua Conſulatum geſſit, anno V. C. DCCXVII. Partes Bruti & Caſſij primum ſequutus, mox inſidiarum conuictus, ad Cæſarem & Antonium defecit; vt auctor eſt Dion lib. XLVII.

D

M. ANTΩNIOΣ AYTOKPATΩP. TPITΩN TPIΩNANΔPΩN. *M. Antonius Imperator Tertium Triumuir.*

TABVLA XXXI.

ANTONIVS AVGVR CONSVL DESIGNATVS ITERVM ET TERTIVM. Quia ſequentis nomiſmatis eadem pęne inſcriptio, vtramque ſimul explicabo.

ANTONIVS IMP. COS. DESIG. ITERVM ET TERTIVM. III. VIR. R. P. C. Antonius cum Regina Cleopatra. Primum autem conſulatum geſsit cum Cæſare, anno DCCIX. ſuffecit ſibi P. Dolabellam; deinde Triumuir factus cum Lepido & C. Cæſare Octauiano, in quinquennium Reip. Conſtituendæ cauſſa, idem imperium in aliud quinquennium continuatum: atque Conſul II. factus cum L. Libone anno DCCXIX. abdicauit ſuffecto L. Atratino: deſignatus tertium Conſul, in annum DCCXXII. hoſtis iudicatus fuit. A

ΑΝΤΩΝΙΟΥ ΑΥΤΩΚΡΑΤΩΡΟΣ ΚΑΙ ΚΛΕΩΠΑΤΡΑΣ ΒΑΣΙΛΙΣΣΗΣ. *Antonij Imperatoris & Cleopatræ Reginæ*; Antonius capite Laureato & Cleopatra cum Diademate. B

M. ANTONIVS IMP. COS. DESIG. ITERVM ET TERTIVM. Antonius capite Laureato cum Lituo, extrinſecus ambit Corona ex Hederæ folijs. Antonius in Aſia Dionyſium iuniorem voluit ſe appellari. Velleius Paterculus lib. II. *Creſcente amoris in Cleopatram incendio, & vitiorum quæ ſemper facultatibus, licentiaque & aſſentationibus aluntur magnitudine, bellum patriæ inferre ſtatuit, cum ante nouum ſe Liberum Patrem appellari iuſsiſſet; cum redimitus hederis, coronaq; velatus aurea, & Thyrsũ tenens, Cothurniſq; ſuccinctus, curru velatus Liber Pater vectus eſſet Alexandriæ.* C Refert Plutarchus, cum Epheſum ingrederetur, mulieres omnes in Bacchas, Viri omnes & pueri in Satyros, & Panes ſe formaſſe, Hedera, Thyrſis & Pſaltrijs plena ciuitate Dionyſium, Charidotam, Melichium appellaſſe Antonium.

TABVLA XXXII.

TABVLA hæc exhibet M. Antonium Augurem Imperatorem Conſulem deſignatum Tertium, Triumuirum iterum Reip. conſtituendæ inter cæteros occurrit nummus. 53. diuerſus à cæteris. D

ANTONIVS ARMENIA DEVICTA & 56. M. ΑΝΤΩΝΙΟΣ ΑΡΜΕΝΙΑΣ ΚΑΤΑΔΟΥΛΩΣΗΣ. *Armenia deuicta.* Antonius ad bellum Parthis inferendum ab Armeniæ Rege Artauaſde potiſsimùm inductus fuit. Et copijs eius adiutus, ſed cum is, parum ſecũdos Antonij Conatus, videret, illo deſerto cum omnibus copijs domum regreſſus eſt, qua de cauſſa Romanis multę clades illatę, nam cum haberet Equitum ſedecim millia Parthico more inſtructa, hinc Romanis, illinc Armenijs inſtantibus, procliue fuiſſet Antonium Parthos profligare,

fligare. Antonius diſsimulata animi alienatione, iterum Armeniam ingreditur, tanquam bellum Parthis illaturus, & promiſsis, blanditijsque Regem inter præſidia Romana inductum, in vincula coniecit, eumque Alexandriæ in Triumphum duxit; vt auctor eſt Plutarchus; de quo Velleius breuiter, *Tertia æſtate reuerſus in Armeniam, Regem eius Artauaſdem fraude deceptum, Catenis, ſed ne quid honori deeſſet, aureis vinxit*. Plura apud Dionem lib. XLIX. qui refert illum poſtea totam Armeniam, partim vi, partim deditione in ſuam poteſtatem redegiſſe, in cuius rei memoriam Tiara Regium ornamentum pone Antonium conſpicitur.

TABVLA XXXIII.

TOTA hæc tabula ſpectat ad Triumuirorum Concordiam in conſtituenda Republica, & Vindicanda Iulij Cæſaris nece; vnde in pleriſq; Iulij Cæſaris mentio, non ſecus ac inter Lepidi nummos Tabula ſcilicet XXIII.

M. ANTONIVS C. CAESAR. Duæ dextræ amplexæ Caduceum.

CAESAR. LEPIDVS. ANTONIVS III. VIR. R. P. C. Dextræ pariter tenentes Caduceum alatum. Significant Pacem & Concordiam inter illos initam ad bene conſtituendam Rempublicam.

III. VIR. C. MARIVS PR. Q. Effigies Antonij, Cæſaris & Lepidi. Corona Laurea illorum Capiti imminet.

M. ANTONIVS IMP. III. VIR. R. P. C. Duplex Cornucopiæ cum Caduceo qui orbi innititur, Concordia non ſolum fœlicitatem, ſed omnium rerum abundantiam parit.

M. ANTONIVS IMP. Caduceus cum orbe & faſcibus, infra eſt Securis & dextræ; orbis terrarum imperium, Cōcordia & Legum ſecuritate ſtabilitum.

TABVLA XXXIV.

RESPONDET etiam hæc tabula M. Lepidi nummis qui XXIV. Tabula conſpiciuntur, Triumuirorum dignitates exprimit, Antonij nempe Auguratum, Lepidi Pont. Max. Cæſaris verò Pontificatum, cum ſignis etiam inſtrumentiſq; Auguralibus Pontificalibusque, de quibus, cum abundè ſupradictum, ſuperſedebo hic actum agere.

TABVLA XXXV.

M. ANTONIVS III. VIR. R. P. C. Lituus cum Gutto aut Vrceolo CAESAR DIVI FILIVS. Caput Virile, vnde quinque Ariſtæ erumpunt, quod fortè Annonæ caritas Triũuirorum opera ſubleuata. Siquidem importunis P. R. minis, precibusque coacti, cum Sexto Pompeio pacem inierunt, qui infeſtis claſsibus mare obſidebat, & annonam ab Italia arcebat.

IMP. ANTONIVS AVGVR III. VIR ITERVM. R. P. C. Vrceolus, Patera, Sympulum, & Victimarius Culter, ſeu Seceſpita ſacrorum inſignia.

CONSVL DESIG. ITERVM ET. TERTIVM. III. VIR. R. P. C. Duæ Sellæ curules cum tribus Coronis.

ΕΦΕΣΙΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. *Epheſiorum.* Nummus hic Epheſi ſignatus in honorem Antonij; hac enim in vrbe ſummo honore exceptus fuit, vt ſuprà diximus, quando tota vrbs Bacchantum ſpecie illum tanquam Dionyſium excepit.

L. PLANCVS IMPERATOR ITERVM. Guttus cum Caduceo & fulmine. L. Munacius Plancus, poſtquam vidit Lepidum cum Antonio conſpiraſſe, deſerto Decimo Bruto, eius partes ſequutus. Vir fuit Conſularis, Prætorius & Orator. Hic fratrem ſuum L. Plotium Plancum à Triumuiris proſcribi curauit. Velleius: *Nec Planco gratia defuit ad impetrandum, vt frater eius Plancus Plotius proſcriberetur, quem ferunt adeò delicatè vixiſſe, vt in ipſis latebris ſuis à delicijs non abſtineret, & vnguenti odore detectus fuit.* Et Plinius lib. XIII. cap. III. *L. Plotium L. Planci bis Conſulis Cenſoriſue fratrem, proſcriptum à Triumuiris, in Salernitana latebra vnguenti odore proditum conſtat, quo dedecore tota abſoluta proſcriptio eſt.*

TABVLA XXXVI.

M. ANTONIVS IMP. III. VIR. R. P. C. Caput ſolis radiatum, Antonius enim ſe Oſiridem in Aegypto, Cleopatram vero Iſidem vocabat. Oſiris enim idem cum Sole.

C. SOSIVS. Aquila cum fulmine & Caduceo. hic C. Soſius Syriæ & Ciliciæ ab Antonio Præpoſitus, Hieroſolymam cum Herode expu-

A expugnauit, & Antigonum legitimum Iudeæ Regem, Antonij iuſſu iugulauit; & Herodem nulla conſanguinitate Regiæ ſtirpi coniunctum Iudeæ Regem declarauit; vt Ioſephus lib. XIV. Antiquitatum Iudaicarum refert: hic poſtea debellato Antonio, licèt ſæpius Auguſtũ infeſtaſſet, veniam tamen poſtea impetrauit, teſte Dione lib. LI.

ANTONIO CONSVLI. III. IMPERATOR. IV. Iupiter Ammon. de quo ſuprà.

ANTONIO AVGVRI. SCARPVS IMP. L. Pinarius Scarpus inter Antonij Duces recenſetur. refert Dion lib. LI. Antonium poſt B infauſtam Actiacam pugnam, miſiſſe quoſdam in Africam ad L. Pinarium Scarpum, qui conſcriptum habebat exercitum ad Aegypti tutelã; ſed is cum fortuna fidem mutauit, & ab Antonio ad Cæſarem Auguſtum defecit, & milites ad ſe miſſos occidit.

M. ANTONIVS M. F. M. N. AVGVR. IMP. TERTIVM. Antonius Sacerdotali habitu, velato capite cum lituo.

ΡΟΔΙΩΝ. Nummus hic à Rhodijs ſignatus in honorem Antonij: Serapis eſt cum modio in capite, de quo in Græcia abundè dictum.

Tres ſequentes nummi in honorem Antonij, Oſiridem vel ſolem C exprimunt. Dion certè lib. L. dicit Antonium ſe Oſiridem & Dionyſium, Cleopatram verò Lunam & Iſidem vocaſſe.

TABVLA XXXVII.

L. MVSSIDIVS T. F. LONGVS IV. VIR. A. P. F. De Muſſidio quadrumuiro Monetali ſuprà dictum ſæpius. Mars eſt cum haſta pura & Parazonio.

D L. MVSSIDIVS. T. F. LONGVS. IV. VIR. A. P. F. Cloacina. Duo togati in Septis, qui ſortes manu ex vrna educunt. Refert Diõ lib. LIII. Lepidum, vndiquaque porticibus circumductis ſepta ædificaſſe: Agrippam verò tabulis lapideis & picturis exornaſſe, ac Septa Iulia in Auguſti honorem cognominaſſe. De his plura Tabula XIII.

P. CLODIVS M. F. Mars cum haſta & Parazonio, quis hic Clodius M. F. non conſtat apud ſcriptores.

L. ANTONIVS CONSVL. M. Antonij fratres fuerant L. Antonius & C. Antonius, quem captum M. Brutus, in vindictam M. Tulli Ciceronis quem Triumuir Antonius occiderat, iuſsit necari. L.

verò Antonius cum P. Seruilio conſulatum geſsit anno DCCXIII. atque ipſis Kalendis Ianuarijs de Inalpinis quibuſdam Triumphauit: qua in re ſe Mario non ſolùm comparabat, ſed etiam præferebat, quod eodem die quo magiſtratum initurus eſſet, triumpharet; vt auctor eſt Dion. Inſtigante mox Fuluia M. Antonij vxore, feroci fœmina, cum Cæſare Auguſto bellum ſuſcepit, ob agrorum diuiſionem inter Veteranos à Cæſare factam, quod M. Fratris cauſſa gerere ſeſe dicebat, qua de cauſſa & Pij quoque cognomen, ob pietatem ſuam in fratrem, aſſumpſit: tandem à Cæſare Peruſiæ obſeſſus, cogente fame deditionem fecit. A B

PIETAS COS. Matrona ſtolata cum Cornucopiæ, cui Ciconiæ binæ inſiſtunt, & dextra foculum videtur geſtare. Pietatis figura eſt. Voluit L. Antonius hoc nummo Pietatem ſuam in fratrem M. Antonium exprimere, adeò vt ſibi Pietatis nomen indidit; vnde legendum PIETAS CONSVL. non Conſulis; quod clariſsimè Faſti videntur docere. P. SERVILIVS. P. F. C. N. VATIA ISAVRICVS. L. ANTONIVS M. F. M. N. PIETAS. Et infra L. ANTONIVS M. F. M. N. PIETAS COS. EX ALPIBVS.

M. SILANVS AVGVR QVAESTOR. PROCONSVLIS; Fuit hic M. Silanus M. Lepidi Tribunus militum, quo tempore Antonius cladem Mutinæ acceperat, is acceptis copijs à Lepido cum dubijs mandatis, vtri ſe parti applicaret, Antonio an Decimo Bruto, ad Antonium ſua ſponte copias adduxit; vt refert Dion lib. XLVI. mox amiciſſimus Antonio fuit, ſed offenſus iocis ſcurrilibus, quibus à Cleopatræ adulatoribus impetebatur, ad Auguſtum transfugit. C

PIETAS CONSVL. Pietatis figura cum Ciconia, Cornucopiæ & nauis gubernaculo.

TABVLA XXXVIII. D

KOINON ΠΡΩΤΗΣ ΤΡΙΠΟΛΙΤΩΝ. *Communitas prima Tripolitanorum.* Eſt autem Tripolis Regio in Aſia prope montem Libanum, de qua Strabo, Tripolis à re ipſa nomen accepit; tres enim vrbes habet, Tyrum, Sidonem & Aradum. Ob victoriam aliquam Antonij, communitas Tripolitanorum nummum hunc ſignauit; indicio eſt Victoria Proræ nauis inſiſtens, vt etiam in III. nummo.

PAR-

A PARTHICA. Corona Laurea in qua incluſa eſt Victoria cum Palma & Corona. in memoriam Parthicæ victoriæ, quam P. Ventidius Baſſus aduerſus Parthos obtinuit.

IMP. TERTIO. III. VIRO. R. P. C. Tiara, Regum Orientalium inſigne cum arcu & ſagitta; talis Tiara ſupra conſpecta cum epigraphe Armenia capta, forte etiam eo referri debet, niſi quis malit ad Parthicam Victoriam Ventidij referre.

P. VENTIDIVS. P. F. PR. COS. Bigæ aurigante victoria cum Palma & Corona. P. Ventidium Baſſum genere ferunt Picenum fuiſſe, humili loco natum; matrem eius à Pompeio Strabone Pompei Magni B Patre, bello ſociali, quo Aſculanos ſubegit, captam cum eo fuiſſe, atque triumphante Pompeio Strabone, ante eius currum ſinu matris vectũ. Poſtea cùm adoleuiſſet, victum ſibi ægrè quæsiſſe, eumq; ſordidè inueniſſe, comparandis mulis, & vehiculis, Magiſtratibus qui ſortiti prouincias forent præbendis. in quo quæſtu notum eſſe cœpiſſe C. Cæſari, & cum eo profectum in Galliam, qua in Prouincia cum gnauiter ſatis verſatus eſſet, & deinceps Ciuili bello mandata ſibi pleraque impigrè feciſſet; non modò in amicitiam Cæſaris, ſed ex ea in ampliſsimum ordinem perueniſſe. mox Tribunum quoque Plebis, ac deinde Prætorẽ creatum, quo tempore Antonius à Senatu fuit hoſtis iudicatus. Poſtea verò C & Pontificatum ac deinde & Conſulatum adeptum, quod adeò intoleranter P. R. tulit, vt vulgò verſiculi proſcriberentur.

Concurrite omnes Augures, Aruſpices,
Portentum inuſitatum conflatum eſt recens,
Nam mulos qui fricabat Conſul factus eſt.

Hic idem ab Antonio Prouincijs Orientalibus propoſitus, Parthos in Syriam irrumpentes compeſcuit, & primus Romanorum de Parthis triumphauit. Primò enim Labienum cum Parthorum copijs fudit, fugauitque, ipſo Duce cęſo. mox Pharnabatem Orodis Regis pręfectum circa Amani portas cum magna Parthorum manu deleuit. Pacorum D deniq; Orodis filium, numeroſis ſubnixum copijs, ſimulato metu paſſus caſtris ſuccedere, facta eruptione cum maxima ſtrage concîdit, capiteque Pacori circumlato per omnes Syriæ ciuitates, omnem quæ defecerat regionem recepit: qua de cauſſa illi triumphus decretus. Sed Antonius tanta Ventidij fœlicitate offenſus, imperium illi abrogauit, Romãque ad Triumphum miſit, nec poſtea eius opera vſus fuit.

III. VIR. R. P. C. muliebre caput cippo vel exiguę columnæ inſiſtens, gemini Serpentes ſpiris ſuis id ambiunt, vt etiam videre in alio nummo, vbi fœmina ſtans viſitur cum Haſta pura, & Vrceolo

ſeu Gutto. Nonnulli Aſiam ita volunt deſignari, ſed qua ratione hoc aſſerant non video, cùm & inter Cretenſium nummos non diſsimile quid occurrat, vt in Græcia videbit Lector. A

IMPERATOR TERTIVM. Trophæum de Parthis excitatum forte.

TABVLA XXXIX.

CONCORDIA EXERCITVVM. Dextras coniunctas Concordiæ & Fidei caſtrenſe eſſe ſymbolum, ſuprà diximus. B

CONCORDIA PRAETORIANORVM. P. V. A. Tres litteras haſce Goltzius explicat. PRAETORIANI, VRBANI, ANTONIANI. Refert Appianus lib. III. Ciuilium bellorum; Antonium Macedonicis legionibus, quæ Brunduſium venerant habito delectu, præſtantiſsimum quemque militum in Prætoriam cohortem ſelegiſſe, & cum illa Romam veniſſe, noctuq; armatas cuſtodias circa ædes diſpoſuiſſe, dataque teſſera Caſtrenſi more in quatuor Vigilias diſtribuiſſe.

Cæteri huius tabulæ nummi, Legionum & cohortium Romanorum Aquilas & ſigna militaria oſtendunt: in IV. Trophæum eſt ſupra Aquilam. in VI. Videtur Labarum eſſe aut vexillum in quo moris erat Principũ nomina inſcribere. Suetonius in Veſpaſiano: *Aſſenſere cuncti, nomenq́; eius vexillis omnibus ſine mora inſcripſerunt*. De quo plura apud incomparabilem Virum Iuſtum Lipſium L. IV. de Militia Romana Dialogo V.

De cohorte Prætoria & ſpeculatorum ſuprà dictum Tab. XIX.

TABVLA XL. XLI. XLII. XLIII.

QVATVOR hiſce tabulis, Legionum Romanarum Aquilæ & ſigna militaria, atque earum nomina vſque ad triginta. Sola ſecunda deeſt. Tab. XLIII. ANTONINVS ET VERVS AVGVSTI RESTITVERVNT. LEGIO VI. Hunc Antonij nummum reſtituerunt Antoninus & Verus Imperatores.

ANTONIVS AVGVR III. VIR. R. P. C. Triremis cum Solis capite in prora, cur verò in Antonij nummis adeò frequenter nauis conſpicitur hactenus mihi parum liquet.

TABV-

TABVLA XLIV.

A P. CANIDIVS CRASSVS LEGATVS. A. P. Legatus hic Antonij Canidius, teſte Appiano in Parthicis, & Dione, circa Armeniæ fines ab Antonio relictus, multa præclara geſsit; nam & Pharnabazum Hiberorum Regem pugna victum ad belli Societatem compulit, ac cum eo in Albaniam progreſſus, victum Regem Zoberim cum copijs ſibi adiunxit, & ad Caucaſum vſque omnia perdomuit, Antonijque nomen clarum apud Barbaras gentes effecit; idem etiam tempore belli Actiaci terreſtribus Antonij copijs præerat. mortuo verò Antonio videtur à Cæſare interfectus. Velleius: *Canidius timidius deceſsit, quàm profeßioni eius qua ſemper vſus erat congruebat.*

B CLEOPATRAE REGINAE REGVM. FILIORVM REGVM. Auctor eſt Dion lib. XLIX. poſtquam Antonius Armeniæ Regem Artauasdem Alexandriæ in Triumpho duxiſſet, populoq; epulum præbuiſſet, ac in conſilio publico, Cleopatræ eiusque liberis prope ſe dediſſet ſedem, habitaque oratione Cleopatram Βασιλίδα Βασιλέων, *Reginam Regum*; Ptolæmeum verò Cæſarionem cognomine, Βασιλέων Βασιλέα, *Regum Regem* appellaſſe. Plutarchus verò refert ipſum in Gymnaſio duos aureos Thronos gradibus argenteis poſuiſſe, & in altero ipſum, in altero Cleopatram conſediſſe; filijs item paulò humilioribus Thronis collocatis, inſpectante omni multitudine, primò, quidem Cleopatram Reginam vocaſſe Aegypti, Cypri, Lybiæ, & Syriæ Cæles, vnaque cum illa, Cæſarionem regnare iuſsiſſe. Secundo autem loco, ſuos & Cleopatrę liberos Reges Regum nominauit, aſsignauitque Alexandro Armeniam, Mediam & Parthiam, ſi quando ſubiugarentur; Ptolomæo autem Phœniciam, Syriam & Ciliciam.

C L. GELLIVS L. F. POPLICOLA. M. OCTAVIVS. QVAESTOR. PRAETORIANI. ANTONIANI. Duo hi inter pręcipuos Antonij duces, ſiquidem pugna Actiaca Gellius Poplicola dextrum Cornu, M. verò Octauius ſiniſtrum ducebat. Velleius Octauij loco, Soſium nominat.

D ΚΛΕΟΠΑΤΡΑ ΑΡΜΕΝΙ .... ΒΑΣΙΛΙΣΣΑ. Videtur ſcriptum fuiſſe, Cleopatra Armeniæ Regina, quem tamen titulũ nunquam Antonius dedit, ſed Alexandro filio, vt ex Plutarcho docui.

ΒΑΣΙΛΙΣΣΑ ΚΛΕΟΠΑΤΡΑ ΟΣΣΑΝΣΩΤΗΡΑ. *Regina Cleopatra Seruatrix.*

CN. DOMITIVS AHENOBARBVS IMP. Sueton. in Nerone cap. III. *Cn. Domitius inter conſcios Cæſarianæ necis; quanquã inſons, dãnatus lege Pedia, cùm ad Caßium Brutumq; propinqua ſibi cognatione coniunctos ſe cõtuliſſet, poſt vtriusq; interitum claßem olim commißam retinuit, auxit etiam, nec niſi*

nec niſi partibus vbique profligatis, M. Antonio ſponte, & ingentis meriti loco tradidit, ſolusque omnium ex ijs, qui pari lege damnati erant, reſtitutus in Patriam, ampliſſimos honores percucurrit, ac ſubinde redintegrata diſſenſione Ciuili, eidem Antonio legatus, delatam ſibi ſummam imperij ab ijs quos Cleopatræ pudebat, neque ſuſcipere, neque recuſare fidenter, propter ſubitam valetudinem auſus, tranſijt ad Auguſtum, & in diebus paucis obijt: nonnulla & ipſe infamia adſperſus; nam Antonius eum deſiderio amicæ Seruiliæ Naidis transfugiſſe iactauit. A

M. BARBATVS PROPRAETOR PRAETORIA ANTONI. De M. Barbato ſupra dictum. B

ΚΑΙΣΑΡΟΣ ΑΙΓΥΠΤ. Cæſarionis caput cum ſtella, fuit autem Cæſario Iulij Cæſaris & Cleopatræ filius, licèt C. Oppius edito libro, non eſſe Cæſaris filium quem Cleopatra dicat, id voluerit negare: hunc Auguſtus, poſt Antonij & Cleopatræ mortem, aufugientem in Aethiopiam, in itinere iuſsit occidi, teſte Dione.

ΝΙΚΟΠΟΛΙΣ. ΗΡΩΔΗΣ. *Nicopolis. Herodes.* Antonius Herodi Iudeæ regnum dedit, & Antigonum legitimum Regem in eius gratiam, dignitate priuatum ſecuri percuſsit; vt teſtatur Ioſephus libris Antiquitatum, quo Regum neminem ſupplicio Romani affecerant; idem tamen tanti beneficij immemor, poſt pugnam Actiacam ad Auguſtum transfugit. C

TVBVLA XLV.

LVGDVNI. A. XL. Leo gradiens, ſignatus fuit hic nummus, Lugduni in honorem Antonij. Cl^mus^. Iuſtus Lipſius lib. II. Epiſt. Quæſtionum XXI. dicit nummos hos à quadraginta Galliæ populis ſignatos. Strabo certè lib. IV. docet Monetam auream, & Argenteam, Luguduni Romanos duces ſignaſſe; quod verò ad numerũ XL. dubitare poſſemus num præpoſterè pro LX. ſit expreſſus, nam Strabo citato loco, dicit Lugduni eſſe aram dignitatis eximię gentium ſexaginta, habens inſcriptum titulum. nec multum diſcrepat Tacitus Annalium III. *At Romæ non Treuiros modò & Aeduos, ſed quatuor & ſexaginta Galliarum ciuitates deſciuiſſe audiebatur.* D

ΚΑΙΣΑΡΕΩΝ. *Cæſarea.* mulier turrito capite, dextra palmam & nauis Gubernaculum, ſiniſtra Cornucopiæ tenet, de qua verò Cæſarea nummus intelligendus, incertum, cum diuerſæ illę ſint, nam in Palæſtina, Cilicia, Aegypto, alijsq; locis eius nominis vrbes extiterunt.

KAI-

ΚΑΙΣΑΡΕΑΣ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ, *Cæſareæ Metropolis*, mulier turrito capite, ariſtas manu gerens monti videtur inſidere, pede verò flumen illi ſubiectum premit.

ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ΑΝΤΟΝΙΟΣ ΟΙΩΝΙΣΤΗΣ ΤΡΙΩΝΑΝΔΡΩΝ. *Imperator Antonius Augur Triumuir.* Antonius togatus Sellæ inſidens, manu haſtam puram tenens.

FINIS.

HVBERTI GOLTZII

IN HISTORIAM CÆSARIS AVGVSTI EX ANTIQVIS NVMISMATIBVS RESTITVTAM AD LECTOREM PRÆFATIO:

Quâ Characterum, Notarum & Numerorum, qui in Numiſmatum Tabellis ſunt expreſſi, ratio explicatur.

QVEMADMODVM *in Numiſmatibus* C. IVLII CÆSARIS *tibi, benigne Lector, viam modumq́; intelligendi legendiq́; Characteres Notasq́; toto libro ſparſas & paſſim obuias aperui; ita neceſſarium fore duxi, ea quæ omnino cum prædictis* C. IVLII CÆSARIS *Numiſmatum Notis ac Characteribus conueniunt, paucis verbis hîc indicare; ea verò quæ ab illis diuerſa ſunt, pleniùs explicare.*

Itaque omnia AVGVSTI CAESARIS *Numiſmata in* XXXII. *Ca-ita digeſta ſunt; quorum Primum aduerſas partes ſiue facies Numiſmatum continet; re-iqua verò partes auerſas, eo Tabularum & argumenti ordine, qui in* C. IVLII CAESARIS *Numiſmatibus obſeruatus eſt. Quid autem quæq́; Tabula argumenti contineat, ſubiecta huic ræfationi Synopſis indicabit.*

Notarum numeralium, ſignorum AV. AR. & AE. item Characterum A. B. C. & Græcorum α, β, γ, δ, &c. eadem omnino eſt ratio, quæ in prædictis C. IVLII CAE-ARIS *Numiſmatibus; præterquam quòd Numiſmatum magnitudo (quæ dictis Græcis Cha-acteribus deſignatur) nonnihil differat: quæ talis eſt, qualis ſubiectâ figurâ exactè de-ſcribitur.*



Porrò hoc monendum occurrit, Capite primo, Nummo 195. 197. 203. *Inſcriptiones & Titulos numerorum* Tribunitiæ poteſtatis *ordine interrupto à nobis præteriri; nimirum* TR. POT. XXV. *vſque ad* TR. POT. XXX. *deinceps* TR. POT. XXXV. *quod, benigne Lector, non ſine conſilio & auctoritate Mæcenatum meorum, Marci Laurini, Domini de Waterfliet, & eiuſdem fratris, Guidonis Laurini, Domini de Klinkerlant, idcircò factum à nobis cenſebis, quòd ſeriem vniuerſam annorum* Tribunitiæ poteſtatis *& continuam, quæ hic omiſſa eſt, Cap.* XXVI. *comprehenſam oculis ſubiecimus: vtpote* TRIBVN. POTEST. XXVI. XXVII. XXXII. XXXIII. XXXIV. XXXVI. XXXVII. *quos Nummos ſi in Caput pri-*

K *mum*

mum inſerciendos iudicaſſent, vt nihil varietatis, ita nec vtilitatis, præter multiplicata numerorum congeriem quidquam attuliſſent. Eadem ratione ipſorum ſecuti conſilium Capite XXV. *(in quo ex ſerie numerorum ab anno primo Tribunitiæ poteſtatis vſque trigeſimumſeptimum ſiue vltimum progredi poteramus) quintum quemq; annum inſerui contenti fuimus: ſcilicet primum, quintum, decimum, & ſic deinceps vſque ad trigemumquintum, quatuor quibusq; intermediis annorum numeris omiſſis: vti in ipsâ* XXV. *Capitis Tabulâ videre eſt. Vale & faue.*

SYNOPSIS
EORVM QVÆ
SINGVLÆ TABELLÆ NVMISMATVM
CONTINENT.

IMP. CÆSARIS AVGVSTI NVMISMATA.

CAP. I. TAB. I. C. Iulius Cæſar Diui F. Imp. Coſ. IIIVIR R. P. C. 1.
TAB. II. C. Cæſar Diui Iulij F. Imp. Augur, Pont. Coſ. IIIVIR R. P. C. Imp. Cæſar Diui F. Augur, Pont. Imp. iter. Coſ. iter. IIIVIR iterùm R. P. C. 2.
TAB. III. IIII. V. Imp. Cæſar Diui Iuli F. 3.4.5.
TAB. VI. C. Cæſar Diui F. Augur, Pont. Imp. tert. quart. V. VI. VII. Coſ. iter. tert. IIII. V. VI. P. P. LIBERTATIS. P. R. VINDEX. 6.
TAB. VII. Imp. Cæſar Auguſtus Diui F. Coſ. VII. PATER PATRIÆ OB CIVIS SERVATOS. 7.
TAB. VIII. Auguſtus Diui Iuli F. 8.
TAB. VIIII. AVGVSTVS. 9.
TAB. X. CÆSAR AVGVSTVS. 10.
TAB. XI. XII. Imp. Cæſar Auguſtus. 11.12.
TAB. XIII. Imp. Cæſar Diui F. Auguſtus Coſ. VIII. IX. X. XI. XII. Imp. VII. VIII. TRIBVNITIA POTESTATE. 13.
TAB. XIIII. Imp. Cæſar Diui F. Auguſtus Pont. Max. Coſ. XI. Tr. Pot. II. III. IIII. V. VI. VII. VIII. IX. X. Imp. VIII. IX. X. XI. P. P. 14.
TAB. XV. Imp. Cæſar Diui F. Auguſtus Pont. Max. Coſ. XI. Tr. Pot. XI. XII. XIII. XIIII. Imp. XII. XIII. P.P. 15.
TAB. XVI. Imp. Cæſar Diui F. Auguſtus Po[...] Max. Coſ. XI. XII. XIII. Tr. Pot. XII[...] XV. XVI. XVII. XVIII. XIX. XX. X[...] XXII. Imp. XIIII. P.P.
TAB. XVII. Imp. Cæſar Diui F. Augu[...] Pont. Max. Coſ. XIII. Tr. Pot. XX[...] XXIIII. XXV. XXX. XXXV. In[...] XIIII. XV. XVI. XVII. XVIII. XIX. X[...] XXI.
TAB. XVIII. DIVVS AVGVSTVS DIVI F.
TAB. XVIIII. DIVVS AVGVSTVS PATER.
TAB. XX. CÆSAR AVGVSTVS. IVLIA AVGVSTA. Diuus Cæſar Auguſtus Pater [...]triæ. Diua Iulia Auguſta.
TAB. XXI. Diuus Auguſtus Pater patriæ.
CAP. II. TAB. I. II. Iulij Cæſaris Diuinita[...] Conſecratio. 22.
CAP. III. TAB. I. Cæſaris, Lepidi & Antoni[...] Triumuiratu Reipublicę conſtituendæ C[...]cordia.
CAP. IIII. TAB. I. Cæſar Pontifex, Lepidus P[...]tifex Maximus, Antonius Augur. III v[...] Reipublicæ conſtituendæ. Cum ſignis [...]ſtrumentisque Pontificalibus & Augur[...]bus.
CAP. V. TAB. I. Bellum ciuile Philippenſe c[...] Bruto & Caſſio, Diui Iulij percuſſoribu[...] coniuratis.
CAP. VI. TAB. I. Triumuiratus Reipubl[...] conſtituendæ inter Cæſarem, Antoniun[...] Lepidum iteratò initus. Tripodes, vaſa [...]cra, aliaque Sacerdotiorum inſignia at[...] inſtrumenta.
CAP. VII. TAB. I. Bellum Siculum adue[...]

Sex. Pompeium, M. Agrippâ potiſſimùm Duce geſtum & confectum. Neptuni ſtatuæ. M. Agrippæ effigies. 28.

AB. II. Bellum Siculum aduerſus Sex. Pompeium Cn. F. Trinacriæ ſimulachrum. Coronæ roſtratæ. 29.

TAB. III. Bellum Siculum aduerſus Sex. Pompeium. Dianæ ſtatuæ & ſimulachra Trophæumque nauale. 30.

P. VIII. TAB. I. Bellum ciuile Actiacum aduerſus Antonium & Cleopatram. Apollinis Actiaci ſimulachra. Trophæa naualia. 31.

P. VIIII. TAB. I. Bellum Alexandrinum aduerſus Antonium & Cleopatram. Palmæ, Crocodili, Sphinges, Spicarum manipuli, Ægypti atque Alexandriæ Symbola. 32.

AP. X. TAB. I. Res in Hiſpania T. & P. Cariſiis potiſſimùm Ducibus geſtæ. Victoria, Trophæa, Spolia, atque oppida Hiſpanica. 33.

AP. XI. TAB. I. Res in Africa Scarpo Balboque Ducibus geſtæ. Victoriæ atque Trophæa Africana. 34.

TAB. II. Res in Africa M. Durmio & C. Mario & Lentulo Ducibus geſtæ, Triumphique Africani. 35.

TAB. III. Res in Africa geſtæ, Triumphique Africani. 36.

AP. XII. TAB. I. Res Parthicæ, Signaque à Parthis recepta. 37.

TAB. II. Res Parthicæ, Arcus, Quadrigæ, Coronæ propter Signa à Parthis recepta. 38.

TAB. III. Res Parthicæ, Martis Vltoris ſtatuæ, & Templa, clypeique votiui propter ſigna à Parthis recepta. 39.

AP. XIII. TAB. I. Res in Armenia geſtæ. Armeniæ ſimulachrum. Caij Cæſaris in Armeniam expeditio. Victoria Spoliaque Armeniaca. 40.

AP. XIIII. TAB. I. Res in Germania Druſo, Tiberio Germanicoq; Ducibus geſtæ. Rheni ſimulachrum, Arcus, Trophæa Spoliaq; Germanica. Druſi, Tiberij Germanicique effigies & ſtatuæ. 41.

TAB. II. Res Germanicæ. Victoria, Trophæa, Triumphi de Germanis. Auguſtæ Vindelicorum ſimulachrum cum nuce Pinea, peculiari etiam nunc Vindelicorum ſymbolo & inſigni. 42.

AP. XV. TAB. I. Victoriæ variæ Triumphique diuerſi de gentibus populiſque deuictis acti. 43.

TAB. II. Victoriæ variæ. 44.

AP. XVI. TAB. I. Arcus Triumphales, Statuæ equeſtres baſeſque honorariæ. 45.

TAB. II. Arcus Triumphales atque honorarij cum Quadrigis ac Trophæis. Columna roſtrata, Statuæ equeſtres atque aliæ. Baſes & Cippi inſcripti propter Vias potiſſimùm munitas, atque alia in Rempublicam merita, Auguſto decreti atque erecti. 46.

CAP. XVII. TAB. I. Statuæ, Coronæ ciuicæ ſiue querceæ, Aræ ex voto pro Salute & Reditu Cæſaris publicè ſuſcepto poſita. 47.

CAP. XVIII. TAB. I. Coloniæ deductæ, Agrique militibus veteranis adſignati attributique. 48.

TAB. II. Coloniæ deductæ. Pleraque tum Hiſpaniæ tum aliarum Prouinciarum oppida ac municipia. Variaque IIvirorum coloniis deducendis agriſque adſignandis nomina. 49.

TAB. III. Coloniæ deductæ. Cæſarea Sebaſta, Berytus, Philippi, atque aliæ. Variaque IIvirorum coloniis deducendis agriſque adſignandis nomina. 50.

TAB. IIII. V. Coloniæ deductæ. Variaque IIvirorum coloniis deducendis agriſque adſignandis nomina. 51. 52.

CAP. XVIIII. TAB. I. Cæſarienſium, Nicopolitarum, Cydoniorum, atque aliarum Syriæ Aſiæque ciuitatum numiſmata in Auguſti honorem procuſa. 53.

TAB. II. Antiochenſium, Sidoniorum, Seleucenſium atque aliarum cùm Syriæ Aſiæque tum Europæ ciuitatum numiſmata in Auguſti honorem procuſa. 54.

TAB. III. Theſſalonicenſium, Epheſiorum, Byzantinorum aliarumque Aſiæ atque Europæ ciuitatum numiſmata in Auguſti honorem procuſa. 55.

CAP. XX. TAB. I. Pace Pop. Rom. terrâ marique per orbem terrarum partâ Templum Iani ab Auguſto cluſum. Pacificæ Legationes Regum populorumque. 56.

CAP. XXI. TAB. I. SALVS GENERI HVMANO SVB AVGVSTO EXORTA. Clypei votiui Coronæque in Auguſti honorem decreti & poſiti. 57.

TAB. II. Imperium Orbis terrarum per Europam, Aſiam & Africam ab Auguſto conſtitutum & ſtabilitum. 58.

CAP. XXII. TAB. I. Coronæ querceæ, quæ & Ciuicæ, Auguſto OB CIVIS SERVATOS decretæ & poſitæ. 59.

TAB. II. Coronæ querceæ, quæ & Ciuicæ, Auguſto OB CIVIS SERVATOS decretæ & poſitæ. Triumuirorum Monetalium qui Auro, Argento, Aere ſub Auguſto publicè flando feriundoque præerant, nomina. 60.

TAB. III. Coronæ querceæ OB CIVIS SER-

VATOS Auguſto decretæ & poſitæ. Triumuirorum Monetalium ſub Auguſto nomina. 61.

TAB. IIII. V. VI. VII. Coronæ querceæ, Triumuirorumque Monetalium ſub Auguſto nomina. 62. 63. 64. 65.

CAP. XXIII. TAB. I. Triumuirorum Monetalium ſub Auguſto nomina, variaque Monetariorum inſtrumenta. 66.

CAP. XXIIII. TAB. I. Genitura Auguſti ſub ſidere Capricorni feliciſſima, cui ipſe quæcumque accidêre læta & proſpera accepta tuliſſe, cuiſque hâc notâ Numis teſtari voluiſſe videtur. 67.

CAP. XXV. TAB. I. Coronæ Laureæ ſiue Triumphales quas Auguſtus per ſingulos Tribuniciæ poteſtatis annos à primo ad triceſimum ſextum in numiſmatibus ſignauit, conceſſo ſibi (ſicut priùs & Iulio Cæſari) vti Lauream perpetuò geſtaret. 68.

CAP. XXVI. TAB. I. Conſulatuum atque annorum Tribuniciæ poteſtatis Auguſti ſeries & numerus. 69.

CAP. XXVII. TAB. I. Ludi Sæculares & Circenſes, Venationes, aliaque id genus ſpectacula publicè Romæ atque alibi ab Auguſto exhibita. 70.

CAP. XXVIII. TAB. I. Caius & Lucius Cæſares Auguſti filij, hic Augur, ille Pontifex, cum Haſtis puris, Clypeis, Tripodibus, aliiſque Pontificalibus, Auguralibus & ſa[...] inſignibus.

TAB. II. Sellæ Curules coronatæ, Clypei, [...]cilia, aliaque ſacrorum inſignia atque [...]ſtrumenta.

CAP. XXVIIII. TAB. I. Templa Iouis To[...]tis & Olympij, Iunonis, Apollinis Pala[...] atque alia tum ab ipſo Auguſto dicata [...]que exædificata, tum ab aliis Romæ i[...]que Auguſto ſimul conſecrata exſtru[...]que.

TAB. II. Templa per varias cùm Græciæ [...] Aſiæ ciuitates Auguſto dicata atque [...]ſtructa. Herculis ſtatua, clauaq; Herculea[...]

TAB. III. Templa per diuerſas Aſiæ ciu[...]tes. Dianæ Epheſiæ ſimulachra. Iouis A[...]monis atque Axuris capita.

CAP. XXX. TAB. I. Auguſti Conſecratio & [...]uinitas. Thenſæ ſiue quadrigæ Elep[...]tum, Statuæ ſacræ Auguſto poſt obi[...] decretæ.

TAB. II. III. Auguſti Conſecratio & [...]uinitas. Aquilæ atque Aræ ſacræ. 77[...]

TAB. IIII. Auguſti Conſecratio & Diu[...]tas. Fulminis figuræ variæ.

CAP. XXXI. TAB. I. Diui Auguſti Diuæ[...] Iuliæ Auguſtæ Diuinitas, Statuæ ſa[...] Templa ac Carpentum.

CAP. XXXII. TAB. I. Auguſti Cognatione[...] Affinitates. Adoptio, Liberi.

NOMI-

NOMISMATA
AVGVSTI
CÆSARIS.


ÆR
Æ
ÆR AV
1
CAESAR DIVI·F· III·VIR R·P·C·
2
Γ·I·ΟΥΛΙ·Σ ΚΑΙΣΑΡ ΤΡΙΩΝΑΝΔΡΩΝ
3
C·CAESAR III· VIR·R·P·C·
ÆR
ÆR
ÆR
4
CAESAR III·VIR·R·P·C·
5
CAESAR III VIR·R·P·C·
6
III·VIR·R·P·C· CAESAR
ÆR AV
ÆR
ÆR AV
7
C·CAESAR III· VIR·R·P·C
8
III·VIR·R·P·C· CAESAR IMP·
9
C·CAESAR·IMP· III·VIR·R·P·C·
ÆR
Æ
AV
10
CAESAR·IMP·III·VIR·R·P·C·
11
ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ΤΡΙΩΝΑΝΔΡΩΝ ΚΑΙΣΑΡ
12
C·CAESAR DIVI·F·IMP·COS·IIIVIR·R·P·C·
CAP
I


2
Æ AV
Æ AV
Æ
13
C·CAESAR IMP·PONT·III·VIR·R·P·C·
14
CAESAR DIVI·F·IMP·PON·III·VIR·R·P·C·
15
CAESAR IMP·PONT·III·VIR·R·P·C·
Æ AV
Æ
AV
16
C·CAESAR DIVI·IVLI·F·IMP·AVGVR·PON·III·V·R·P·C·
17
CAESAR IMP·PON·COS·III·VIR·R·P·C·
18
CAESAR IMP·PONT·III·VIR·R·P·C·
Æ
Æ AV
Æ
19
IMP·CAESAR PON·IMP·ITER·III·VIR·ITER·R·P·C·
20
IMP·CAESAR DIVI·F·III·VIR·ITER·R·P·C·
21
IMP·CAESAR DIVI·F·III·VIR·ITER·R·P·C·
Æ AV
Æ AV
Æ
22
IMP·CAESAR DIVI·F·PONT·III·VIR·ITER·R·P·C·
23
IMP·CAESAR DIVI·F·COS·TER·III·VIR·ITER·R·P·C·
24
IMP·CAESAR AVGVR PON·III·VIR·ITER·R·P·C·
CAP
I



3
Æ
Æ
Æ Æ
25
CAESAR DIVI·IVLI·F.
26
DIVI·F.
27
IMP·CAESAR DIVI·IVLI·F.
Æ
Æ
Æ
28
ΑΥΤ·ΚΡΑΤωΡ ΚΑΙCΑΡ ΘΕΙΟΥ ΥΙΟC
29
IMP. DIVI·IVLI F.
30
ΚΑΙΣΑΡ ΙΟΥΛΙΟΥ ΘΕΙΟΥ ΥΙΟΣ
Æ Æ
Æ Æ
Æ
31
CAESAR DIVI·F.
32
IMP.
33
CAESAR DIVI·F.
Æ
Æ
Æ
34
DIVI IVLI·F.
35
IMP·CAESAR DIVI·F.
36
IMP·DIVI·F.
CAP.
I


37
38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
IMP·CAESAR DIVI IVLI F·DIVI IVLI
DIVOS IVLIVS DIVI·F·
IMP· DIVI IVLI CAESAR DIVI·F
IMP· DIVI·F·
ΑΥΤ·Κ· ΚΑΙΣΑΡ ΘΕΙΟΥ ΥΙΟΣ
IMP· DIVI·F·
DIVI·F· DIVI IVLI CAESAR IMP·
CAP·
I


Æ Æ Ꞥ
Æ Æ Ꞥ
Æ Ꞥ
49
IMP·CAESAR
50
IMP·CAESAR
51
IMP·CAESAR DIVI·F·
Æ Ꞥ
Æ
Æ Æ
52
S·P·Q·R·IMP·CAESARI
53
ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ ΚΑΙΣΑΡΟΣ
54
IMP·CAESAR
Æ Æ
Æ
Æ
55
CAESAR IMP·
56
ΑΥΤ·Κ ΑΙΣΑΡ
57
C·CAESAR IMP·
Æ Ꞥ
Æ
Æ
58
IMP·CAESAR
59
IMP·DIVI·F·
60
CAESAR IMP·
CAP·
I


6
61
62
63
64
65
66
67
68
69
70
71
72
CAP·
I
IMP·CAESAR DIVI·F·PON·IMP·ER·COS·TER·ET·ER·DES
CAESAR DIVI·F·AVGVR PON·IMP·QVAR·COS·ER
CAESAR DIVI·F·IMP·V·COS·IIII·
IMP·CAESARI DIVI·F·COS·V·IMP·VI·S·P·Q·R·
CAESARI DIVI·F·COS·V·IMP·VII·
IMP·CAESARI DIVI·F·COS·V·P·P·IMP·VII·S·P·Q·R·
CAESAR IMP·VII·
CAESAR DIVI·F· COS·VI
CAESAR COS·VI
IMP·CAESAR DIVI·F·COS·VI·LIBERTATIS P·R·VINDEX
CAESAR



Æ ÆR AV
Æ
AV
7
73
CAESAR AVGVSTVS DIVI·F·PATER PATRIAE
74
ΚΑΙΣΑΡΑ ΣΕΒΑΣΤΟΝ ΠΑΤΕΡΑ ΠΑΤΡΙΔΟΣ
75
AVGVSTVS DIVI·F·PATER PATRIAE
Æ
Æ
Æ
76
ΚΑΙCΑΡ CΕΒΑCΤΟC ΠΑΤΗΡ ΠΑΤΡΙΔΟC
77
IMP·
P
P
DIVI·F·
78
ΑΥΤΟΚΡΑΤ·ΚΑΙΣΑΡ ΥΙΟΣ ΘΕΙΟΥ ΠΑΤΗΡ ΠΑΤΡΙΔΟΣ
Æ
AV
AV
79
PATER
80
OB CIVIS SER·
AVGVSTVS·P·P·
81
DIVI·F·P·P·
AV
AV
AV
82
AVGVSTVS DIVI·F·COS·VII·CIVIBVS SERVATEIS
83
CAESAR COS·VII·CIVIBVS SERVATEIS
84
CAESAR COS·VII·CIVIBVS SERVATEIS
CAP·
I



85
AVGVSTVS DIVI·F·
86
AVGVSTVS DIVI·F·
87
AVGVSTVS DIVI·F·
88
AVGVSTVS DIVI·F·
89
ΣΕΒΑΣΤΟΣ ΥΙΟΣ ΘΕΟΥ ΙΟΥΛΙΟΥ
90
AVG·DIVI·F·
91
AVGVSTVS DIVI·F·
92
ΣΕΒΑΣΤΟΣ ΘΕΙΟΥ ΥΙΟΣ
93
DIVI·F· AVGVSTVS
94
DIVI·F· AVGVSTVS
95
DIVI·F· AVGVSTVS
96
AVGVSTVS DIVI·F·
CAP·
I


97
AVGVSTVS
98
ΣΕΒΑΣΤ
99
AVGVSTVS
100
ΣΕΒΑΣΤΟΥ
101
AVGVSTVS
102
ΣΕΒΑΣΤΟΣ
103
ΣΕΒΑ ΣΤΟΣ
104
AVGVSTVS
105
ΣΕΒΑΣΤΟΣ
106
AVGVSTVS
107
ΣΕΒΑΣΤΟΣ
108
AVGVSTVS
CAP.
I


Æ N
Æ Æ
N
109
S·P·Q·R· CAESARI AVGVSTO
110
ΚΑΙΣΑΡΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΥ
111
S·P·Q·R· CAESARI AVGVSTO
Æ N
Æ
Æ N
112
CAESARI AVGVSTO
113
ΣΕΒΑΣΤΟΝ ΚΑΙΣΑΡΑ
114
CAESARI AVGVSTO
Æ N
Æ
Æ N
115
CAESAR AVGVSTVS
116
ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ
117
CAESAR AVGVSTVS
Æ Æ N
Æ
Æ N
118
CAESAR AVGVSTVS
119
ΚΑΙCΑΡ CΕΒΑCΤΟC
120
CAESAR AVGVSTVS
CAP.
I

11
Æ Æ N
121 S·P·Q·R· IMP· CAESARI AVGVSTO
122 ΑΥΤοΚΡΑΤΩΡ ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤοΣ
123 S·P·Q·R· IMP· CAESARI AVGVSTO
Æ Æ Æ
124 ΑΥΤοΚΡΑΤοΡΑ ΚΑΙΣΑΡΑ ΣΕΒΑΣΤοΝ
125 ΑΥΤοΚΡΑΤΩΡ ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤοΣ
126 ΑΥΤοΚΡΑΤοΡοΣ ΚΑΙΣΑΡοΣ ΣΕΒΑΣΤοΥ
Æ Æ Æ
127 ΑΥΤοΚΡΑΤΩΡ ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤοΣ
128 ΑΥΤο· ΚΑΙC· CΕΒΑCΤοC
129 ΑΥΤοΚΡΑΤΩΡ ΚΑΙCΑΡ CΕΒΑCΤοC
Æ N Æ Æ
130 IMP· CAESAR AVGVSTVS
131 ΑΥΤοΚΡΑΤοΡοΣ ΚΑΙΣΑΡοΣ ΣΕΒΑΣΤοΥ L ΓΔ
132 IMP· CAESAR AVGVST·
CAP I


12.
Æ
Æ Ν
Æ
133
KAIΣAP
134
CAESAR
135
AYT·KAICAP
ÆR
Æ
ÆR
136
CAESAR
137
CAL·IVL.
138
CAESAR
Æ
Æ
Æ
139
CAESAR
AVGVST.
140
IMP·AVGVS
141
AVGVSTVS
C·VI·CELSA
Æ ÆR Ν
Æ
ÆR
142
IMP·CAESAR
AVGVSTVS
143
144
IMP·CAESAR
CAP·
I


N
Æ
Æ
145
CAESAR DIVI·F·AVGVSTVS COS·VIII·P·P·IMP·VII·
146
AVGVSTVS COS·VIII
147
AVGVSTVS DIVI·F· COS·IX· IMP·VIII·
Æ
Æ N
N
148
AVGVSTVS P·P· COS·X·
149
AVGVSTVS COS·XI·
150
CAESARI AVGVSTO DIVI·F·COS·X· TRIB·POT·S·P·Q·R·
Æ
Æ Æ N
Æ N
151
CAESAR AVGVSTVS TRIBVNICIA POTESTATE
152
CAESAR AVGVSTVS TR·POT·
153
AVGVSTVS TR·POT·
Æ Æ
Æ
Æ
154
CAESAR AVGVSTVS TR·POT·
155
ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ ΑΥΤ·ΚΡΑΤΩΡ ΔΗΜΑΡΧΙΚΗΣ ΕΞΟΥΣΙΑΣ
156
CAESAR AVGVSTVS TRIBVNIC·POTEST·
CAP·
I


Ꜹ
ÆR Ꜹ
ÆR
157
AVGVSTO DIVI·F·COS·XI·TR·POT·II·IMP·VIII·
158
CAESAR AVGVSTVS TRIB·POTEST·IIII·P·P·
159
IMP·CAESAR DIVI·F·AVGVSTVS TRIB·POT·IIII·
ÆR
ÆR Ꜹ
ÆR Ꜹ
160
IMP·IX·TR·PO·V·
161
IMP·CAESARI AVG·COS·XI·TRI·POT·VI·S·P·Q·R·
162
AVGVSTVS TR·POT·VII·
Æ
Æ
Ꜹ
163
CAESARI AVGVSTO TRIBVN·POT·VIII·IMP·IX·
164
CAESAR AVGVSTVS TRIBVNIC·POT·IX·COS·XI·
165
IMP·CAESARI AVGVSTO COS·XI·TR·POT·X·IMP·X·
Ꜹ
Æ
Æ
166
AVGVST·DIVI·F·PONT·MAX·TR·POT·X·COS·XI·IMP·XI·
167
CAESAR PONT·MAX·
168
IMP·CAESAR DIVI·F·AVGVSTVS PON·MAX·TR·POT·X·
CAP·
I


Æ
Æ
Æ
169
CAESAR AVGVST PON MAX TRIB POT
170
CAESAR AVGVST PONT MAX TRIBVNIC POTEST
171
CAESAR AVGVST PONT MAX TRIBV POT
Æ
Æ
Æ
172
ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ ΑΡΧΙΕΡ ΜΕΓ ΔΗΜ ΕΞΟΥΣ
173
ΑΡΧΙΕΡΕΥΣ ΜΕΓΑΣ ΑΥΤ ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ
174
ΣΕΒΑΣΤΟΣ ΑΡΧΙΕΡ ΜΕΓ ΔΗΜΑΡΧ ΕΞΟΥΣ ΙΑ
ℕ
Æ
Æ
175
AVGVSTO COS XI TR POT XI S P Q R IMP CAESARI
176
ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ ΑΡΧΙ ΜΕΓ ΠΑΤΗΡ ΠΑΤΡΙΔΟΣ
177
AVGVSTO DIVI F PONT MAX TR POT IX IMP XII
Æ
ℕ
Æ ℕ
178
PR II VIR AVGVST P M TRI POT XI
179
AVGVSTVS PONT MAX TRIB POT XIIII COS IX
180
AVGVST TR POT XIIII COS XI IMP XIII P P
CAF
I


Æ
Æ
N
181
TR·POT·XIIII IMP·AVGVST·
182
AVG· TRIB·PO·XV·
183
AVGVST·PON·MAX·TR·P·XVI·COS·IX·IMP·XIIII·IMP·CAESAR
Æ
Æ
Æ
184
185
186
187
188
189
Æ
N
Æ
190
TRIB·POTEST·XX· IMP·AVGVSTVS
191
192
CAP·
I

Æ
Æ
Æ
193
IMP CAESAR DIVI F AVGVSTVS PONT MAX TR POT XXIIII
194
IMP CAESAR DIVI F AVGVSTVS PON MAX TR POT XXIIII
195
IMP CAESAR DIVI F AVGVSTVS PONT MAX TR POT XXV
Æ
N
Æ
196
IMP CAESAR DIVI F AVGVSTVS IMP XIIII
197
AVGVST PON MAX TR POT XXX COS XIII IMP XV P P
198
IMP CAESAR DIVI F AVGVSTVS IMP XVI
Æ
Æ
Æ
199
IMP CAESAR DIVI F AVGVSTVS IMP XVII
200
IMP CAESAR DIVI F AVGVSTVS IMP XVIII
201
IMP CAESAR DIVI F AVGVSTVS IMP XIX
Æ
Æ
Æ
202
IMP CAESAR DIVI F AVGVSTVS IMP XX
203
IMP CAESARI DIVI F AVGVSTO PONT MAX TR POT XXXV
204
IMP CAESAR DIVI F AVGVSTVS IMP XXI
CAP.
I

DIVI.F. DIVOS AVGVST
KAICAP
DIVI.F. DIVVS AVGVSTVS
DIVVS AVGVSTVS
DIVVS AVGVSTVS
DIVVS AVGVSTVS S C
DIVVS AVGVSTVS
DIVO AVGVSTO
DIVVS AVGVSTVS
AVGVSTVS DIVVS
KAICAP
DIVVS AVGVSTVS
205 206 207 208 209 210 211 212 213 214 215 216
CAP.

Æ
Æ
Æ
217
DIVVS AVGVSTVS PATER C.T.T.
218
DIVVS AVGVSTVS PATER
219
DIVVS AVGVSTVS PATER
Æ
Æ
Æ
220
DIVVS AVGVSTVS PATER
221
222
DIVVS AVGVSTVS PATER
Æ
Æ
Æ
223
DIVVS AVGVSTVS PATER
224
225
DIVVS AVGVSTVS P.P.
Æ
Æ
Æ
226
DIVVS AVGVSTVS PATER
227
DIVVS AVGVSTVS PATER
228
DIVVS AVGVSTVS P.P.
CAP.
I


Æ
Æ
Æ
229
230
231
Æ
Æ
Æ
232
233
234
Æ
Æ
Æ
235
236
237
Æ
Æ
Æ
238
239
240
CAP·
I

Æ
Æ
Æ
241
DIVVS AVGVSTVS
242
ΤΟΥ ΘΕΙΟΥ ΚΑΙΣΑΡΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΥ
243
DIVVS AVGVSTVS PATER
Æ
N
N
244
245
DIVVS AVGVSTVS PATER PATRIAE
246
Æ
247
248
CAP.
I


Æ 113 117
Ꞥ 120
Æ 27
Ꞥ 14
I y
DIVVS IVLIVS
II y
DIVVS IVLIVS
III y
DIVVS
IVLIVS
IIII y
V ɛ
VI y
Æ 3
Ꞥ 6
Æ 128
Æ 4
Ꞥ 7
C·CAESAR·DICT·
EX·
S·C·
PERPET·
EX
S·C
CÆSAR DIC·PER·
Æ 31
Ꞥ 1
Æ 26
Æ 94
VII y
DIVI IVLI
VIII ɛ
DIVOS
IVLIVS
IX y
F·III·VIR·
M·SANQVINIVS·P·
Æ 36
Ꞥ 36
Æ 31
Ꞥ 27
X y
XI ɛ
IVLIVS
DIVOS
XII y
III·VIR·
IER·R·P·C·
CAP·
II


XIII
COS·ITER·ET·TER·DESIG.
DIVO IVL.
XIIII
DIVI IVLI
XV
COS·TER·ET·TER·DESIGN.
DIVO IVL.
XVI
IVLIO DIVO
XVII
ΜΕΝΑΝΔΡΟΣ ΠΑΡΡΑΣΙΟΥ
ΙΟΥΛΙΟΝ ΘΕΟΝ
XVIII
XIX
ΤΟΝ ΘΕΙΟΝ ΙΟΥΛΙΟΝ ΚΑΙΣΑΡΑ
XX
IMP· CAESAR
XXI
ΘΕ. ΙΟΥΛΙΟΣ
XXII
DIVO IVLIO
EX· S·C
XXIII
XXIIII
IIIVIR·ITER·R·P·C·COS·ITER·ET·TER·DES.
DIVO IVLIO
CAP·
II



CAESAR
III·VIRI R·P·C·
CONCORDIA
L·MVSSIDI·LONGVS
M·ANTON·C·CAESAR
I γ
II γ
III β
M·LEPIDVS III·VIR·R·P·C·
SALVS GENERIS HVMANI
M·LEPIDVS III·VIR·R·P·C·
IIII γ
V γ
VI γ
M·ANTONIVS IMP· III·VIR·R·P·C·
SALVS GENERIS HVMANI
M·ANTONIVS IMP·AVGVR III·VIR·R·P·C·
VII γ
VIII γ
IX γ
ANTONIVS IMP·
III·VIR R·P·C·
ANTONIVS IMP·
X β
XI β
XII β
CAP·
III



LEPIDVS IMP P·M· CAESAR IMP PON·
M·LEPIDVS PONT·MAX·III·VIR·R·P·C·
CAESAR DIVI F· IMP·PON·III·V·R·P·C·
LEPIDVS PON·MX· III·VIR·R·P·C·
C·CAESAR IMP·
M·ANT·IMP·AVG·III·VIR·R·P·C·M·BARBAT·Q·P·
M·ANT·IMP·AVG·III·VIR·R·P·C· M·BARBAT·P·CI·
III·VIR C·MARIVS PR·Q·
M·ANT·IMP·AG·III·VIR·R·P·C·A·NERVA PRO·Q·P·
ANTON·IMP· AVGVR
ANT·IMP·AG·III·VIR·R·P·C· M·BARBA·P·CI·
M·AT·IMP·
CAP· IIII


Æ
A
Æ 3 N 3
Æ
B
I
II
III
COHOR· PRAE·
PHIL·
L·MVSSIDIVS·T·F·LONGVS
IIII·VIR·A·P·F·
COHORT· PRAET·
PHILIP·
Æ 6
Æ 13
·Æ·
A
IIII
V
VI
L·LIVINEIVS
REGVLVS
M·ANT·IMP·AVG·III·VIR·R·P·C·
L·GELL·Q·P·
VIC· AVG·
Æ 5
Æ 16 N 16
N 8
VII
VIII
IX
S· C·
ANT·IMP·AVGVR·III·VIR·R·P·C·
L·GELL·Q·P·
S C
Æ
B
X
XI
XII
COL·IVL·PHIL·
VIC
AVG·
CAP·
V


Æ 37
N 61
N 27
I y
IMP·CAESAR DIVI·F·PON·III·VIR·TER·R·P·C
II y
III·VIR·TER·R·P·C
III y
PONT·COS·ITER·ET·TER·DESIGN·III·VIR·ITER·R·P·C
Æ 19
Æ 20 24 N 24
N 19
IIII y
COS·ITER·ET TER·DESIG·
V y
M·LEPIDVS PON·MX·III·VIR·ITER·R·P·C·
VI y
AVGVR PON·
COS·ITER·ET TER·DES·
Æ 19 24
Æ A
Æ 19 N 19
VII y
IMP·ANTONIVS AVGVR III·VIR·ITER·R·P·C·
VIII y
IMP·CAESAR DIVI F·III·VIR ITER·R·P·C·
IX y
IMP·ANTONIVS AVGVR III·VIR ITER·R·P·C
Æ 22
Æ A N 16
Æ 24
X y
COS·ITER·ET TER·DESIG·
IMP·ITER·
XI y
XII y
M·COCCEIVS NERVA III·VIR
CAP·
VI


EX · S·C·
CAESAR DIVI·F·
M·AGRIPPA L·F·PRAEF·ORAE·MARIT·ET CLASS·
M·AGRIPPA COS· DESIG·
M·AGRIPPA L·F· COS·III
M·AGRIPPA L·F· COS·ITER·DES·TER·
P P
S C
AYT· ΣA KAI TPIΩN ANΔ P ΩN
IMP·T·VESP·AVG·REST·
I
II
III
IIII
V
VI
VII
VIII
IX
X
XI
XII
CAP·
VII


Æ 42
Æ II
Æ 38
CI·V·
XIII
XIIII
XV
COPIA
Æ A
Æ 97
Æ A
SAR D·F·
XVI
XVII
XVIII
C·A
M·ANTON IVS IMP·
Æ 55 57·
Æ 97
Æ 55 58
ANTONIVS IMP·
XIX
XX
XXI
ANTONIVS IMP
Æ 43·
Æ 118
Æ 38 47
XXII
XXIII
XXIIII
L·AQVILLIVS FLORVS III·VIR
SICIL·
CAP·
VII


Æ 88 N 85
Æ N A
Æ 94 N 87
XXV y
IMP· VIII
SICIL·
XXVI y
IMP·CAESAR
XXVII y
IMP· IX
SICIL·
Æ N A
Æ 96 N 93
Æ 22
XXIIX y
XXIX y
IMP· X
XXX y
PR·Q· III VIR C·MARIVS
Æ 87 N 86
Æ 91 N 88
XXXI y
IMP· XI
SICIL·
XXXII
XXXIII y
IMP· XII
SICIL·
XXXIV
XXXV
XXXVI
CAP·
VII


Æ 63
Æ 46 48
Æ 48
Æ 60
I
II
III
ACT·
IMP· CAESAR
ACT·
Æ 76
Æ 113
Æ 130
IIII
V
VI
ΥΠΑΤΟϹ ΤΡΙΤΟΝ Μ·ΑΓΡΙΠΠΑ
ΝΙΚΟΠΟΛΙϹ ΙΕΡΑ
COS·III·IMP·IIII M·AGRIPPA L·F·
Æ 149
Æ 149
Æ 87
Æ 118
Æ 118
VII
VIII
IX
M·AGRIPPA COS·TER· COSSVS LENTVLVS
IMP· X ACT·
M·AGRIPPA PLATORINVS III·VIR
Æ 93
Æ 88 90
Æ 46
Æ 91 94
Æ 87
X
XI
XII
IMP· XI ACT·
CAESAR DIVI·F·
IMP· XII ACT·
CAP·
VIII


AEGYPTO
CAPTA
ΑΛΕΞ· ΑΙΓΥΠ·
AEGYPTO
CAPTA
COL NEM
ΚΑΙΣΑΡΟΣ
AVGVSTVS
L · B
L A


Æ 130
Æ 130 N 130
Æ 118
I ɔ
HISPANIA RECEPTA
T·CARISIVS LEG·
II ɔ
P·CARISIVS LEG·PRO·PR·
III ɔ
P·CARISIVS LEG·PRO PR·
Æ 93
Æ 118 N 211
Æ 94
IIII ε
SEGOVIA
V ε
HISPA NIA
VI ε
BILBILIS
Æ 94
Æ 95
Æ 94
VII ſ
ILERDA
VIII ſ
VALENTIA
IX ε
OSCA
Æ 130
Æ 132
Æ 130
X ɔ
T·CARISIVS LEG·
XI ɔ
P·CARISIVS LEG·PRO·PR·
XII ɔ
T·CARISI· LEG·
CAP·
X


Æ A
Æ 108
Æ B
I γ
CAESAR DIVI·F·
II ε
DIVI·F·
III γ
DIVI·F· AVG·PONT·
Æ A
N 158
Æ B
IIII γ
SCARPVS IMP·
V γ
C·MARIVS C·F·R·Q·III·VIR AFR·
VI γ
IMP·CAESAR SCARPVS IMP
Æ C
Æ 227
Æ D
VII γ
AVGVR PONTIF·
VIII
IX ε
Æ C
Æ 159
Æ D
X γ
IMP· DIVI CAESAR F·
XI γ
L·BA.BVS PR·COS
XII ε
CAP·
XI


M·DVRMIVS
III·VIR
C·MARIVS C·F·
PR·Q·III·VIR
M·DVRMIVS III·VIR
XIIII
XV
M·DVRMIVS
III·VIR
M·DVRMIVS
III·VIR
FLORVS III·VIR
L·AQVILLIVS
XVI
XVII
XVIII
M·DVRMIVS III·VIR
HONORIS
L·AQVILLIVS FLORVS III·VIR
L·AQVILLIVS FLORVS III·VIR
XIX
XX
XXI
CAESAR AVGVSTVS
COSSVS CN·F·LENTVLVS
AVGVSTVS
S·C
XXII
XXIII
XXIIII
CAP·


Æ A
Æ A
N 112
AVGVSTVS
CAESAR
L·AQVILLIVS FLORVS
III·VIR
S·P·Q·R·
IMP·IX·
XXV y
XXVI y
XXVII y
Æ B
Æ 118 N 118
Æ C
P·PETRON·TVRPILIAN·III·VIR
FERON·
P·PETRON·TVRPILIANVS T·VIR
III·VIR
TVRPILIANVS
FERO·
XXIIX y
XXIX y
XXX y
Æ D
Æ D
Æ BC
AVGVSTVS
CAESAR
P·PETRONIVS TVRPILIANVS III·VIR
AVGVSTVS
CAESAR
XXXI y
XXXII y
XXXIII y
Æ 118 N 118
P·PETRON·TVRPILIANVS III·VIR
XXXIV
XXXV y
XXXVI
CAP·
XI


CAESAR AVGVSTVS
SIGN·RECEPT·
RECEPTIS SIGNIS
PARTHICIS
SIGNIS RECEPTIS CAESAR AVGVSTVS
MARS VLTOR
CAESAR AVGVSTVS
SIGN·RECEP·
L·AQVILLIVS FLORVS III·VIR
TVRPILIANVS III·VIR
FERON·
P·PETRONIVS TVRPILIANVS
III·VIR
III·VIR TVRPILIANVS
L·CANINIVS GALLVS III·VIR
SIGNIS
RECEPTIS
L·AQVILLIVS FLORVS III·VIR
I
II
III
IIII
V
VI
VII
VIII
IX
X
XI
XII
CAP·
XII


ÆR 112 114 AV 114
ÆR 149 AV 149
ÆR 114
XIII γ
S·P·Q·R·
XIIII γ
IMP·X·TR·POT·V
S·P·Q·R·
SIGNIS
RECEPT·
XV γ
S·P·Q·R·
ÆR 161 AV 161
ÆR 161
AV 161
XVI γ
CIVIB·ET·SIGN·MILIT·A·PARTHIS RESTITVTIS
XVII γ
SIGNIS
PARTHICIS
RECEPTIS
XVIII γ
CIVIB·ET·SIGN·MILIT·A·PARTHIS RECVP·
ÆR 161 AV 161·
AV 191
AV 149
XIX γ
CIVIB·ET
SIGN·MILIT·
A·PARTHIS
RESTIT·
XX γ
DE PARTHIS
XXI γ
SIGNIS
PARTHICIS
RECEPTIS
S·P·Q·R·
ÆR 48 AV 46
ÆR AV A
ÆR AV A
XXII γ
CAESARI
AVGVSTO
XXIII γ
S·P·Q·R·PAREN·
CONS·SVO·
XXIIII γ
CAESARI AVGVSTO
CAP·
XII


SIGNIS RECEPTIS
MARTIS VLTORIS
SIGNIS RECEPTIS
MAR· VLT·
SIGNIS S· P· CL·V· Q· R· RECEPTIS
MART· VLTO·
S·P· Q·R·
SIGNIS S· P· CL·V· Q· R· RECEPTIS
S·P·Q·R·
MAR· VLT·
XXV
XXVI
XXVII
XXIIX
XXIX
XXX
XXXI
XXXII
XXXIII
XXXIV
XXXV
XXXVI
CAP·
XII


Æ A
Æ 101 Ꞥ 101
Æ B
CAESAR DIVI·F· ARMENIA CAPTA
ARMENIA CAPTA
CAESAR ARME·CAPT·
I γ
II γ
III γ
Æ 37
Æ 68
Æ A B
CAESAR DIVI·F· ARMEN· RECEP· IMP· VII
ASIA RECEPTA
P·PETRON·TVRPILIAN·III·VIR
IIII γ
V β
VI γ
Ꞥ 101
Æ 88 Ꞥ 88
Ꞥ 101
ARMENIA CAPTA
C·CAESAR AVGVSTI·F·
ARMENIA CAPTA
VII γ
VIII γ
IX γ
Ꞥ C
Æ 101
Æ 118 Ꞥ C
CAESAR AVGVSTVS ARMENIA CAPTA
ARMENIA CAPTA
TVRPILIANVS III·VIR
X γ
XI γ
XII γ
CAP·
XIII


Æ Ꜵ
A B C D
Æ
A
Æ Æ
E F G H
I
y
NERO CLAVDIVS DRVSVS GERMANICVS IMP.
II
y
RHENVS
III
5
NERO CLAVDIVS DRVSVS GERMANICVS IMP.
Æ
B
Æ
E
Æ
C
IIII
y
DE GERM·
V
5
TI·CLAVDIVS CAESAR AVG·P·M·TR·P·IMP·
S·C
VI
y
DE GERMANIS
Æ
F
Æ
G
Æ Ꜵ
D D
VII
y
DE GE RMAN·
VIII
5
IMP·CAES·TRAIAN·AVG·GERM·P·M·TR·P·COS·II·P·P·REST·
S C
IX
y
DE GER MANIS
Ꜵ
I
Æ
H
Ꜵ
I
X
y
TI·CAESAR AVG·F·PON·COS·II·TR·POT·XIII·IMP·III
XI
5
CAESAR AVG·F·DOMITIAN·COS·V·REST·
DE GERM·
S C
XII
y
CAESAR TI·F·AVG·N·COS·DES·GERMANICVS
CAP·
XIIII



Ꝟ 142
Æ 27
Æ 9
COS·IER· IMP·IER·
TI·CLAVDI·TI·F· NERO
PRO COS·
C·CARRINAS C·F·
PRO COS·
P·VATINIVS P·F
XIII γ
XIIII γ
XV γ
Ꝟ 73
Æ 182
Æ 73 Ꝟ 73
TI·CAESAR AVG·F·PONT·COS·II·TR·POT·XIIII·IMP·VII
TI·CAESAR AVGVSTI F·TR·POT·XX
XVI γ
XVII δ
XVIII γ
Æ 73 Ꝟ 75
Ꝟ 180
Æ 130 Ꝟ 130
AVG·F·TR·POT·
TI·CAESAR
TI·SEMPRONI·TI·F·GRACCVS LEG·PRO COS·
TR·POT· XIII AVG·F·
TI·CAESAR
XIX γ
XX γ
XXI γ
Æ 115
XXII
XXIII γ
XXIIII
TI·NERO TI·F· PRO COS·
CAP·
XIIII


IMP·CAESAR
IMP· CAESAR
S·P·Q·R·
COS· V·
S·C
S·C
TR· POT· IX
TR· POT· XIIII
CAESAR DIVI·F·
ΑΥΤΟΚΡ ΤΩΡ ΤΡΙΤΟΝ Δ
I γ
II γ
III γ
IIII γ
V ε
VI γ
VIII ε
IX γ
X γ
XI ε
XII
CAP·
XV
Æ A
Ⅳ 37
Ⅳ 66
Æ A Ⅳ 166
Æ 154
Æ 68
Ⅳ 93
Æ 181
Æ 88 Ⅳ 88
Æ 32
Æ 92
Ⅳ 67


Æ 219
Æ 213
Æ 211 219
XIII
XIIII
XV
IMP·T·VESP·AVGVSTVS REST·
S C
ROMANA
IMP·T·CAESAR AVGVSTVS REST·
Æ 219
Æ 219
Æ 216 228
XVI
XVII
XVIII
IMP·CAES·DOMITIAN·AVGVSTVS REST·
SPQR
IMP·NERVA CAESAR AVG·RESTITVIT
S·C
Æ 219
XIX
XX
XXI
SPQR
XXII
XXIII
XXIIII
CAP·
XV


S·P·Q·R·
IMP·CAES·
AVGVSTO CAESARI
S·P·Q·R·
S·P·Q·R·
IMP·CAES·
AVGVSTO
S·P·Q·R·
IMP·CAE·
L·VINICIVS
CAESAR DIVI·F·
CAESAR DIVI·F·
IMP·CAESAR
POPVL·IVSSV·
IMP· IER·
S C
AVGVSTVS TR·POT·
S C
I
II
III
IIII
V
VI
VII
VIII
IX
X
XI
XII
CAP·
XVI


Æ 121 Ꝟ 123
Æ 57
Æ 109 Ꝟ 109
XIII y
QVOD VIAE MVN·SVNT
XIIII y
IMP· CAESAR
XV y
QVOD VIAE MVN· SVNT
Æ 112
Æ Ꝟ A
Æ 162 A Ꝟ A
XVI y
CN·CINNA MAG III·VIR
S·P·Q·R· IMP·CAE· QVOD·V· M·S·EX· EA·P·Q·IS AD·A·D·E·
XVII y
S·P·Q·R· IMP· CAES·
XVIII y
L·VINICIVS L·F· III·VIR
S·P·Q·R· IMP·CAE· QVOD·V· M·S·EX· EA·P·Q·IS AD·A·D·E·
Æ 48 Ꝟ 39
Æ 41 Ꝟ 41
Æ 46
XIX y
L·MESCINIVS RVFVS III·VIR
S· IMP· CAES· AVGVS· COMM· CONS· C·
XX y
IMP· CAESAR
XXI y
RVFVS III·VIR L·MESCINIVS
IMP· CAES· AVGVS· COMM· CONS·
Æ 109 Ꝟ III
Æ 162 Ꝟ 162
Æ 109
XXII y
QVOD VIAE MVN·SVNT
XXIII y
S·P·Q·R· IMP·CAES· QVOD·V· M·S·EX· EA·P·Q·I·S AD·A·D·E·
XXIIII y
QVOD VIAE MVN·SVNT
CAP·
XVI


VOT·P·SVSC·
PRO RED· SA
SAL·ET I·O·M· CR·
I
II
I·O·M·
S·P·Q·R·V·S
PR·S IMP·CAE·
QVOD PER EV·
R·P·IN AMP·
ATQ·TRA·
S·E·
III
SVSC·PRO SAL· ET RED·I·O·M·SACR·
IIII
VOT·P·SVSC·
PRO SAL·ET
RED·I·O·M·
SACR·
V
P·CLODIVS M·F·
VI
IOVI
VOT·SVSC·
PRO SAL·
CAES·AVG·
S·P·Q·R·
VII
FORT·RED·
CAES·AVG·
S·P·Q·R·
VIII
L·MESCINI VS RVFVS
IX
CAESARI AVGVSTO
FOR·RE·
EX·S·C·
X
RVFVS III·VIR L·MESCINIVS
S·P·Q·R·
VOTO
PRO R
CAES·
XI
Q·RVSTIVS FORTVNÆ
ANTIAT·
XII
L·MESCINI VS RVFVS
S·P·Q·R·
V·PR·RE·
CAES·
CAP·
XVII


Æ 108
Æ 45
Æ 181
I ε
COL·IVL·
BON·
II ε
COL NEM·
III ε
COL·
IVL·OCTAV·
Æ 18 34
N 183
N 180
IIII γ
TI·SE MPRON·
Q·DESIG·
GRACCVS
V γ
TI·SEM·TI·F·GRACCVS
IIVIR ITER·
COL·IVL·AVGVS·
EX·S·C·
VI γ
TI·SEMPRON·
QVEST·ITER·
EX S·C
GRACCVS
Æ 188
Æ 101
Æ 188
VII δ
COL·IVL·AVGVS·
VIII ε
COL·IVL·VAL·
IX δ
AVGVS·
C·COR·
COL·IVL·
Æ 79
Æ 22 24
N 20
Æ 219 226
X ε
C·MR·
PATRIAE
XI γ
TI·SEMPRO·
IIII·VIR
GRACCVS
XII ε
COL·A·A·
PATRENS·
CAP
XVIII


Æ 139
Æ 99
Æ 93
XIII ε
MVN·CALAG·IVL
XIIII ε
COL·AST·
AVGVSTA
XV ε
MVN·
MERCAVICA
Æ 241 Æ 181
Æ 108
Æ 130 AV 32
XVI γ
EMERITA
AVGVSTA
COL·
XVII ε
SIGO BRIGA
XVIII γ
EMERITA
P·CARISIVS
PRO·PR·
LEG·
Æ 120
Æ 118
Æ A
XIX γ
P·CARISIVS LEG·PRO·PR·
COL·TOLET·
XX ε
CAESAREA AVGVSTA
XXI γ
Æ 137
Æ A
Æ 140
XXII ε
II VIR·ITER
M·PLÆ·TR̄N·Q·VASO
XXIII γ
IMP·CAESAR
XXIIII ε
PR·II VIR
C·MR·MVAN·
CAP·
XVIII


Æ 142
Æ 108
Æ 130
XXV ε
COL·CAESAREA
II·VIR
C·SABINO P·VARO
XXVI ε
COL·
PHIL·
IVL·
XXVII ε
COL·CÆSAREA PHIL·
II·VIR
T·RVFO L·GALLO
Æ 164
Æ 190
Æ 144
XXVIII ε
M·TITIO P·QVIN·VARO
II·VIR
L·COR·BABO
XXIX ε
CÆS·AVGVS·
II·VIR
CN·DOM·AP·C·VET·LAN·
XXX ε
N·CELS·L·CORNIFICIO
II·VIR
C·CENSORINO
Æ 152
Æ 59
Æ 141
XXXI ε
AP·PVLCHRO
T·TAVRO
II·VIR
L·PISO·CN·F·
XXXII ε
CAESAR·AG·
II·VIR
Q·MAXIMO TER·L·PRINO
XXXIII ε
SP·TARPEIO CAPITOLINO
II·VIR
CN·AVFIDIO
Æ 106
Æ 97
Æ 118
XXXIV ε
COL·SEBAS·
L·PISONE
II·VIR
L·FABATO T·TRIO
XXXV ε
COL·
IVL·
BER·
S·C·
XXXVI ε
CAESAREA AVGVSTA
II·VIR
C·STATI·M·FABRIC·
CAP·
XVIII


Æ 137 147
Æ 188
Æ 141
XXXVII ε
L·BÆB·PRISCO II·VIR C·GRN·BROC
XXXIIX ε
Q·HAERI L·POMPONIO II·VIR C·CAESINO
XXXIX ε
SEX·CETEGO II·VIR Q·POP·SECVNDINO
Æ 154
Æ 164
Æ 148
XL ε
C·PONTIO P·OREST· II·VIR C·ATTEI·CAPIT·
XLI
C·HEIO POL LIONE ITER C·MVSSID·PR ISCO IIVIR
XLII ε
P·OREST· C·PONTIO II·VIR C·SVLPICIO
Æ 141
Æ 118
Æ 178
XLIII ε
L·COR·TERR II·VIR M·IVN·HISP·
XLIIII
C·MVSSID· PRISCO II VIR C·HEIO POL LIONE ITER
XLV ε
C·BALBO L·PORCIO
Æ 85
Æ 168
Æ 87
XLVI ε
C·SVLPICIO L·CELSO II·VIR D·LÆLIO BALBO
XLVII ε
P·CILONE V·GELLIO II·VIR D·SILVANO
XLVIII ε
M·SERVIL· L·CÆSON· II·VIR T·CRISP·VALERINO
CAP·
XVIII


Æ 94 97
Æ 97
Æ 156
XLIX ε
L·SVRA
C·VI·CELSÂ
II·VIR
L·BVCCO
L ε
L·BACCI·
C·VI·CEL·
II·VIR
M·FESTO
LI ε
SP·T·FLAMININO
SP·ALBINO
II·VIR
P·COR·CELSO
Æ 156
Æ 99
Æ 108
LII ε
II·L·SER·DECIANO
T·DRVSO
II VIR
T·AVREL·CELERE
LIII
SISENN
PRO COS·
P·COR·ABA·II·VIR
LIIII ε
L·COR·MES·
T·CEL·
II·VIR
SEX·POMPEIO
LV
LVI
LVII
LVIII
LIX
LX
CAP·
XVIII


Æ 206
Æ 113
Æ 133
KAICAPE ΩN
MHTPOΠOΛE ΩN
NIKOΠOΛIC IEPA
KYΔΩN
I A
I
II
III
Æ 116
Æ 242
Æ 107
KAICAPEΩN ΣY ANBYΠ
ΓANATHNΩN BIP
TPI ΠOΛEITΩN
IIII
V
VI
Æ 103
Æ 110
Æ 56
ΛEΩN TIΦOY
ΔIONYΣIOΣ MAPΩNITΩN
OΞY MENIΩN
VII
VIII
IX
Æ 231
Æ 100
Æ 185
ΣEBAΣTA
MHTPOΠOΛEΩΣ TPIΠOΛEITΩN
ΣEBAΣTA MH TPOΠOΛIΣ
X
XI
XII
CAP.
XIX


Æ 110
Æ 126
Æ 234
XIII
XIIII
XV
ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ ΟΝΟΛΕΩΣ
ΣΙΔΩΝΟΣ
ΣΕΛΕΥΚΕΩΝ ΤΗΣ ΙΕΡΑΣ ΚΑΙ
ΑΥΤΟΝΟΜΟΥ
Æ 105
Æ 116
Æ 53
XVI
XVII
XVIII
ΑΣΚΑΛΩΝΙΤΩΝ
ΔΟΡ
ΘΕΑΣ ΣΙΔΩΝΟΣ
Æ 98
Æ 46 122
Æ 238
XIX
XX
XXI
ΜΟΥΣΑΙΟΣ
ΣΙΔΩΝΟΣ
ΙΟΥΛΙΕΩΝ ΤΩΝ ΚΑΙ ΛΑΟΔ
ΙΚΕΩΝ
Æ 230
Æ 2
Æ 127
XXII
XXIII
XXIV
ΑΜΦΙΠΟΛΕΙΤΩΝ
ΜΑΜΕΡΤΙΝΩΝ
ΝΕΩΚΟΡΩΝ
ΔΗΜ
ΑΜΦΙΠΟΛΙΤΩΝ
CAP.
XIX


Æ 116
Æ 110
Æ 174
XXV ε
ΘΕΣΣΑ ΛΟΝΙ ΚΕΩΝ
XXVI
ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ
XXVII ε
ΑΜΒΡΑ ΚΙ ΩΤΑΝ
Æ 236
Æ 74
Æ 240
ΑΡΧΙΕΡΕΥΣ ΗΣΚΛΑΣ Ε ΦΕ ΝΙΚΟΣΤΡΑΤΟΣ
XXIIX
XXIX
ΠΕΡΙΝ ΘΙΩΝ
XXX γ
ΕΦ ΕϹ Ι ΩΝ
Æ 28
Æ 95
Æ 131
XXXI
ϹΜΥΡ ΝΑΙΩΝ ΝΕΩΚΟ ΡΩΝ
XXXII ε
F
XXXIII
ΚΟΙΝΟΝ ΒΥΖΑΝΤΙ ΩΝ
Æ 124
XXXIV
XXXV ε
ΚΝΩΣΣΙΕ ΩΝ ΔΙΣ ΝΕΩΚ ΟΡΩΝ
XXXVI
CAP.
XIX


Æ 96
N 96
N 114
Æ 88
N 88
I γ
IMP·X·
II γ
PAX ORBIS
TERRARVM S·P·Q·R
III γ
IMP·XIIII
Æ 26
Æ A N B
Æ 37
IIII δ
IMPER·
V γ
VI γ
CAESAR
DIVI·F·
Æ A N
Æ B
Æ 37 39
N 41
VII γ
CAESAR
DI VI·F·
VIII γ
PAX
IX γ
CAESAR
DIVI·F·
Æ 118
Æ 71
Æ 118
X γ
IAN·
CLV·
XI ε
PAX
XII ε
PERP·
PACE
CAP·
XX


82
109
111
83
84
S·C
SALVS
GENERIS
HVMANI
AVGVSTVS
S C
I
y
II
y
III
y
A
46
48
48
B
CAESAR
S· P·
CL·V
Q· R·
AVGVSTVS
HVMANI
SALVS GENERIS
III
y
V
y
VI
y
109
101
112
112
S·P·Q·R·
CL·V·
S·P Q·R·
VII
y
VIII
y
IX
y
114
A
B
Æ
50
S·P· Q·R·
S·P·Q·R·
AVGVSTVS
X
y
XI
y
XII
y
CAP·
XXI


Æ 219
N 137
Æ 222
XIII ε
IMP·T·VESPASIAN·AVG·RESTITVIT
S C
XIIII γ
M·COCCEIVS M·F·NERVA III·VIR
ASI·
EVR·
AFR·
S·P·Q·R·
XV ε
IMP·T·CAES·AVG·RESTITVIT
S C
Æ 97 106
Æ 219
Æ 142
XVI γ
C·A
XVII ε
IMP·DOMIT·CAES·AVG·RESTITVIT
S C
XVIII ε
C·CIB·
D·D
PVBL·
Æ 208 220
R 46 48
N 46 48
Æ 213
XIX ε
IMP·NER·CAES·AVG·REST·
S C
XX
CAESAR
AVGVSTVS
XXI ε
IMP·CAES·TRAIAN·AVG·GER·DAC·PART·P·REST·
S C
XXII
XXIII
XXIIII
CAP·
XXI


L·AQVILLIVS FLORVS III·VIR
OB CIVIS
S·P·Q·R·
CL·V·
SERVATOS
III·VIR P·TVRPILIANVS FERON·
OB CIVIS SERVATOS
CAESAR
OB CIVIS SER·
AVGVSTVS
OB CIVIS SERVATOS
AVGVSTO OB C·S·
CAESAR
O·C·S·
AVGVSTVS
OB CIVIS SERVATOS
P·PETRON·TVRPILIAN·III·VIR
OB CIVIS SERVATOS
III·VIR TVRPILIANVS
I
II
III
IIII
V
VI
VII
VIII
IX
X
XI
XII
146
CAP·
XXII


Æ A
Æ B
Æ C
XIII 3
III·VIR·A·A·A·F·F·C·GALLIVS C·F·LVPERCVS
S C
XIIII 3
III·VIR·A·A·F·F·P·QVINCTILI·SEX·F·VARVS
S C
XV 3
III·VIR·A·A·F·F·C·SENTIVS C·F·SATVRNINVS
S C
Æ D
Æ ABCDE
Æ E
XVI 3
III·VIR·A·A·A·F·F·C·CASSIVS C·F·CELER
S C
XVII 3
OB CIVIS SERVATOS
XVIII 3
III·VIR·A·A·F·F·M·FVRIVS P·F·CAMILLVS
S C
Æ F
Æ FGHIK
Æ G
XIX 3
III·VIR·A·A·A·F·F·T·STATILIVS T·F·TAVRVS
S C
XX 3
OB CIVIS SERVATOS
XXI 3
III·VIR·A·A·A·F·F·C·ASINIVS C·F·GALLVS
S C
Æ H
Æ I
Æ K
XXII 3
III·VIR·A·A·A·F·F·L·NEVIVS SVRDINVS
S C
XXIII 3
III·VIR·A·A·A·F·F·C·CALVISIVS C·F·SABINVS
S C
XXIIII 3
III·VIR·A·A·A·F·F·L·DOMITIVS AHENOBARB
S C
CAP·
XXII


Æ A
Æ B
Æ C
XXV 3
P·CORNELIVS P·F·SCIPIO III·VIR A·A·A·F·F·
S C
XXVI 3
CN·CORNELIVS LENTVLVS III·VIR A·A·A·F·F·
S C
XXVII 3
P·LENTVLVS CN·F·SCIPIO III·VIR A·A·A·F·F·
S C
Æ D
AB Æ CD EFHIK
Æ E
XXIIX 3
M·SANQVINIVS Q·F·III·VIR A·A·A·F·F·
S C
XXIX 3
OB CIVIS SERVATOS
XXX 3
P·LICINIVS STOLO III·VIR A·A·A·F·F·
S C
Æ F 156
Æ G
Æ H
XXXI
CN·PISO CN·F·III·VIR A·A·A·F·F·
S C
XXXII 3
DIVO AVGVSTO S·P·Q·R·
OB CIVIS SER·
XXXIII 3
P·VINICIVS M·F·III·VIR A·A·A·F·F·
S C
Æ I
Æ G
Æ K
XXXIV
T·CRISPINVS T·F·SVLPICIAN·III·VIR A·A·A·F·F·
S C
XXXV 3
TI·CAESAR DIVI AVG·F·AVGVSTVS PONT·MAX·TR·POT·XVI·
S C
XXXVI 3
L·MVNATIVS L·F·PLANCVS III·VIR A·A·A·F·F·
S C
CAP·
XXII


Æ A 170
Æ B
Æ C
XXXVII ε
III·VIR A·A·A·F·F· P·LVRIVS AGRIPPA
S C
XXXIIX ε
III·VIR A·A·A·F·F· SEX·AELIVS CATVS
XXXIX ε
III·VIR A·A·A·F·F· C·CENSORINVS AVG
Æ D
Æ A B C D E
Æ E
XL ε
III·VIR A·A·A·F·F· C·PLOTIVS RVFVS
XLI ε
AVGVSTVS TRIBVNIC· POTEST·
XLII ε
III·VIR A·A·A·F·F· M·LICINIVS CRASSVS
Æ F
Æ F G H I K
Æ G 156
XLIII ε
III·VIR A·A·A·F·F· M·APPVLEIVS SEX·F·
XLIIII ε
AVGVSTVS TRIBVNIC· POTEST·
XLV ε
III·VIR A·A·A·F·F· C·CASSIVS CELER
Æ H 170
Æ I 170
Æ K
XLVI ε
III·VIR A·A·A·F·F· A·LICIN·NERVA SILIAN
XLVII ε
III VIR A·A·A·F·F· P·STOLO
XLVIII ε
III·VIR A·A·A·F·F· T·CRISPINVS SVLPICIAN
CAP·
XXII


Æ A 188
Æ B
Æ C 156
XLIX ε
A·A·A·F·F·L·CORNELIVS SVLLA III·VIR
S C
L ε
A·A·A·F·F·M·SANQVINIVS Q·F·III·VIR
S C
LI ε
A·A·A·F·F·M·SANQVINIVS M·F·III·VIR
S C
Æ D
Æ A B C D E
Æ E
LII ε
A·A·A·F·F·C·CANINIVS REBILVS III·VIR
S C
LIII ε
AVGVSTVS TRIBVNIC· POTEST·
LIIII ε
A·A·A·F·F·P·CORNELIVS DOLABELLA III·VIR
S C
Æ F 156
Æ F G H I K
Æ G 156
LV ε
A·A·A·F·F·L·CORN·L·F·SVLLA III·VIR
S C
LVI ε
AVGVSTVS TRIBVNIC· POTEST·
LVII ε
A·A·A·F·F·C·GALLIVS LVPERCVS III·VIR
S C
Æ H 156·169
Æ I 156
Æ K 156
LVIII ε
A·A·A·F·F·C·ASINIVS GALLVS III·VIR
S C
LIX ε
A·A·A·F·F·L·SVRDINVS III·VIR
S C
LX ε
A·A·A·F·F·C·SENTIVS SATVRNIN·III·VIR
S C
CAP·
XXII


Æ A
Æ B
Æ 170
LXI ε
Q·AELIVS LAMIA III·VIR A·A·A·F·F·
S C
LXII ε
C·SILIVS P·F· III·VIR A·A·A·F·F·
S C
LXIII ε
P·ANNIVS RVFVS III·VIR A·A·A·F·F·
S C
Æ 154
Æ A
Æ 151
LXIIII ε
T·STATILIVS SISENNA III·VIR A·A·A·F·F·
S C
LXV ε
AVGVSTVS TRIBVNIC· POTEST·
LXVI ε
L·APRONIVS CAESIANVS III·VIR A·A·A·F·F·
S C
Æ 170
Æ B C
Æ 156
LXVII ε
SER·SVLPICIVS GALVS III·VIR A·A·A·F·F·
S C
LXVIII ε
AVGVSTVS TRIBVNIC· POTEST·
LXIX ε
N·VALERIVS MESSALLA III·VIR A·A·A·F·F·
S C
Æ 156
Æ 156
Æ C
LXX ε
AP·CLAVDIVS PVLCHER III·VIR A·A·A·F·F·
S C
LXXI ε
T·STATILIVS TAVRVS III·VIR A·A·A·F·F·
S C
LXXII ε
A·ATILIVS REGVLVS III·VIR A·A·A·F·F·
S C
CAP·
XXII


Æ 156
Æ 170 171
Æ 156
LXXIII ε
III·VIR A·A·A·F·F D·IVNIVS SILANVS
LXXIIII ε
III·VIR A·A·A·F·F M·SALVIVS OTHO
LXXV ε
III·VIR A·A·A·F·F SP·LVCRETIVS FLAVVS
S C
Æ 156
Æ 219
Æ 170
LXXVI ε
III·VIR A·A·A·F·F M'·ACILIVS GLABRIO
LXXVII ε
LXXIIX ε
III·VIR A·A·A·F·F SEX·NONIVS QVINCTILIAN
Æ 156
Æ 156
LXXIX ε
III·VIR A·A·A·F·F L·VALERIVS CATVLLVS
LXXX
LXXXI ε
III·VIR A·A·A·F·F C·CESTIVS CAMERINVS
Æ 170 171
Æ 151
Æ 151
LXXXII ε
III·VIR A·A·A·F·F M·MAECILIVS TVLLVS
XXCIII ε
III·VIR A·A·A·F·F SEX·APPVLEIVS SEX·F
XXCIV ε
III·VIR A·A·A·F·F M·SERVILIVS GEMINVS
CAP·
XXII


Æ A
Æ A
Æ B
Æ B
I y
II y
III y
IIII y
A·A·A·F·F· FLAVVS ACILIVS
S C
A·A·A·F·F· NONIVS CATVLLVS
S C
III·VIR CESTIVS TVLLVS
Æ C D
Æ C E F
Æ D G H
Æ F H
V y
VI y
VII y
VIII y
ANNIVS LAMIA SILIVS
III VIR A·A·F·F·
S C
REGVLVS PVLCHER TAVRVS
Æ I
Æ I
Æ K
Æ K L
IX y
X y
XI β
XII β
III·VIR FLAVVS ACILIVS
A·A·A·F·F· SALVIVS IVNIVS
S C
CATVLLVS L·VALERIVS
S C
Æ E
Æ M
Æ M N
Æ N
XIII y
XIIII y
XV y
XVI y
ANNIVS LAMIA SILIVS
CESTIVS NONIVS TVLLVS
S C
REGVLVS PVLCHER TAVRVS
S C
Æ O
Æ O P
Æ L
Æ P
XVII y
XIIX y
XIX y
XX y
III·VIR SISENNA APRONIVS
A·A·A·F·F· GALVS MESSALLA
S C
APRONIVS MESSALLA GALVS
S C
III·VIR APRONIVS SISENNA
CAP·
XXIII


81
39 48
51
I γ
AVGVSTVS
II γ
AVGVSTVS
III γ
PATER PATRIAE
85 85
54
144
IIII γ
IMP·XI
V ε
AVGVSTVS
VI γ
TRIB·POT·COS·XI
179
Æ 198
99
VII γ
AVGVR IMP XII·P·P
VIII
IX γ
PONT·MAX·
Æ 116
Æ 221
Æ 224
X ε
LΔ
AYTOKPATΩP
XI ε
LAH
ΣΕΒΑΣΤΟΣ
XII
ΣΕΒΑΣΤΟΥ
CAP.
XXIIII


Æ 54
Æ 94
Ꝛ 37 39 · AV 39
I ε
AVGVSTVS
II δ
I
III γ
AVGVSTVS
Æ 48
Æ 224
Æ 143
IIII δ
V
V δ
X
VI δ
XV
Æ 108
Æ 104
Æ 221
VII δ
XX
VIII δ
XXV
IX δ
XXX
AV 37
Æ 106
Ꝛ 52
X γ
AVGV STVS
XI δ
XXXV
XII γ
AVGVS TO
CAP.
XXV


Æ 163 184 177 187
Æ 186
Æ 189
S·P·Q·R·COS·XI PATRI PATRIAE
S C
I ε
II ε
IMPERATOR XIIII PATER PATRIAE
S C
III ε
IMPERATOR XIIII COS·XII PATER PATRIAE
S C
Æ 192 194 193 195
Æ 196
Æ 196
IMPERATOR XIIII COS·XIII PATER PATRIAE
S C
IIII ε
V ε
XXVI PONTIF·MAXIM·TRIBVN·POTEST
S C
VI ε
XXVII PONTIF·MAXIM·TRIBVN·POTEST
S C
Æ 198
Æ 198
Æ 199 200 202
XXXII PONTIF·MAXIM·TRIBVN·POTEST
S C
VII ε
VIII ε
XXXIII PONTIF·MAXIM·TRIBVN·POTEST
S C
IX ε
XXXIIII PONTIF·MAXIM·TRIBVNIC·POT
S C
Æ 203
Æ 204
Æ 204
S·P·Q·R·COS·XIII PATRI PATRIAE IMP·XX
S C
X ε
XI ε
XXXVI PONTIF·MAXIM·TRIBVN·POTEST
S C
XII ε
XXXVII PONTIF·MAXIM·TRIBVN·POT
S C
CAP·
XXVI



IMP·IX
L·MESCINIVS RVFVS IIIVIR
IMP· CAES· AVG· LVD· SAEC·
XV
S·F·
AVGVSTVS
DIVI F·
C·SVLPICIVS PLATORIN·
AYTOKPA·
L·A
AVGVST·DIVI·F·LVDOS SAEC·F·
AVGVSTVS
M·SANQVINIVS
III·VIR
AVGVSTVS
CAP·
XXVII


L·CAESAR·AVGVSTI·F·AVGVR·COS·DES·PRINC·IVVENT·
CAESAR
C·ANTISTIVS REGINVS
III·VIR
C·L·CAESARES
COS·
IMP·CAESAR AVGVST·
XI
C·L·CAESARES
C·CAESAR·AVGVSTI·F·PON·COS·DES·PRINC·IVVENT·
VETVS III VIR C·ANTISTIVS
AVGVRI
PONT·MAX·
IMP·XI·
P·P·
ΠΤΟΛΕΜΑΙ
ΔΟΣ
ΙΕΡΑΣΥΓΚΑΗ
ΤΟΣ
LENTVLVS FLAMEN
MARTIALIS
ΜΕΣΣΑΝΙ
ΩΝ
ΔΙΣ
ΝΕΩΚΟΡΩΝ
CAP·
XXVIII


C·POPPAEVS SABINVS AED·CVR·
COS·DESIG·SALVVS IMP·
MESCINI·RVFVS
III·VIR
S·P·Q·R
CL·V·
PONT·IF·MAXIM
IMP·
CAE SAR
DIVI·F·
SEX·IV·POL·II·VIR
C·VAR·RVF·
TVRPILIANVS III·VIR
P·STOLO
III VIR
AVG VST·
XIII
XIIII
XV
XVI
XVII
XVIII
XIX
XX
XXI
XXII
XXIII
XXIIII
117
7 7
145
118 118
120
73
37 39
39
98
118
120
153 153
136 80
138 134
CAP·
XXVIII


IOV· TON·
IVNONI
C IL L A
MON·II·VIR Q·
Q·PAPIR·CAR·Q·TERENT·
IOVI OLYM·
S C
C·MARIVS C·F· PR·Q· III·VIR
IMP·CAESAR
AVGVSTVS
CAESAR DIVI·F·
ROM·ET·AVG·
APO LLIN·
PACI PERP·
ROM·ET·AVGV·
COM· ASIAE
I
II
III
IIII
V
VI
VII
VIII
IX
X
XI
XII
CAP·
XXVIIII


Æ 232
Æ 116
Æ 126
KOINON
AΘENAIΩN
KOINΩNIA KOPINΘIΩN
XIII ε
XIIII ε
XV δ
Æ 162
Æ 215
Æ 162
M·MESSALLINVS M·F·III·VIR
KY ΔΩ NOC
M·MESSALLINVS PR·Q·
XVI γ
XVII δ
XVIII γ
Æ 2
Æ 239
Æ 142
BALBVS PRO PR·
HPAKΛEΩTAN
M A
XIX γ
XX ε
XXI γ
Æ 237
Æ A
Æ A
KAIΣAPEΩN ΦIΛIΠΠOΠOΛITΩN NEΩKOPΩN
ΣOIΛIΛIOYHO ΠΩΛΛIΩN KAIΣAPEΩN
MENANΔPOΣ ΠAPAΣIOY
XXII ε
XXIII ε
XXIIII ε
CAP·
XXVIIII



Æ 155
Æ 134
Æ 110
ΝΙΚοΜΗΔΕΩΝ ΤΗΣ ΙΕΡΑΣ ΚΑΙ
ΑΣΙΛοΥ
XXV
XXVI
XXVII
ΚΑΙ ΕΛΕΥΘΕΡΑ ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ ΙΕΡΑ ΣΥΓΚΛΗΤοΣ
Æ 232
Æ 173
Æ 135
ΠΡο ΤΩΝ
ΕΦΕΣΙΩΝ
ΑΣΙΑΣ
ΑΓΞΥΡοΣ
XXIIX
XXIX
XXX
ΚΥΡΑΝΕΙΩΝ ΤΗΣ ΙΕΡΑΣ ΚΑΙ ΑΥΤοΝοΜοΥ
Æ 125
Æ 129
Æ 235
ΕΦ ΕΣ
ΙΩΝ
XXXI
XXXII
XXXIII
ΕΠΙΣΤΡ·ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ ΚΑΙ ΕΦΕΣΙΩΝ
οΜοΝοΙΑ
Æ 134
XXXIV
XXXV
XXXVI
CAP.
XXVIIII


Æ A
Æ B
Æ C
I ვ
P·M·TR·POT·XXIIII TI·CAESAR DIVI AVG·F·AVGVST·
S C
II ვ
DIVO AVGVSTO
S·P·Q·R·
III ვ
GERMANICVS CAESAR TI·AVG·F·DIVI·AVG·N·COS·II
S C
Æ A
Æ B
Æ C
IIII ვ
DIVO AVGVSTO S·P·Q·R·
V ვ
DRVSVS CAESAR TI·AVG·F·DIVI·AVG·N·PONT·TR·POT·II
S C
VI ვ
DIVO AVGVSTO S·P·Q·R·
Æ 210 213
Æ D
Æ D E F
VII ε
CONSENSV SENAT·ET EQ·ORDIN·P·Q·R·
VIII ε
IMP·T·VESPASIAN·AVG·RESTITVIT
S C
IX ε
DIVVS AVGVSTVS PATER
Æ E
Æ 209
Æ F
X ვ
IMP·T·CAES·DIVI VESP·F·AVG·P·M·TR·POT·P·P·COS·VIII
REST·
S C
XI ვ
XII ვ
IMP·CAES·DOMIT·AVG·GERM·P·M·TR·P·IIII·IMP·V·COS·X·P·P·
REST·
S C
CAP·
XXX



N 245
ÆR 244 N 246
ÆR 212 N 207
XIII γ
CONSECRATIO
XIIII γ
CONSECRATIO
XV γ
CONSECRATIO
Æ 219
Æ 219
Æ 219
XVI ε
TI·CLAVDIVS CAESAR AVG·GERM·REST·
S C
XVII ε
IMP·NERO CLAVD·CAES·AVG·GERM·REST·
S C
PROVIDENT·
XVIII ε
IMP·T·VESP· S C AVG·REST·
Æ 219
Æ 219
Æ 219
XIX ε
IMP·T·VESPASIAN·AVG·RESTITVIT
S C
XX ε
IMP·T· VESP· AVG·REST·
S C
PROVIDENT·
XXI ε
IMP·T·CAES·AVG·RESTITVIT
Æ 214
Æ 219
Æ 219
XXII ε
IMP·T·VE SP·AVG· REST·
S C
PROVIDENT·
XXIII ε
IMP·T·CAES·AVG·RESTITVIT
S C
XXIIII ε
IMP·T·CA ES·AVG·RE STITVIT
S C
CAP·
XXX


Æ 219
Æ 219
Æ 219
XXV ε
IMP·CAES·DOMITIAN·AVG·REST·
S C
PROVIDENT·
XXVI ε
IMP·DOMITIAN·CAES·AVG·RESTITVIT
S C
XXVII ε
IMP·D·CAES·AVG·RESTITVIT
S C
PROVIDENT·
Æ 219 222
Æ 216
Æ 216
XXVIII ε
IMP·D·CAES·AVG·RESTITVIT
S C
XXIX ε
IMP·NERVA CAES·AVG·REST·
S C
PROVIDENT·
XXX ε
IMP·NERVA CAESAR AVG·REST·
S C
Æ 218
Æ 218
Æ 209
XXXI ε
IMP·NERVA CAES·AVG·RESTITVIT
S C
XXXII ε
IMP·CAES·TRAIAN·AVG·GER·P·P·REST·
S C
PROVIDENT·
XXXIII ε
IMP·CAES·TRAIAN·AVG·GER·DAC·PART·P·REST·
S C
Æ 219
Æ 219
Æ 219
XXXIV ε
S C
PROVIDENT·
XXXV ε
S C
XXXVI ε
S C
PROVIDENT·
CAP·
XXX


Æ 219
Æ 219
Æ 219
XXXVII ε
IMP·T·VESPASIAN·AVG·RESTITVIT
S C
XXXVIII ε
IMP·T·VESPAS·AVG·RESTITVIT
S C
XXXIX ε
IMP·T·CAESAR AVG·RESTITVIT
S C
Æ 219
Æ 219
Æ 219
XL ε
IMP·T·VESP·AVG·REST·
S C
XLI ε
S C
XLII ε
IMP·T·CAES·AVG·RESTIT·
S C
Æ 222
Æ 213
Æ 208
XLIII ε
IMP·CAES·DOMITIAN·AVG·REST·
S C
XLIIII ε
S C
XLV ε
IMP·NERVA·CAES·AVG·REST·
S C
Æ 222
Æ 208
Æ 216 225
XLVI ε
IMP·CAES·DOMITIAN·AVG·RESTITVIT
S C
XLVII ε
IMP·CAES·TRAIAN·AVG·GERM·DAC·PARTH·P·P·REST·
S C
XLVIII ε
IMP·NERVA CAESAR AVGVSTVS REST·
S C
CAP·
XXX


Æ A
Æ B
C
AETERNITATIS AVGVSTAE
DIVA IVLIA DIVI AVG.
CV ST.
AETERNITATIS AVGVSTAE
I
II
III
Æ 243
Æ B
Æ 231
S C
CONSECRATIO
S C
IIII
V
VI
Æ A C
Æ D
Æ 248 Æ 210
AVGVSTO DEO
S·P·Q·R·
IVLIAE AVGVST·
DIVA AVGVSTA
VII
VIII
IX
Æ E
Æ D E F
Æ F
S·P·Q·R·
TI·CAESAR DIVI AVG·F·AVGVST·P·M·TR·POT·XXIIII
S C
X
XI
XII
CAP·
XXXI


Ʀ 33
Æ 214
Ʀ 115
DIVI IVLI
IVLIA AVGVSTA GENETRIX ORBIS
M·AGRIPPA TRIB·POT·COS·TER·
I γ
II δ
III γ
Ꞥ 73
Æ 233
Æ 229
C·ET·L·CAESARES AVGVSTI·F·COS·DES·PRINC·IVVEN·
ΤΙΒΕΡΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ
ΙΟΥΛΙΑ ΣΕΒΑΣΤΗ
ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΣ ΚΑΙΣΑΡ ΤΙ·ΥΙΟΣ ΤΙ·ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΥ ΥΙΟΣ
IIII γ
V δ
VI δ
Ʀ 210
GERMANICVS CAESAR TI·AVGVSTI·F·COS·ITER·
VII
VIII γ
IX
X
XI
XII
CAP·
XXXII

A V I T A

AVGVSTI CAESARIS

AVCTORE

B C. SVETONIO TRANQVILLO.

GENTEM Octauiam Velitris præcipuam olim I.
fuiſſe, multa declarant. Nam & vicus celeberrima
parte oppidi iam pridem Octauius vocabatur: &
oſtendebatur ara Octauio conſecrata: qui bello
dux finitimo, cùm fortè Marti rem diuinam face-
ret, nuntiata repentè hoſtis incurſione, ſemicruda
exta rapta foco proſecuit: atque ita prælium in-
greſſus, victor redijt. Decretum etiam publicum
C exſtabat, quo cauebatur vt in poſterum quoq; ſimili modo exta Marti
redderentur, reliquiæque ad Octauios referrentur.

EA gens à Tarquinio Priſco rege, inter Romanas gentes allecta, II.
in ſenatum mox à Ser. Tullio in patricias tranſducta, procedente tem-
pore ad plebem ſe contulit: ac rurſus magno interuallo per D. Iulium
in patriciatum redijt. Primus ex hac magiſtratum populi ſuffragio cepit
C. Rufus. Is quæſtorius Cn. & C. procreauit: à quibus duplex Octa-
uiorum familia defluxit, conditione diuerſa. Siquidem Cn. & deinceps
ab eo reliqui omnes functi ſunt honoribus ſummis. At Caius eiusque
poſteri, ſeu fortuna, ſeu voluntate, in equeſtri ordine conſtitêre, vſq; ad
D Auguſti patrem. Proauus Auguſti ſecundo Punico bello, ſtipendia in
Sicilia tribunus militum fecit, Aemilio Pappo imperatore. Auus muni-
cipalibus magiſterijs contentus, abundante patrimonio, tranquilliſsi-
mè ſenuit. Sed hæc alij. Ipſe Auguſtus nihil amplius quàm equeſtri fa-
milia ortum ſe ſcribit, vetere ac locuplete, & in qua primus ſenator pater
ſuus fuerit. M. Antonius libertinum ei proauum exprobrat reſtionem,
è pago Thurino: auum argentarium. Nec quidquam vltrà de paternis
Auguſti maioribus reperi.

OCTAVIVS pater à principio ætatis, & re & æſtimatione ma- III.
gna fuit: vt equidem mirer, hunc quoque à nonnullis argentarium, at-
que etiam inter diuiſores, operáſque campeſtres, proditum. Amplis

enim innutritus opibus, honores & adeptus eſt facilè, & egregiè admi- A
niſtrauit. Ex prætura Macedoniam ſortitus, fugitiuos, reſiduam Spartaci & Catilinæ manum, Thurinum agrum tenentes, in itinere deleuit, negotio ſibi in ſenatu extra ordinem dato. Prouinciæ præfuit, non minore iuſtitia quàm fortitudine. Namque Beſsis ac Thracibus magnò prælio fuſis, ita ſocios tractauit, vt epiſtolæ M. Tullij Ciceronis exſtent, quibus Q. fratrem, eodē tempore parum ſecunda fama proconſulatum Aſiæ adminiſtrantem, hortatur & monet, imitetur in promerendis ſocijs vicinum ſuum Octauium.

IV. DECEDENS Macedonia, priùs quàm confiteri ſe candidatum conſulatus poſſet, morte obijt repentina, ſuperſtitibus liberis, Octauia maiore, quam ex Ancharia: & Octauia minore, item Auguſto, quos ex Atia tulerat. Atia M. Atio Balbo, & Iulia ſorore C. Cæſaris, genita eſt. Balbus paterna ſtirpe Aricinus, multis in familia ſenatorijs imaginibus, à matre Magnum Pompeium arctiſsimo contingebat gradu: functuſque honore præturæ, inter XX. viros agrum Campanum plebi Iulia lege diuiſit. Verùm M. Antonius deſpiciens etiam maternam Auguſti originem, proauum eius Afri generis fuiſſe, & modò vnguentariam tabernam, modò piſtrinum Ariciæ exercuiſſe, objicit. Caſsius quidem Parmenſis quadam epiſtola, non tantùm vt piſtoris, C ſed etiam vt nummularij nepotem, ſic taxat Auguſtum, Materna tibi farina: ſiquidem ex crudiſsimo Ariciæ piſtrino hanc finxit manibus collybo decoloratis Nerulonenſis menſarius.

V. NATVS eſt Auguſtus, M. Tullio Cicerone, & Antonio COSS. IX. Kal. Octobris, paullo ante ſolis exortum, regione Palatij, ad Capita bubula: vbi nunc ſacrarium habet, aliquanto pòſt quàm exceſsit, conſtitutum. Nam vt ſenatus Actis continetur, cùm C. Lectorius adoleſcens patricij generis, in deprecanda grauiore adulterij pœna, præter ætatem atque natales, hoc quoque patribus conſcriptis allegaret, ſe eſſe poſſeſſorem, ac velut æditumm ſoli, quod primum D. Auguſtus naſcens D attigiſſet: peterétque donari, quaſi proprio ſuo, ac peculiari Deo: decretum eſt vt ea pars domus conſecraretur.

VI. NVTRIMENTORVM eius oſtenditur adhuc locus in auito ſuburbano, iuxta Velitras permodicus, & cellæ penuariæ inſtar: teneťq; vicinitatem opinio, tamquam & natus ibi ſit. Huc introire niſi neceſſariò & caſtè, religio eſt: cōcepta opinione veteri, quaſi temerè adeuntibus horror quidā & metus objiciatur: ſed & mox confirmata eſt. Nam cùm poſſeſſor villę nouus, ſeu fortè ſeu tentādi cauſſa cubitū ſe eò cōtuliſſet: euenit, vt poſt pauciſsimas noctis horas exturbatus inde ſubita vi, & incerta, pęne ſemianimis cū ſtrato ſimul ante fores inueniretur.

INFAN-

A INFANTI cognomen THVRINO inditum eſt, in memoriam maiorum originis: vel quod in regione Thurina, recens eo nato, pater Octauius aduerſus fugitiuos rem proſperè geſſerat. Thurinum cognominatum, ſatis certa probatione tradiderim, nactus puerilem imagunculam eius æream veterem, ferreis ac pæne iam exoleſcentibus litteris, hoc nomine inſcriptam: quæ dono à me Principi data inter cubiculares colitur. Sed & à M. Antonio in epiſtolis per contumeliam ſæpe Thurinus appellatur: & ipſe nihil amplius quàm mirari ſe reſcribit, Pro opprobrio nomen prius ſibi objici. Poſtea C. CAESARIS, & deinde AVGVSTI cognomen aſſumſit: alterum, teſtamento maioris auunculi: alterum, Munatij Planci ſententia: cùm quibuſdam cenſentibus, Romulum appellari oportere, quaſi & ipſum conditorem vrbis, præualuiſſet vt Auguſtus potius vocaretur, non tantùm nouo ſed etiam ampliore cognomine: quòd loca quoq; religioſa, & in quibus augurato quid conſecratur, auguſta dicantur, ab auctu, vel ab auium geſtu, guſtúve, ſicut etiam Ennius docet ſcribens: VII.

Auguſto augurio poſtquam inclyta condita Roma eſt.

QVADRIMVS patrem amiſit: duodecimum annum agens, auiam Iuliam defunctam pro concione laudauit. Quadriennio pòſt virili toga ſumta, militaribus dònis triumpho Cæſaris Africano donatus VIII.
C eſt, quamquam expers belli propter ætatem. Profectum mox auunculum in Hiſpanias, aduerſus Cn. Pompeij liberos, vix dum firmus à graui valetudine, per infeſtas hoſtibus vias, paucißimis comitibus, naufragio etiam facto, ſubſecutus, magnopere demeruit, approbata citò etiam morum indole ſuper itineris induſtriam. Cæſare poſt receptas Hiſpanias expeditionem in Dacos, & inde in Parthos, deſtinante, præmiſſus Apolloniam, ſtudijs vacauit. Vtque primùm occiſum eum, heredémque ſe comperit, diu cunctatus, an proximas legiones imploraret, id quidem conſilium vt præceps immaturumque omiſit: cæterùm, vrbe repetita, hæreditatem adijt, dubitante matre, vitrico verò Mareio
D Philippo conſulari multùm diſſuadente. Atque ab eo tempore exercitibus comparatis, primùm cum M. Antonio, Marcóque Lepido, dein tantùm cum Antonio per duodecim ferè annos, nouiſsimè per quatuor & XL. ſolus Remp. tenuit.

PROPOSITA vitæ eius velut ſumma, partes ſigillatim, neque per tempora ſed per ſpecies, exequar: quò diſtinctiùs demonſtrari cognoſcique poſsint. Bella ciuilia quinque geſsit: Mutinenſe, Philippenſe, Peruſinum, Siculum, Actiacum. Ex quibus primum ac nouiſsimum aduerſus M. Antonium: ſecundũ aduerſum Brutum & Caſsium: tertium aduerſum L. Antonium Triumuiri fratrem: IX.

quartum aduerſus Sex. Pompeium, Cn. filium. A

X. OMNIVM bellorum initium & cauſſam hinc ſumſit, nihil conuenientius ducens quàm necem auunculi vindicare, tueríque acta. Confeſtim vt Apollonia redijt, Brutum Caſsiumque, & vi nec opinantes, & quia præuiſum periculum ſubterfugerant, legibus aggredi, reoſque cædis abſentes deferre ſtatuit. Ludos autem victoriæ Cæſaris non audentibus facere quibus obtigerat id munus, ipſe edidit. Et quo conſtantius cætera quoque exſequeretur, in locum Trib. plebis fortè demortui candidatum ſe oſtendit: quamquam patricius, nec dum ſenator. Sed auerſante conatibus ſuis M. Antonio conſule, quem vel præcipuum adiutorem ſperauerat: ac ne publicum quidem & tranſlatitium B ius vlla in re ſibi ſine pactione grauiſsimæ mercedis impertiente, ad optimates ſe contulit: quibus eum inuiſum ſentiebat, maximè quòd D. Brutum obſeſſum Mutinæ, prouincia à Cæſare data, & per ſenatum confirmata, expellere armis niteretur. Hortantibus itaque nonnullis, percuſſores ei ſubornauit. Hac fraude deprehenſa, periculum inuicem metuens, veteranos ſimul in ſuum ac Reip. auxilium, quanta potuit largitione, contraxit. Iuſſusque comparato exercitui pro prætore præeſſe, & cum Hirtio ac Panſa, qui conſulatum acceperant, D. Bruto opem ferre, demandatum bellum tertio menſe confecit duobus prælijs. Priore, Antonius eum fugiſſe ſcribit: ac ſine paludamento equoque poſt biduum demum apparuiſſe. ſequenti, ſatis conſtat non modò ducis ſed etiam militis functum munere: atque in media dimicatione, aquilifero legionis ſuæ grauiter ſaucio, aquilam humeris ſubijſſe, diuque portaſſe. C

XI. HOC bello cùm Hirtius in acie, Panſa paulo pòſt ex vulnere periſſent, rumor increbuit, ambos opera eius occiſos: vt Antonio fugato, Rep. conſulibus orbata, ſolus victores exercitus occuparet. Panſæ quidem adeò ſuſpecta mors fuit, vt Glyco medicus cuſtoditus ſit, quaſi venenum vulneri indidiſſet. Adjicit his Aquilius Niger, alterum è conſulibus, Hirtium in pugnæ tumultu ab ipſo interemtum. D

XII. SED vt cognouit, Antonium poſt fugam à M. Lepido receptum, cæteróſque duces, & exercitus, conſentire pro patribus, cauſſam optimatium ſine cunctatione deſeruit, ad prætextum mutatæ volũtatis, dicta factáque quorundam calumniatus: quaſi alij ſe puerum, alij ornandum tollendúmque iactaſſent: ne aut ſibi, aut veteranis par gratia referretur. Et quò magis pœnitentiam prioris ſectæ approbaret, Nurſinos grandi pecunia, & quam pendere nequirent, multatos, extorres egit oppido: quòd Mutinenſi acie interemtorum ciuium tumulo publicè extructo adſcripſerant, Pro libertate eos occubuiſſe.

INITA

A INITA cum Antonio & Lepido ſocietate, Philippenſe quoque bellum, quamquam inualidus atque æger, duplici prelio tranſegit: quorum priore caſtris exutus, vix ad Antonij cornu fuga euaſerat. Nec ſucceſſum victoriæ moderatus eſt: ſed capite Bruti Romam miſſo, vt ſtatuæ Cæſaris ſubjiceretur, in ſplendidiſsimum quemque captiuum non ſine verborum contumelia ſæuijt. Vt quidem vni ſuppliciter ſepulturam precanti reſpondiſſe dicatur, Iam iſtam in volucrum fore poteſtatem: alios, patrem & filium, pro vita roganteis, ſortiri vel dimicare iuſſiſſe, vt alterutri concederetur: ac ſpectaſſe vtrumque morientem, cùm patre, qui ſe obtulerat, occiſo, filius quoque voluntaria occubuiſſet ne- B ce. Quare cæteri, & in his M. Fauonius, ille Catonis æmulus, cùm catenati producerentur, imperatore Antonio honorificè ſalutato, hunc fœdiſsimo conuicio coràm proſciderunt. Partitis poſt victoriam officijs, cùm Antonius Orientem ordinandum, ipſe veteranos in Italiam reducendos, & municipalibus agris collocandos recepiſſet: neque veteranorum neque poſſeſſorum gratiam tenuit: alteris, pelli ſe; alteris, non pro ſpe meritorum tractari querentibus. XIII.

QVO tempore L. Antonium, fiducia conſulatus quem gerebat, ac fraternæ potentiæ, res nouas molientem, confugere Perusiam coëgit, & ad deditionem fame compulit: non tamen ſine magnis ſuis & ante C bellum & in bello diſcriminibus. Nam cùm ſpectaculo ludorum gregarium militem in XIIII. ordinibus ſedentem excitari per apparitorem iuſsiſſet, rumore ab obtrectatoribus dilato, quaſi eundem mox & diſcruciatum necaſſet: minimum abfuit quin periret, concurſu & indignatione turbæ militaris. Saluti fuit, quòd qui deſiderabatur, repente comparuit incolumis, ac ſine iniuria. Circa Perusinum autem murum ſacrificans, pæne interceptus eſt à manu gladiatorum, quæ oppido eruperat. XIIII.

PERVSIA capta, in plurimos animaduertit: orare veniam, vel excuſare ſe conantibus vna voce occurrens, Moriendum eſſe. Scri- XV. D bunt quidam, trecentos ex deditítijs electos, vtriuſque ordinis, ad aram diuo Iulio exſtructam, Idibus Martijs hoſtiarum more mactatos. Exſtiterunt qui traderent, conſpecto eum ad arma iſſe, vt occulti aduerſarij, & quos metus magis quàm voluntas contineret, facultate L. Antonij ducis præbita, detegerentur: deuictíſque his, & confiſcatis, promiſſa veteranis præmia perſoluerentur.

BELLVM Siculum inchoauit in primis, ſed diu traxit, intermiſſum ſæpius: modò reparandarum claſsium cauſſa, quas tempeſtatibus duplici naufragio, & quidem per æſtatem amiſerat: modò pace facta, flagitante populo, ob interclusos commeatus, famemq; ingraueſcentẽ: XVI.

donec nauibus ex integro fabricatis, ac XX. ſeruorum millibus manumiſsis, & ad remum datis, portum Iulium apud Baias, immiſſo in Lucrinum & Auernum lacum mari, effecit. In quò cum hieme tota copias exercuiſſet, Pompeium inter Mylas & Naulochum ſuperauit: ſub horam pugnæ tam arcto repentè ſomno deuinctus, vt ad dandum ſignum ab amicis excitaretur. Vnde præbitam Antonio materiam putem exprobrandi, Ne rectis quidem oculis eum adſpicere potuiſſe inſtructam aciem: verùm ſupinum, cælum intuentem, ſtupidum cubuiſſe: nec prius ſurrexiſſe ac militibus in conſpectum fuiſſe, quàm à M. Agrippa fugatæ ſint hoſtium naues. Alij dictum factumq; eius criminantur, quaſi claſsibus tempeſtate perditis exclamauerit: etiam inuito Neptuno victoriam ſe adepturum: ac die Circenſium proximo ſollenni pompæ ſimulacrum Dei detraxerit. nec temerè plura ac maiora pericula vllo alio bello adijt. Traiecto in Siciliam exercitu, cùm partem reliquam copiarum continenti repeteret, oppreſſus ex improuiſo à Demochare & Apollophane, præfectis Pompeij, vno demum nauigio ægerrimè effugit. Item cùm præter Locros Rhegium pedibus iret, & proſpectis biremibus Pompeianis terram legentibus, ſuas ratus, deſcendiſſet ad littus, pæne exceptus eſt. Tunc etiam per deuios tramites refugientem, ſeruus Aemilij Paulli, comitis eius, dolens proſcriptum olim ab eo patrem Paullum, & quaſi occaſione vltionis oblata, interficere conatus eſt. Poſt Pompeij fugam, collegarum alterum M. Lepidū, quem ex Africa in auxilium euocarat, ſuperbientem XX. legionum fiducia, ſummaſq; ſibi partes terrore ac minis vindicantem, ſpoliauit exercitu: ſupplicemq; conceſſa vita Circeos in perpetuum relegauit.

XVII. M. ANTONII ſocietatem ſemper dubiam & incertam, reconciliationibuſque varijs malè focillatam abrupit tandem. Et quo magis degeneraſſe eum à ciuili more approbaret, teſtamentum, quod is Romę etiam de Cleopatræ liberis inter heredes nuncupatis reliquerat, aperiendum recitandúmque pro concione curauit. Remiſit tamen hoſti iudicato neceſsitudines, amicóſque omnes: atque inter alios C. Soſium & T. Domitium, tunc adhuc COSS. Bononienſibus quoque publicè, quòd in Antoniorum clientela antiquitus erant, gratiam fecit coniurandi cum tota Italia pro partibus ſuis. Nec multò poſt nauali prælio apud Actium vicit, in ſerum dimicatione protracta, vt in naui victor pernoctauerit. Ab Actio cùm Samum inſulam in hiberna ſe recepiſſet, turbatus nuntijs de ſeditione militum, præmia & miſsionem poſcẽtium, quos ex omni numero confecta victoria Brundiſiū pręmiſerat, repetit Italiam, tempeſtate in traiectu bis conflictatus: primò inter promontoria Peloponneſi atque Aetoliæ: rurſus circa montes Ceraunios, vtrobi-

A vtrobique parte Liburnicarum demerſa: ſimulque eius in qua vehebatur, fuſis armamentis, & gubernaculo diffracto. Nec amplius quàm ſeptem & XX. dies, donec deſideria militum ordinarentur, Brundiſij commoratus, Aſiæ Syriæque circuitu Aegyptum petit: obſeſſaque Alexandria quò Antonius cum Cleopatra confugerat, breui potitus eſt. Et Antonium quidem ſeras conditiones pacis tentantem, ad mortem adegit, viditque mortuum. Cleopatræ, quam ſeruatam triumpho magnoperè cupiebat, etiam Pſyllos admouit, qui venenum ac virus exſugerent: quòd perijſſe morſu aſpidis putabatur. Ambobus communem B ſepulturæ honorem tribuit, ac tumulum ab ipſis inchoatum perfici iuſſit. Antonium iuuenem, maiorem de duobus Fuluia genitis, ſimulacro D. Iulij, ad quod poſt multas & irritas preces confugerat, abreptum interemit. Item Cæſarionem, quem ex Cæſare Cleopatra concepiſſe prædicabat, retractum è fuga ſupplicio affecit. Reliquos Antonij reginæque communes liberos, non ſecus ac neceſſitudine iunctos ſibi & conſeruauit, & mox pro conditione cuiuſque ſuſtinuit ac fouit.

PER idem tempus, conditorium & corpus Magni Alexandri, cùm prolatum è penetrali ſubjeciſſet oculis, corona aurea impoſita ac floribus adſperſis veneratus eſt: conſultuſq;, num & Ptolemæum inſpi- XVIII. C cere vellet, Regem ſe voluiſſe ait videre, non mortuos. Aegyptum, in prouinciæ formam redactam, vt feraciorem habilioremq; annonæ vrbicæ redderet, foſſas omnes, in quas Nilus exæſtuat, oblimatas longa vetuſtate, militari opere deterſit. Quoque Actiacæ victoriæ memoria celebratior in poſterum eſſet, vrbem Nicopolim apud Actium condidit: ludoſq; illic Quinquennales conſtituit: & ampliato vetere Apollinis templo, locum caſtrorum, quibus fuerat vſus, exornatum naualibus ſpolijs, Neptuno ac Marti conſecrauit.

TVMVLTVS poſt hæc, ac etiam rerum nouarum initia, coniurationéſque complures, prius quàm inualeſcerent, indicio detectas XIX. D compreſsit. & alias alio tempore: Lepidi iuuenis, deinde Varronis Murenæ, & Fannij Cæpionis, mox M. Egnatij, exin Plautij Rufi, Luciiq; Paulli progeneri ſui: ac præter has L. Audaſij falſarum tabularum rei, ac neque ætate neque corpore integri: item Aſinij Epicadi ex gente Parthyna hybridæ: ad extremum Telephi mulieris ſerui nomenculatoris. Nam ne vltimæ quidem ſortis hominum conſpiratione & periculo caruit, Audaſius atque Epicadus Iuliam filiam & Agrippam nepotem ex inſulis quibus continebantur, rapere ad exercitus: Telephus, quaſi debita ſibi fato dominatione, & ipſum & ſenatum aggredi, deſtinauerant. Quinetiam quondam iuxta cubiculum eius lixa quidam ex Illyrico exercitu, ianitoribus deceptis, noctu deprehenſus eſt, cultro venato-

venatorio cinctus: impósne mentis, an ſimulata dementia, incertum. Nihil enim exprimi quæſtione potuit.

XX. EXTERNA bella duo omnino per ſe geſsit: Dalmaticum, adoleſcens adhuc: & Antonio deuicto, Cantabricum. Dalmatico etiam vulnera excepit. vna acie, dextrum genu lapide ictus, altera autem, & crus & vtrumque brachium ruina pontis conſauciatus. Reliqua per legatos adminiſtrauit: vt tamen quibuſdam Pannonicis, atque Germanicis aut interueniret, aut non longè abeſſet, Rauennam, vel Mediolanũ, vel Aquileiam vſque ab vrbe progrediens.

XXI. DOMVIT autem partim ductu partim auſpicijs ſuis Cantabriam, Aquitaniam, Pannoniam, Dalmatiam cum Illyrico omni: item Rhætiam, & Vindelicos, ac Salaſſos, gentes Inalpinas. Coërcuit & Dacorum incurſiones, tribus eorum ducibus cum magna copia cæſis, Germanóſque vltra Albim fluuium ſummouit: ex quibus Sueuos & Sicambros dedentes ſe traduxit in Galliam, atq; in proximis Rheno agris collocauit. Alias item nationes malè quietas ad obſequium redegit. Nec vlli genti ſine iuſtis & neceſſarijs cauſsis bellum intulit. Tantúmque abfuit à cupiditate quoque modo imperium vel bellicam gloriam augendi, vt quorundam barbarorum principes in æde Martis Vltoris iurare coëgerit, manſuros ſe in fide ac pace quam peterent: à quibuſdam verò nouum genus obſidum fœminas exigere tentauerit: quòd negligere marium pignora ſentiebat. & tamē poteſtatem ſemper omnibus fecit, quoties vellent, obſides recipiendi. Neque aut crebriùs aut perfidioſiùs rebellantes grauiore vmquam multatus eſt pœna, quàm vt captiuos ſub lege venundaret, ne in vicina regione ſeruirent. néve intra XXX. annum liberarentur. Qua virtutis moderationíſque fama, Indos etiam ac Scythas, auditu modò cognitos, pellexit ad amicitiam ſuam populíque Romani vltrò per legatos petendam. Parthi quoque & Armeniam vindicanti facilè ceſſerunt: & ſigna militaria quæ M. Craſſo & M. Antonio ademerant, repoſcenti reddiderunt: obſidesq; inſuper obtulerunt: denique pluribus quondā de regno concertantibus, nonniſi ab ipſo electum comprobauerunt.

XXII. IANVM Quirinum ſemel atque iterum à condita vrbe memoriam ante ſuam clauſum, in multo breuiore temporis ſpatio, terra maríque pace parta, ter cluſit. Bis ouans ingreſſus eſt vrbem, poſt Phillippēſe, & rurſus poſt Siculum bellum. Curules triumphos treis egit, Dalmaticum, Actiacum, Alexandrinum: continuo triduo omnes.

XXIII. GRAVES ignominias cladéſque, duas omnino, nec alibi quàm in Germania, accepit, Lollianam & Varianam: ſed Lollianam maioris infamiæ, quàm detrimenti: Varianam pæne exitiabilem, tribus legionibus,

A nibus, cum duce legatiſque & auxilijs omnibus, cæſis. Hac nuntiata
excubias per vrbem indixit, nequis tumultus exiſteret: & Præſidibus
prouinciarum propagauit imperium, vt & à peritis & aſſuetis ſocij con-
tinerētur. Vouit & magnos ludos Ioui Opt. Max. SI REMPVBLI-
CAM IN MELIOREM STATVM VERTISSET: quod
factum Cimbrico Marſicóq; bello erat. Adeò namque conſternatum
ferunt, vt per continuos menſes barba capilloque ſummiſſo, caput in-
terdum foribus illideret, vociferans: Quinctili Vare, legiones redde:
diemq; cladis quotannis mœſtum habuerit ac lugubrem.

B IN re militari & commutauit multa, & inſtituit: atque etiam ad XXIV.
antiquum morem nonnulla reuocauit. diſciplinam ſeueriſsimè rexit. ne
legatorum quidem cuiquam, niſi grauatè, hiberniſque demum men-
ſibus, permiſit vxorem interuiſere. Equitem R. quòd duobus filijs ado-
leſcentibus, cauſſa detrectandi ſacramenti pollices amputaſſet, ipſum
bonáque ſubiecit haſtæ: quem tamen, quòd imminere emtioni publi-
canos videbat, liberto ſuo addixit, vt relegatum in agros pro libero eſſe
ſineret. Decimam legionem contumaciùs parentem, cum ignominia
totam dimiſit: item alias immodeſtè miſsionem poſtulantes, citra com-
moda emeritorum præmiorum exauctorauit. cohortes, ſi quæ ceſsiſſent
C loco, decimatas hordeo pauit. centuriones, ſtatione deſerta itidem, vt
manipulares, capitali animaduerſione punijt: pro cætero delictorum
genere varijs ignominijs affecit: vt ſtare per totum diem iuberet ante
Prætorium: interdum tunicatos, diſcinctoſq;, nonnumquam cum de-
cempedis, vel etiam ceſpitem portantes.

NEQVE poſt bella ciuilia, aut in concione, aut per edictum, XXV.
vllos militum commilitones appellabat, ſed milites. Ac ne à filijs qui-
dem, aut priuignis ſuis, imperio præditis, aliter appellari paſſus eſt: am-
bitioſius id exiſtimans, quàm aut ratio militaris, aut temporum quies,
aut ſua domuſq; ſuæ maieſtas poſtularet. Libertino milite, præterquam
D Romæ incendiorum cauſſa, & ſi tumultus in grauiore annona metue-
retur, bis vſus eſt: ſemel ad præſidium coloniarum Illyricum contingē-
tium: iterum ad tutelam ripæ Rheni fluminis. eóſque ſeruos adhuc vi-
ris fœminíſque pecunioſioribus indictos, ac ſine mora manumiſſos, ſub
priore vexillo habuit, neque aut commiſtos cum ingenuis, aut eodem
modo armatos. Dona militaria aliquanto faciliùs, phaleras & torques,
quidquid auro argentóque conſtaret, quàm vallares ac murales coronas
quæ honore præcellerent, dabat: has quàm parciſsimè, & ſine ambitio-
ne, ac ſæpe etiam caligatis tribuit. M. Agrippam in Sicilia poſt naualem
victoriam cæruleo vexillo donauit. Solos triumphales, quamquam &
ſocios expeditionum, & participes victoriarum ſuarum, numquam do-

nis impertiendos putauit: quòd ipſi quoque ius habuiſſent tribuendi ea A
quibus vellent. Nihil autem minùs in perfecto duce, quàm feſtinatio-
nem temeritatémque conuenire arbitrabatur. Crebrò itaque illa ia-
ctabat:

> Σπεῦδε βραδέως, &
> Ἀσφαλὴς γὰρ ἐστ' ἀμείνων, ἢ θρασὺς στρατηλάτης.

Et, Sat celeriter fieri, quidquid fiat ſatis bene. Prælium quidem aut bel-
lum ſuſcipiendum omnino negabat, niſi cùm maior emolumenti ſpes
quàm damni metus oſtenderetur. Nam minima commoda non mini- B
mo ſectantes diſcrimine, ſimiles aiebat eſſe aureo hamo piſcantibus:
cuius abrupti damnum nulla captura penſari poſſet.

XXVI. MAGISTRATVS atq; honores, & ante tempus, & quoſdam
noui generis, perpetuoſque cepit. Conſulatum XX. ætatis anno inua-
ſit, admotis hoſtiliter ad vrbem legionibus, miſsiſque qui ſibi nomine
exercitus depoſcerent. Cùm quidem cunctante ſenatu, Cornelius Cen-
turio, princeps legationis, reiecto ſagulo, oſtendens gladij capulum, non
dubitaſſet in curia dicere, Hic faciet, ſi vos non feceritis. Secundum con-
ſulatum poſt IX. annos, tertium anno interiecto geſsit: ſequentes vſ-
que ad vndecimũ continuauit: multiſque mox, cùm deferrentur, recu- C
ſatis, duodecimum magno, id eſt, ſeptemdecim annorum interuallo, &
rurſus tertium decimum biennio pòſt vltro petijt: vt Caium & Lucium
filios ampliſsimo præditus magiſtratu, ſuo quemque tirocinio deduce-
ret in forum. Quinque medios conſulatus à ſexto ad vndecimũ annuos
geſsit: cæteros autem ſex, aut nouem aut ſex aut quatuor aut tribus mẽ-
ſibus; ſecundum verò, pauciſsimis horis. Nam die Kalendarum Ianua-
rij, cùm manè pro æde Capitolini Iouis paullulum curuli ſella præſediſ-
ſet, honore abijt, ſuffecto alio in locum ſuum. Nec omnes Romæ, ſed
quartum conſulatum in Aſia, quintum in inſula Samo, octauum & no-
num Tarracone inijt. D

XXVII. TRIVMVIRATVM Reip. conſtituendæ per decem annos
adminiſtrauit: in quo reſtitit quidem aliquandiu collegis, ne qua fie-
ret proſcriptio, ſed inceptam vtroque acerbiùs exercuit. Namque illis
in multorum ſæpe perſonam per gratiam & preces exorabilibus, ſolus
magnoperè contendit ne cui parceretur: proſcripſitque etiam C. Tora-
nium tutorem ſuum, eundemque collegam patris ſui Octauij in ædili-
tate. Iunius Saturninus hoc ampliùs tradit. Cùm peracta proſcriptione,
M. Lepidus in ſenatu excuſaſſet præterita, & ſpem clementię in poſte-
rum feciſſet: quoniam ſatis pœnarum exactum eſſet, hunc è diuerſo
profeſſum, ita modum ſe proſcribendi ſtatuiſſe, vt omnia ſibi reliquerit
libera:

A libera: in cuius tamen pertinaciæ pœnitentiam, poſtea T. Iunium Philopœmenem, quòd patronum ſuum proſcriptum celaſſe olim diceretur equeſtri dignitate decorauit. In eadem hac poteſtate multiplici flagrauit inuidia. Nam & Pinarium equitem R. cùm concionante ſe admiſſa turba paganorum apud milites ſubſcribere quædam animaduertiſſet, curioſum ac ſpeculatorem ratus, coram confodi imperauit. Et Tedium Afrum COS. deſignatum, quia factum quoddam ſuum maligno ſermone carpſiſſet, tantis perterruit minis, vt is ſe præcipitauerit. Et Q. Gallium prætorem, in officio ſalutationis, tabulas duplices veſte tectas B tenentem, ſuſpicatus gladium occulere: nec quidquam ſtatim, ne aliud inueniretur, auſus inquirere, paullo pòſt per centuriones & milites raptum è tribunali, ſeruilem in modum torſit: ac fatentem nihil, iuſsit occidi, priùs oculis eius ſua manu effoſis. quem tamen ſcribit colloquio petito inſidiatum ſibi, coniectúmque à ſe in cuſtodiam, deinde vrbe interdicta dimiſſum, naufragio vel latronum inſidijs perijſſe. Tribunitiam poteſtatem perpetuam recepit: in qua ſemel atque iterum per ſingula luſtra collegam ſibi cooptauit. Recepit & morum legumq; regimen æquè perpetuum: quo iure, quamquam ſine cenſuræ honore, cenſum tamen populi ter egit: primum ac tertium cum collega, medium C ſolus.

DE reddenda Rep. bis cogitauit: primò poſt oppreſſum ſtatim XXIIX.
Antonium, memor obiectum ab eo ſibi ſæpius, quaſi per ipſum ſtaret ne redderetur: ac rurſus tædio diuturnæ valetudinis: cùm etiam magiſtratibus ac ſenatu domum accitis Rationarium imperij tradidit. Sed reputans & ſe priuatum non ſine periculo fore, & illam plurium arbitrio temerè committi, in retinenda perſeuerauit: dubium euentu meliore an voluntate. Quam voluntatem cùm præ ſe identidem ferret, quodam etiam edicto his verbis teſtatus eſt. Ita mihi ſaluam ac ſoſpitem remp. ſiſtere in ſua ſede liceat, atque eius rei fructum percipere, quem peD to, vt optimi ſtatus auctor dicar: & moriens, vt feram mecum ſpem, manſura in veſtigio ſuo fundamenta Reip. quæ iecero. Fecitque ipſe ſe compotem voti, niſus omni modo nequem noui ſtatus pœniteret. Vrbem neq; pro maieſtate imperij ornatam, & inundationibus incendiiſque obnoxiam, excoluit adeò, vt iure ſit gloriatus, marmoream ſe relinquere, quam lateritiam accepiſſet. Tutam verò, quantum prouideri humana ratione potuit, etiam in poſterum præſtitit.

PVBLICA opera plurima exſtruxit: ex quibus vel præcipua, XXIX.
Forum cum æde Martis Vltoris, templum Apollinis in Palatio, ædem Tonantis Iouis in Capitolio. Fori exſtruendi cauſſa fuit, hominum & iudiciorum multitudo, quæ videbatur, non ſufficientibus duobus, etiam

terꞇio indigere. Itaque feſtinantiùs, nec dum perfecta Martis æde, publicatum eſt, cautumque vt ſeparatim in eo publica iudicia & ſortitiones iudicum fierent. Aedem Marti bello Philippenſi pro vltione paterna ſuſcepto vouerat. Sanxit ergo vt de bellis triumphisque heic conſuleretur ſenatus: prouincias cum Imperio petituri, hinc deducerentur: quique victores redîſſent, huc inſignia triumphorum inferrent. Templum Apollinis in ea parte Palatinæ domus excitauit, quam fulmine ictam deſiderari à Deo haruſpices pronuntiârant. Addita porticus cum bibliotheca Latina Græcáque. quo loco iam ſenior ſæpe etiam ſenatum habuit, decuriáſque iudicum recognouit. Tonanti Ioui ædem conſecrauit, liberatus periculo, cùm expeditione Cantabrica per nocturnum iter lecticam eius fulgor perſtrinxiſſet, ſeruúmque prælucentem exanimaſſet. Quædam etiam opera ſub nomine alieno, nepotum ſcilicet & vxoris ſororisque, fecit: vt porticum baſilicámque Lucij & Caij: item porticus Liuiæ & Octauiæ, theatrumque Marcelli. Sed & cæteros principes viros ſæpe hortatus eſt vt pro facultate quiſque monumentis vel nouis, vel refectis & excultis, vrbem adornarent. Multáque à multis extructa ſunt: ſicut à Marcio Philippo, ædes Herculis Muſarum: à L. Cornificio, ædes Dianæ: ab Aſinio Pollione, atrium Libertatis: à Munatio Planco, ædes Saturni: à Cornelio Balbo, theatrum: à Statilio Tauro, amphitheatrum: à M. verò Agrippa, complura, & egregia. A B C

XXX. SPATIVM vrbis in regiones vicosque diuiſit: inſtituitque vt illas annui magiſtratus ſortitò tuerentur, hos magiſtri è plebe cuiuſque viciniæ electi. Aduerſus incendia excubias nocturnas, vigiléſque commentus eſt. Ad coërcendas inundationes, alueum Tiberis laxauit, ac repurgauit, completum olim ruderibus, & ædificiorum prolapſionibus coarctatum. Quò autem faciliùs vndique vrbs adiretur, deſumta ſibi Flaminia via Arimino tenus munienda, reliquas triumphalibus viris ex manubiali pecunia ſternendas diſtribuit. Aedes ſacras vetuſtate collapſas, aut incendio abſumtas, refecit: eáſque & ceteras opulentiſsimis donis adornauit: vtpote qui in cellã Capitolini Iouis ſedecim millia pondo auri, gemmáſque ac margaritas quingenties H S. vna donatione contulerit. D

XXXI. POSTQVAM verò pontificatum maximum, quem nunquam viuo Lepido auferre ſuſtinuerat, mortuo demum ſuſcepit, quidquid fatidicorum librorum Græci Latiníque generis, nullis vel parum idoneis auctoribus vulgò ferebatur, ſupra duo millia contracta vndique cremauit: ac ſolos retinuit Sibyllinos: hos quoque delectu habito: condiditq; duobus forulis auratis ſub Palatini Apollinis baſi. Annum à D. Iulio ordinatum, ſed poſtea negligentia conturbatum atque confuſum,

rurſus

A rurſus ad priſtinam rationem redegit: in cuius ordinationem Sextilem menſem è ſuo cognomine nuncupauit, magis quàm Septembrem, quo erat natus: quia hoc ſibi & primus conſulatus & inſignes victoriæ obtigiſſent. Sacerdotum & numerum & dignitatem, ſed & commoda, auxit: præcipuè Veſtalium virginum, cúmque in demortuæ locum aliam capi oporteret, ambirentque multi ne filias in ſortem darent: adiurauit, ſi cuiuſquam neptium ſuarum competeret ætas, oblaturum ſe fuiſſe eam. Nonnulla etiam ex antiquis cærimoniis paullatim abolita reſtituit: vt Salutis augurium, Diale flaminium, ſacrum Lupercale, ludos B Seculares & compitalicios. Lupercalibus vetuit currere imberbes: item, Secularibus ludis iuuenes vtriuſque ſexus prohibuit vllum nocturnum ſpectaculum frequentare, niſi cum aliquo maiore natu propinquorum. Compitales Lares ornare bis anno inſtituit, vernis floribus, & æſtiuis. Proximum à Dîs immortalibus honorem memoriæ ducum præſtitit, qui imperium populi R. ex minimo maximum reddidiſſent. Itaque & opera cuiuſque, manentibus titulis, reſtituit: & ſtatuas omnium triumphali effigie in vtraque Fori ſui porticu dedicauit. Profeſſus eſt edicto, commentum id ſe, vt illorum velut ad exemplar & ipſe dum viueret, & inſequentium ætatum principes exigerentur à ciuibus. Pompeij quoque C ſtatuam contra theatri eius regiam, marmoreo iano ſuppoſuit, tranſlatam è curia, in qua C. Cæſar fuerat occiſus.

PLERAQVE peſsimi exempli correxit, quæ in perniciem pu- XXXII. blicam, aut ex conſuetudine licentiaque bellorum ciuilium durauerant, aut per pacem etiam extiterant. Nam & graſſatorum plurimi palam ſe ferebant ſuccincti ferro, quaſi tuendi ſui cauſſa: & rapti per agros viatores ſine diſcrimine, liberi, ſeruique, ergaſtulis poſſeſſorum ſupprimebantur: & plurimæ factiones, titulo collegij noui, ad nullius non facinoris ſocietatem coibant. Igitur graſſatores diſpoſitis per opportuna loca ſtationibus, inhibuit: ergaſtula recognouit: collegia, præter antiqua D & legitima, diſſoluit: tabulas veterum ærarij debitorum, vel præcipuam calumniandi materiam exuſsit. Loca in vrbe publica iuris ambigui poſſeſſoribus adiudicauit. Diuturnorum reorum, & ex quorum ſordibus nihil aliud quàm voluptas inimicis quæreretur, nomina aboleuit: conditione propoſita, vt ſi quem quis repetere vellet, par periculum pœnæ ſubiret. Ne quod autem maleficium negotiúmve impunitate vel mora elaberetur, XXX. amplius dies, qui honorarijs ludis occupabantur, actui rerum accommodauit. Ad tres iudicum decurias, quartam addixit ex inferiore cenſu: quæ ducenariorum vocaretur, iudicaretque de leuioribus ſummis. Iudices à triceſimo ætatis anno allegit: id eſt, quinquennio maturiùs quàm ſolebant. At pleriſque iudicandi munus

detranctantibus, vix conceſsit vt ſingulis decurijs per vices annua vacatio eſſet: & vt ſolitæ agi Nouembri ac Decembri menſe res omitterentur.

XXXIII. IPSE ius dixit aſsiduè, & in noctem nonnumquam: ſi parum corpore valeret, lectica pro tribunali collocata, vel etiam domi cubans. Dixit autem ius non diligentia modò ſumma, ſed & lenitate: ſiquidem manifeſti parricidij reum, ne culeo inſueretur, quòd non niſi confeſsi afficiuntur hac pœna, ita fertur interrogaſſe: Certè patrem tuum non occidiſti? Et cùm de falſo teſtamento ageretur, omnéſque ſignatores lege Cornelia tenerentur: non tantùm duas tabellas, damnatoriam & abſolutoriam, ſimul cognoſcentibus dedit: ſed tertiam quoque, qua ignoſceretur ijs quos fraude ad ſignandum, vel errore inductos, conſtitiſſet. Appellationes quotannis vrbanorum quidem litigatorum prętori delegauit vrbano: at prouincialium conſularibus viris, quos ſingulos cuiuſque prouinciæ negotijs præpoſuiſſet.

XXXIV. LEGES retractauit, & quaſdam ex integro ſanxit: vt ſumtuariam, & de adulterijs, & de pudicitia, de ambitu, de maritandis ordinibus. Hanc cùm aliquanto quàm cæteras ſeueriùs emendaſſet, præ tumultu recuſantium perferre non potuit: niſi ademta demum lenitáve parte pœnarum: & vacatione triennij data, auctíſque præmijs. Sic quoque abolitionem eius, publico ſpectaculo pertinaciter poſtulante equite, accitos Germanici liberos, receptóſque partim ad ſe, partim in patris gremium oſtentauit: manu vultúque ſignificans, ne grauarentur imitari iuuenis exemplum. Cumque etiam immaturitate ſponſarum, & matrimoniorũ crebra mutatione vim legis eludi ſentiret, tempus ſponſas habendi coarctauit: diuortijs modum impoſuit.

XXXV. SENATORVM affluentem numerum deformi & incondita turba (erant enim ſuper mille, & quidam indigniſsimi, & poſt necem Cæſaris per gratiam & præmium allecti, quos Orcinos vulgus vocabat) ad modum priſtinum & ſplendorem redegit, duabus lectionibus: prima, ipſorum arbitratu, quo vir virum legit: ſecunda, ſuo & Agrippæ: quo tempore exiſtimatur lorica ſub veſte munitus, ferroque cinctus præſediſſe, decem valentiſsimis ſenatorij ordinis amicis ſellam ſuam circumſtantibus. Cordus Cremutius ſcribit, ne admiſſum quidem tunc quemquam ſenatorum, niſi ſolum, & prætentato ſinu. Quoſdam ad excuſandi ſe verecundiam compulit: ſeruauitque etiam excuſantibus inſigne veſtis, & ſpectandi in orcheſtra epulandiq; publicè ius. Quo autem lecti probatiq; & religioſiùs & minore moleſtia ſenatoria munera fungerentur, ſanxit vt priùs quàm conſideret quiſq;, thure ac mero ſupplicaret apud aram eius Dei in cuius templo coiretur: & ne plus quàm

A quàm bis in menſe legitimus ſenatus ageretur, Kalendis & Idibus: néve Septembri Octobríve menſe vllos adeſſe alios neceſſe eſſet, quàm ſorte ductos, per quorum numerum decreta confici poſſent: ſibíque inſtituit conſilia ſortiri ſemeſtria, cum quibus de negotijs ad frequentem ſenatum referendis antè tractaret. Sententias de maiore negotio, non more, atque ordine, ſed prout libuiſſet, prærogabat: vt perinde quiſque animum intenderet, ac ſi cenſendum magis quàm aſſentiendum eſſet.

AVCTOR & aliarum rerum fuit: in queis ne acta ſenatus pu- XXXVI.
B blicarentur: ne magiſtratus depoſito honore ſtatim in prouincias mitterentur: vt proconſulibus ad mulos, & tabernacula, quæ publicè locari ſolebant, certa pecunia conſtitueretur: vt cura ærarij à quæſtoribus vrbanis ad prætorios prætorésve tranſiret: vt centumuiralem haſtam, quam quæſtura functi conſueuerant cogere, decemuiri cogerent.

QVOQVE plures partem adminiſtrandæ Reip. caperent, no- XXXVII.
ua officia excogitauit: curam operum publicorum, viarum, aquarum, aluei Tiberis, frumenti populo diuidundi, præfecturam vrbis, Triumuiratum legendi ſenatus, & alterum recognoſcendi turmas equitum, quotieſcumque opus eſſet. Cenſores creari deſitos longo interual-
C lo creauit, numerum prætorum auxit. Exegit etiam, vt quoties conſulatus ſibi daretur, binos pro ſingulis collegas haberet: nec obtinuit, reclamantibus cunctis, ſatis maieſtatem eius imminui, quòd honorem eum non ſolus ſed cum altero gereret.

NEC parcior in bellica virtute honoranda, ſuper X X X. duci- XXXIIX.
bus iuſtos triumphos, & aliquanto pluribus triumphalia ornamenta decernenda curauit. Liberis ſenatorum, quò celeriùs Reip. aſſueſcerent, protinus virilem togam, latum clauum induere, & curiæ intereſſe permiſit: militiamque auſpicantibus, non tribunatum modò legionum, ſed & præfecturas alarum dedit: ac ne quis expers caſtrorum eſſet, binos
D plerumque laticlauios præpoſuit ſingulis alis. Equitum turmas frequẽter recognouit, poſt longam intercapedinem reducto more tranſuectionis. Sed neque detrahi quemquam in tranſuehendo ab accuſatore paſſus eſt; quod fieri ſolebat: & ſenio vel aliqua corporis labe inſignibus permiſit, præmiſſo in ordine equo, ad reſpondendum quoties citarentur, pedibus venire: mox reddendi equi gratiam fecit eis qui maiores annorum quinque & triginta retinere eum nollent.

IMPETRATISQVE à ſenatu decem adiutoribus, vnum- XXXIX.
quemque equitum rationem vitæ reddere coëgit: atque ex improbatis alios pœna, alios ignominia notauit: plures admonitione, ſed varia. Leniſsimũ genus admonitionis fuit traditio corã pugillariũ, quos taciti,

& ibi-

& ibidem ſtatim legerent. Notauitq; aliquos, quòd pecunias leuioribus vſuris mutuati, grauiore fœnore collocaſſent. A

XL. COMITIIS tribunitijs ſi deeſſent candidati, ſenatores ex equitibus Romanis creauit: ita vt poteſtate tranſacta, in vtro vellent ordine, manerent. Cùm autem plerique equitum, attrito bellis ciuilibus patrimonio, ſpectare ludos è quatuordecim non auderent, metu pœnæ theatralis; pronuntiauit, non teneri ea quibus ipſis parentibúſve equeſter cenſus vnquam fuiſſet. Populi recenſum vicatim egit: ac ne plebs frumentationum cauſſa frequentiùs à negotijs auocaretur, ter in annum quaternûm menſium teſſeras dare deſtinauit: ſed deſideranti conſuetudinem veterem conceſsit rurſus, vt ſui cuiuſque menſis acciperet. B Comitiorum quoque priſtinum ius reduxit: ac multiplici pœna coërcito ambitu, Fabianis & Scaptenſibus tribulibus ſuis die comitiorum, ne quid à quoquam candidato deſiderarent, ſingula millia nummûm à ſe diuidebat. Magni præterea exiſtimans, ſincerum, atque ab omni colluuione peregrini ac ſeruilis ſanguinis incorruptum ſeruare populum: & ciuitatem Romanam parciſsimè dedit, & manumittendi modum terminauit. Tiberio pro cliente Græco petenti reſcripſit, Non aliter ſe daturum quàm ſi præſens ſibi perſuaſiſſet quàm iuſtas petendi cauſſas haberet. Et Liuiæ pro quodam tributario Gallo roganti, ciuitatem negauit, immunitatem obtulit: affirmans, Se faciliùs paſſurum fiſco detrahi aliquid, quàm ciuitatis Romanæ vulgari honorem. C Seruos non contentus multis difficultatibus à libertate, & multo pluribus à libertate iuſta, remouiſſe: cùm & de numero & de conditione ac differentia eorum qui manumitterentur, curioſè cauiſſet, hoc quoque adiecit, ne vinctus vmquam tortúſve quis, vllo libertatis genere ciuitatem adipiſceretur. Etiam habitum veſtitumque priſtinum reducere ſtuduit. Ac viſa quondam pro concione pullatorum turba, indignabundus & clamitans: En, ait,

Romanos rerum Dominos, gentemq; togatam. D

Negotium ædilibus dedit, ne quem poſthac paterentur in Foro Circóve, niſi poſitis lacernis, togatum conſiſtere.

XLI. LIBERALITATEM omnibus ordinibus per occaſiones frequenter exhibuit. Nam & inuecta vrbi Alexandrino triumpho regia gaza, tantam copiam nummariæ rei effecit, vt fœnore diminuto, plurimum agrorum pretijs acceſſerit. Et poſtea quoties ex damnatorum bonis pecunia ſuperflueret, vſum eius gratuitum ijs qui cauere in duplum poſſent, ad certum tempus indulſit. Senatorum cenſum ampliauit: ac pro octingentorum millium ſumma duodecies HS. taxauit, ſuppleuitque non habentibus. Congiaria populo frequenter dedit, ſed diuerſæ ferè

A ferè ſummæ: modò quadragenos, modò tricenos: nonnumquam ducenos quinquagenoſque nummos. ac ne minores quidem pueros præterijt, quamuis nonniſi ab vndecimo ætatis anno accipere conſueſſent. Frumentum quoque in annonæ difficultatibus ſæpe leuiſsimo, interdum nullo pretio, viritim admenſus eſt, teſſeráſque nummarias duplicauit.

SED vt ſalubrem magis quàm ambitioſum principem ſcires, querentem de inopia & caritate vini populum, ſeueriſsima coërcuit voce: Satis prouiſum à genero ſuo Agrippa, perductis pluribus aquis, ne homines ſitirent, eidem populo promiſſum quidem congiarium repo-B ſcenti, Bonæ ſe fidei eſſe reſpondit: non promiſſum autem flagitanti, turpitudinem & impudentiam edicto exprobrauit: affirmauitque non daturum ſe, quamuis dare deſtinârat. Nec minore grauitate atque conſtantia, cùm propoſito congiario multos manumiſſos, inſertoſque ciuium numero, comperiſſet, negauit accepturos quibus promiſſum non eſſet: cæteríſque minus quàm promiſerat, dedit, vt deſtinata ſumma ſufficeret. Magna verò quondam ſterilitate, ac difficili remedio, cùm venalitias & laniſtarum familias, peregrinoſque omnes, exceptis medicis & præceptoribus partémque ſeruitiorum, vrbe expuliſſet: vt tandem annona conualuit, impetum ſe cepiſſe ſcribit, frumentationes publicas in C perpetuum abolendi, quòd earum fiducià cultura agrorum ceſſaret: neque tamen perſeuerâſſe, quia certum haberet, poſſe per ambitioné quandoque reſtitui. Atque ita poſt hanc rem temperauit, vt non minorem aratorum ac negotiantium quàm populi rationem deduceret. XLII.

SPECTACVLORVM & aſsiduitate & varietate, atque magnificentia, omnes anteceſsit. Feciſſe ludos ſe ait ſuo nomine quater pro alijs magiſtratibus, qui aut abeſſent, aut non ſufficerent, ter & vicies. Fecitque nonnumquam vicatim, ac pluribus ſcenis per omnium linguarum hiſtriones: non in foro modò, nec Amphitheatro, ſed in Circo & in Septis, & aliquando nihil præter venationem edidit. Athletas D exſtructis in campo Martio ſedilibus ligneis: item nauale prælium circa Tiberim cauato ſolo: in quo nunc Cæſarum nemus eſt. Quibus diebus cuſtodes in vrbe diſpoſuit, ne raritate remanentium graſſatoribus obnoxia eſſet. In circo aurigas curſoreſque & confectores ferarum, & nonnumquam ex nobiliſsima iuuentute, produxit. Sed & Troiæ ludum edidit frequentiſsimè, maiorum minorúmve puerorum delectu: priſci decoríque moris exiſtimans, claræ ſtirpis indolem ſic noteſcere. In hoc ludicro C. Nonium Aſprenaté lapſu debilitatum, aureo torque donauit: paſſusq; eſt ipſum poſterosq; Torquati ferre cognomé. Mox finé fecit talia edendi, Aſinio Pollione oratore grauiter inuidioſeq; XLIII.

in curia queſto Aeſernini nepotis ſui caſum, qui & ipſe crus effregerat. A
Ad ſcenicas quoque & gladiatorias operas, etiam equitibus Romanis aliquando vſus eſt: verùm priùs quàm ſenatuſconſulto interdiceretur. Poſtea nihil ſanè, præterquam adoleſcentulum Lucium honeſtè natum, exhibuit: tantùm vt oſtenderet quòd erat bipedali minor librarum ſeptemdecim, ac vocis immenſæ. Quodam autem muneris die, Parthorum obſides tunc primùm miſſos, per arenam mediam ad ſpectaculum induxit: ſupérque ſe ſubſellio ſecundo collocauit. Solebat etiam citra ſpectaculorum dies, ſi quando quid inuſitatum dignúmque cognitu aduectum eſſet, id extra ordinem quolibet loco publicare: vt rhinocerotem, apud Septa: tigrim, in ſcena: anguem quinquaginta cubitorum, pro Comitio. B Accidit votiuis circenſibus, vt correptus valetudine, lectica cubans, thenſas deduceret: rurſus commiſsione ludorum, quibus theatrum Marcelli dedicabat, euenit vt laxatis ſellæ curulis cõpagibus caderet ſupinus. Nepotum quoq; ſuorum munere, cùm conſternatum ruinæ metu populum retinere, & confirmare nullo modo poſſet, tranſijt è loco ſuo, atque in ea parte conſedit quæ ſuſpecta maximè erat.

XLIV. SPECTANDI confuſiſsimum ac ſolutiſsimum morem correxit ordinauítque: motus iniuria ſenatoris, quem Puteolis per celeberrimos ludos conſeſſu frequenti nemo receperat. Facto igitur decreto patrum, C vt quoties quid ſpectandum vſquam publicè ederetur, primus ſubſelliorum ordo vacaret ſenatoribus: Romæ legatos liberarum ſociarúmque gentium vetuit in orcheſtra conſidere: cùm quoſdam etiam libertini generis mitti deprehendiſſet. Militem ſecreuit à populo. Maritis è plebe proprios ordines aſsignauit: prætextatis cuneum ſuum, & proximum pædagogis: ſanxítque ne quis pullatorum media cauea ſederet. Fœminis ne gladiatores quidem, quos promiſcuè ſpectari ſolenne olim erat, niſi ex ſuperiore loco ſpectare conceſsit. Solis virginibus Veſtalibus locum in theatro ſeparatim, & contra prætoris tribunal, dedit. Athletarum verò ſpectaculo muliebrem ſexum omnem adeò ſubmouit, vt Põ- D tificalibus ludis pugilum par poſtulatum diſtulerit in ſequentis diei matutinum tempus: edixerítque, Mulieres ante horam quintam venirent in theatrum, non placere.

XLV. IPSE Circenſes ex amicorum ferè libertorúmque cœnaculis ſpectabat, interdum è puluinari, & quidem cum coniuge ac liberis ſedens. Spectaculo plurimas horas, aliquando totos dies aderat: petita venia, commendatíſque qui ſuam vicem præſidendo fungerentur. Verùm quoties adeſſet, nihil præterea agebat: ſeu vitandi rumoris cauſſa, quo patrem Cæſarem vulgò reprehenſum commemorabat, quòd inter ſpectan-

A ſpectandum, epiſtolis, libellisque legendis, ac reſcribendis vacaret: ſeu ſtudio ſpectandi, ac voluptate, qua teneri ſe neque diſsimulauit vmquam, & ſæpè ingenuè profeſſus eſt. Itaque corollaria & præmia alienis quoque muneribus ac ludis & crebra & grandia de ſuo offerebat: nullíque Græco certamini interfuit, quo non pro merito certantium quemque honorauerit. Spectauit autem ſtudioſiſsimè pugiles, & maximè Latinos: non legitimos atque ordinarios modò, quos etiam committere cum Græcis ſolebat: ſed & cateruarios oppidanos inter anguſtias vicorum pugnantes temere ac ſine arte. Vniuerſum denique genus operas aliquas publico ſpectaculo præbentium, etiam cura ſua dignatus eſt. A-
B thletis & conſeruauit priuilegia, & ampliauit. Gladiatores ſine miſsione edi prohibuit. Coërcitionem in hiſtriones, magiſtratibus in omni tempore & loco, lege vetere, permiſſam, ademit: præterquam ludos & ſcenam. Nec tamen eo minus aut xyſticorum certationes, aut gladiatorum pugnas ſeueriſsimè ſemper exegit. Nam hiſtrionum licentiam adeò compeſcuit, vt Stephanionem togatarium, cui in puerilem habitum circumtonſam matronam miniſtrâſſe compererat, per trina theatra virgis cæſum relegauerit: Hylam pantomimum, querente prętore, in atrio domus ſuæ, nemine excluſo, flagellis verberauerit: & Pyladem vrbe atque Italia ſubmouerit, quòd ſpectatorem, à quo exſibila-
C batur, demonſtrâſſet digito, conſpicuumque feciſſet.

AD hunc modum vrbe vrbanisque rebus adminiſtratis, ITALIAM duodetriginta coloniarum numero deductarum ab ſe frequẽtauit, operibusque ac vectigalibus publicis plurifariam inſtruxit: etiam iure ac dignatione vrbi quodam modo pro parte aliqua adæquauit: excogitato genere ſuffragiorum, quæ de magiſtratibus vrbicis decuriones colonici, in ſua quiſque colonia ferrent, & ſub diem comitiorum obſignata Romam mitteret. Ac necubi aut honeſtorum deficeret copia, aut multitudinis ſoboles, equeſtrem militiam petenteis etiam ex commendatione publica cuiuſque oppidi ordinabat: at ijs qui è plebe regiones
D ſibi reuiſenti filios filiáſve approbarent, ſingula nummorum millia pro ſingulis diuidebat. XLVI.

PROVINCIAS validiores, & quas annuis magiſtratuum imperijs regi nec facile nec tutum erat, ipſe ſuſcepit: cæteras proconſulibus ſortitò permiſit: & tamen nonnullas commutauit interdum: atque ex vtroque genere pleraſque ſæpius adijt. Vrbium quaſdam fœderatas, ſed ad exitium licentia præcipites, libertate priuauit: alias, aut ære alieno laborantes leuauit, aut terræmotu ſubuerſas denuò condidit: aut merita erga pop. Rom. allegantes, Latinitate, vel ciuitate, donauit. Non eſt, vt opinor, prouincia, excepta dumtaxat Africa & XLVII.

 Sardi-

Sardinia, quam non adierit. In has, fugato Sexto Pompeio, trajicere ex Sicilia apparantem, continuæ & immodicæ tempeſtates inhibuerunt, nec mox occaſio aut cauſſa trajiciendi fuit. A

XLVIII. REGNA, quibus belli iure potitus eſt, præter pauca, aut ijſdem, quibus ademerat, reddidit, aut alienigenis contribuit. Reges ſocios etiam inter ſemetipſos neceſsitudinibus mutuis iunxit: promtiſsimus affinitatis cuiuſque atque amicitiæ conciliator & fautor: nec aliter vniuerſos, quàm membra partéſque imperij curæ habuit. Rectorem quoq; ſolitus eſt apponere ætate paruis, ac mente lapſis, donec adoleſcerent aut reſipiſcerent: ac plurimorum liberos & educauit ſimul cum ſuis & inſtituit. B

XLIX. EX militaribus copijs legiones & auxilia prouinciatim diſtribuit: claſſem Miſeni, & alteram Rauennæ, ad tutelam ſuperi & inferi maris, collocauit. Certum numerum, partim in vrbis, partim in ſui cuſtodiam allegit: dimiſſa Calagurritanorum manu, quam vſque ad deuictum Antonium: item Germanorum, quam vſque ad cladem Varianam, inter armigeros circa ſe habuerat. Neque tamen vmquam plures quàm tres cohortes in vrbe eſſe paſſus eſt: eáſque ſine caſtris. reliquas in hiberna & æſtiua, circa finitima oppida dimittere aſſuerat. Quidquid autem vbique militum eſſet, ad certam ſtipendiorum præmiorumque formulam adſtrinxit: definitis pro gradu cuiuſque, & temporibus militiæ, & commodis miſsionum: ne aut ætate aut inopia poſt miſsionem ſolicitari ad res nouas poſſent. C Vtque perpetuò ac ſine difficultate ſumtus ad tuendos eos proſequendóſque ſuppeteret, ærarium militare cum vectigalibus nouis inſtituit. Et quò celeriùs, ac ſub manum annuntiari cognoſcíque poſſet quid in prouincia quaque gereretur, iuuenes primò, modicis interuallis per militares vias, dehinc vehicula diſpoſuit: commodius id viſum eſt, vt qui à loco eidem perferrent litteras, interrogari quoque, ſi quid res exigerent, poſſent.

L. IN diplomatibus, libelliſque & epiſtolis ſignandis, initio Sphinge vſus eſt: mox imagine Magni Alexandri: nouiſsimè ſua, Dioſcoridis D manu ſculpta, qua ſignare inſecuti quoq; principes perſeuerauerunt. Ad epiſtolas omnes horarum quoque momenta, nec diei modò, ſed & noctis, quibus datæ ſignificarentur, addebat.

LI. CLEMENTIAE ciuilitatíſque eius multa & magna documenta ſunt. Ne enumerem quot & quos diuerſarum partium venia & incolumitate donatos, principem etiam in ciuitate locum tenere paſſus ſit: Iunium Nouatum & Caſsium Patauinum, è plebe homines, alterum pecunia, alterum leui exſilio punire ſatis habuit, cùm ille Agrippæ iuuenis nomine, aſperrimam de ſe epiſtolam in vulgus edidiſſet: hic conui-

A conuiuio pleno proclamaſſet, Neque votum ſibi neque animum deeſſe confodiendi eum. Quadam verò cognitione, cùm Aemilio Aeliano Cordubenſi inter cætera crimina vel maximè objiceretur, quòd malè opinari de Cæſare ſoleret: conuerſus ad accuſatorem, commotoque ſimilis: Velim, inquit, hoc mihi probes: faciam ſciat Aelianus & me linguam habere: plura enim de eo loquar. Nec quidquam vltra, aut ſtatim aut poſtea inquiſiuit. Tiberio quoque de eadem re ſedulò violentiùs apud ſe per epiſtolam conquerenti, ita reſcripſit. Aetati tuæ, mi Tiberi, noli in hac re indulgere, & nimium indignari quemquam eſſe qui de me malè loquatur. Satis eſt enim, ſi hoc habemus ne quis nobis malè facere poſsit.

B TEMPLA quamuis ſciret etiam proconſulibus decerni ſolere: in nulla tamen prouincia, niſi communi ſuo Romæque nomine recepit: nam in vrbe quidem pertinaciſsimè abſtinuit hoc honore. Atque etiam argenteas ſtatuas olim ſibi poſitas conflauit omnes: exque ijs aureas cortinas Apollini Palatino dedicauit. Dictaturam magna vi offerente populo, genu nixus, deiecta ab humeris toga, nudo pectore deprecatus eſt. LII.

DOMINI appellationem, vt maledictum & opprobrium ſemper exhorruit. Cùm ſpectante eo ludos, pronuntiatum eſſet, in mimo, LIII.
C O Dominum æquum & bonum: & vniuerſi quaſi de ipſo dictum exſultantes comprobaſſent: & ſtatim manu vultuque indecoras adulationes repreſsit, & inſequenti die grauiſsimo corripuit edicto, dominumq; ſe poſthàc appellari, ne à liberis quidem aut nepotibus ſuis, vel ſeriò vel iocò, paſſus eſt: atq; huiuſmodi blanditias etiam inter ipſos prohibuit. Non temerè vrbe oppidóve vllo egreſſus, aut quoquam ingreſſus eſt, niſi veſpere aut noctu: ne quem officij cauſſa inquietaret. In conſulatu, pedibus ferè, extra conſulatum, ſæpe adoperta ſella per publicum inceſſit. Promiſcuis ſalutationibus admittebat & plebem: tanta comitate adeuntium deſideria excipiens, vt quendam ioco corripuerit, quòd ſic
D ſibi libellum porrigere dubitaret, quaſi elephanto ſtipem. Die ſenatus numquam patres niſi in curia ſalutauit, & ſedentes, ac nominatim ſingulos, nullo ſubmonente: & diſcedens eo modo ſedentibus ſingulis, vale dicebat. Officia cum multis mutuò exercuit: nec priùs dies cuiuſque ſolemnes frequentare deſijt, quàm grandior iam natu, & in turba quondam ſponſaliorum die vexatus. Gallum Terrinium ſenatorem, minùs ſibi familiarem, ſed captum repente oculis, & ob id inedia mori deſtinantem, præſens conſolando reuocauit ad vitam.

IN ſenatu verba facienti dictum eſt, Non intellexi: & ab alio, Contradicerem tibi ſi locum haberem. Interdum ob immodicas alter- LIV.

cationes diſceptantium è curia per iram ſe proripienti, quidam ingeſſe- A
runt, Licere oportere ſenatoribus de Rep. loqui. Antiſtius Labeo ſena-
tus lectione, cùm vir virum legeret, M. Lepidum, hoſtem olim eius, &
tunc exſulantem, legit: interrogatúſque ab eo, an eſſent alij digniores,
Suum quemque iudicium habere reſpondit. Nec ideò libertas, aut con-
tumacia fraudi cuiquam fuit.

LV. ETIAM ſparſos de ſe in curia famoſos libellos, nec expauit, &
magna cura redarguit. Ac ne requiſitis quidem auctoribus, id modò cẽ-
ſuit, cognoſcendum poſthac de ijs qui libellos aut carmina ad infamiam
cuiuſpiam ſub alieno nomine edant.

LVI. IOCIS quoque quorumdam inuidioſis aut petulantibus laceſ- B
ſitus, contradixit edicto. Et tamen de inhibenda teſtamentorum licen-
tia, ne ſenatus quidquam conſtitueret, interceſsit. Quoties magiſtra-
tuum comitijs intereſſet, tribus cum candidatis ſuis circuibat: ſupplica-
batque more ſolemni. Ferebat & ipſe ſuffragium in tribu, vt vnus è po-
pulo. Teſtem ſe in iudicijs & interrogari & refelli æquiſsimo animo pa-
tiebatur. Forum anguſtius fecit, non auſus extorquere poſſeſſoribus
proximas domos. Numquam filios ſuos populo commendauit, vt non
adjiceret, Si merebuntur. Eiſdem prætextatis adhuc aſſurrectum ab vni-
uerſis in theatro, & à ſtantibus plauſum, grauiſsimè queſtus eſt. Ami-
cos ita magnos & potentes in ciuitate eſſe voluit, vt tamen pari iure eſ- C
ſent quo cæteri, legibúſque iudiciarijs æquè tenerentur. Cùm Aſprenas
Nonius arctius ei iunctus, cauſſam veneficij, accuſante Caſsio Seuero,
diceret: conſuluit ſenatum quid officij ſui putaret: Cunctari enim ſe, ne,
ſi ſupereſſet, eriperet legibus reum: ſin deeſſet, deſtituere ac prædamna-
re amicum exiſtimaretur. Et conſentientibus vniuerſis, ſedit in ſubſel-
lijs per aliquot horas: verùm tacitus, ac ne laudatione quidem iudiciali
data. Affuit & clientibus: ſicut Scutario cuidam, euocato quondam
ſuo, qui poſtulabatur iniuriarum. Vnum omnino è reorum numero,
ac ne eum quidem, niſi precibus, eripuit, exorato coram iudicibus
accuſatore, Caſtricium, per quem de coniuratione Murenæ cogno- D
uerat.

LVII. PRO QVIBVS meritis quantoperè dilectus ſit, facile eſt æſti-
mare. Omitto ſenatuſconſulta, quæ poſſunt videri vel neceſsitate ex-
preſſa, vel verecundia. Equites Romani natalem eius ſponte atque con-
ſenſu, biduo ſemper celebrârunt. Omnes ordines in lacum Curtij quot-
annis ex voto pro ſalute eius ſtipem iaciebant: item Kalendis Ianuarijs
ſtrenam in Capitolio, etiam abſenti: ex qua ſumma pretioſiſsima deo-
rum ſimulacra mercatus, vicatim dedicabat: vt Apollinem Sandalia-
rium, & Iouem Tragœdum, aliáque. In reſtitutionem Palatinæ domus
incen-

A incendio abſumtæ, veterani, decuriæ, tribus, atque etiam ſigillatim è cætero genere hominum, libentes ac pro facultate quiſque pecunias contulerunt: delibante tantummodo eo ſummarum aceruo, neque ex quòquam plus denario auferente. Reuertentem ex prouincia, non ſolùm fauſtis omnibus, ſed & modulatis carminibus proſequebantur. Obſeruatum etiam eſt, ne quoties introiret vrbem, ſupplicium de quoquam ſumeretur.

PATRIS patriæ cognomen vniuerſi repentino maximoque LVIII. conſenſu detulerunt ei. Prima, plebs, legatione Antium miſſa: dein quia non recipiebat, ineunti Romæ ſpectácula frequens, & laureata: mox in B curia ſenatus: neque decreto, neque acclamatione, ſed per Valerium Meſſallam id mandantibus cunctis: Quod bonum, inquit, fauſtumque ſit tibi, domuique tuæ, Cæſar Auguſte: (ſic enim nos perpetuam felicitatem Reip. & læta huic precari exiſtimamus) Sen. te conſentiens cum pop. R. conſalutat. PATRIAE PATREM. Cui lacrymans reſpondit Auguſtus, his verbis (ipſa enim, ſicut Meſſalæ, poſui:) Compos factus votorum meorũ, Patres C. quid habeo aliud deos immortales precari, quàm vt hunc conſenſum veſtrum ad vltimum vitę finem mihi perferre liceat?

MEDICO Antonio Muſæ, cuius opera ex ancipiti morbo LIX. C conualuerat, ſtatuam, ære collato, iuxta ſignum Aeſculapij ſtatuerunt. Nonnulli patrum familiarum, teſtamento cauerunt vt ab heredibus ſuis, prælato victimæ titulo, in Capitolium ducerentur, votumque pro ſe ſolueretur, QVOD SVPERSTITEM AVGVSTVM RELIQVISSENT. Quædã Italiæ ciuitates diem, quo primùm ad ſe veniſſet, initium anni fecerunt. Prouinciarum pleræq; ſuper tépla & aras, ludos, quoque quinquennales pœnè oppidatim conſtituerunt.

REGES amici atque ſocij, & ſinguli in ſuo quiſque regno, Cæ- LX. ſareas vrbes condiderunt: & cuncti ſimul, ædem Iouis Olympici, Athenis antiquitus inchoatam, perficere communi ſumtu deſtinauerunt, D Genioque eius dedicare: ac ſæpe regnis relictis, non Romæ modo, ſed prouincias peragranti quotidiana officia togati, ac ſine regio inſigni, more clientium præſtiterunt.

QVONIAM qualis in imperijs ac magiſtratibus regendaque LXI. per terrarum orbem pace belloque Rep. fuerit, expoſui: referam nunc interiorem ac familiarem eius vitam: quibúſque moribus atque fortuna domi & inter ſuos egerit, à iuuenta vſque ad ſupremum vitæ diem. Matrem amiſit in primo conſulatu: ſororem Octauiam, quinquageſimum & quartum agens ætatis annum. Vtrique cùm præcipua officia viuæ præſtitiſſet, etiam defunctæ honores maximos tribuit.

SPON-

LXII. SPONSAM habuerat adoleſcens P. Seruilij Iſaurici filiam: ſed reconciliatus poſt primam diſcordiam Antonio, & poſtulantibus vtriuſque militibus, vt & neceſsitudine aliqua iungerentur, priuignam eius Claudiam, Fuluia ex P. Clodio filiam, duxit vxorem, vix dum nubilem. Ac ſimultate cum Fuluia ſocru exorta, dimiſit intactā adhuc, & virginem. Mox Scriboniam in matrimonium accepit, nuptam ante duobus conſularibus, & ex altero etiam matrem. Cum hac etiam diuortium fecit, pertæſus, vt ſcribit, morum peruerſitatem eius: ac ſtatim Liuiam Druſillam matrimonio Tiberij Neronis, & quidem prægnantem, abduxit, dilexítque & probauit vnicè ac perſeueranter. A

LXIII. EX Scribonia Iuliam, ex Liuia nihil liberorum tulit, cùm maximè cuperet. Infans, qui conceptus erat, immaturus eſt editus. Iuliam primùm Marcello Octauiæ ſororis ſuæ filio, tantum quod pueritiam egreſſo: deinde vt is obijt, M. Agrippæ nuptum dedit: exorata ſorore vt ſibi genero cederet. Nam tunc Agrippa alteram Marcellarum habebat, & ex ea liberos. Hoc quoque defuncto, multis, ac diu, etiam ex equeſtri ordine, circumſpectis conditionibus, Tiberium priuignum ſuum elegit: coëgítque prægnantem vxorem, & ex qua iam pater erat, dimittere. M. Antonius ſcribit, Primùm eum Antonio filio ſuo deſpondiſſe Iuliā: dein Cotiſoni Getarum regi: quo tempore ſibi quoque inuicem filiam regis in matrimonium petijſſe. B C

LXIV. NEPOTES ex Agrippa & Iulia tres habuit, Caium, Lucium & Agrippam: neptes duas, Iuliam & Agrippinam. Iuliam L. Paullo Cenſoris filio, Agrippinam Germanico ſororis ſuę nepoti collocauit. Caium & Lucium adoptauit domi per aſſem & libram emtos à patre Agrippa: tenerósque adhuc ad curam Reip. admouit: & conſules deſignatos circum prouincias exercitúſque dimiſit. Filiam & neptes ita inſtituit, vt etiam lanificio aſſuefaceret: vetarétque loqui, aut agere quidquā, niſi propalam, & quod in diurnos commentarios referretur. Extraneorum quidem cœtu adeò prohibuit, vt L. Tucinio, claro decoróque iuueni, ſcripſerit quondam, Parum modeſtè feciſſe eum, quòd filiam ſuam Baias ſalutatum veniſſet. Nepotes, & litteras & natare aliáque rudimenta per ſe plerumque docuit: ac nihil æquè laborauit quàm vt imitarentur chirographum ſuum. Neque cœnauit vnà, niſi vt in imo lecto aſsiderent: neque iter fecit, niſi vt vehiculo anteirent aut circà adequitarent. D

LXV. SED lætum eum atque fidentem & ſobole & diſciplina domus, Fortuna deſtituit. Iulias, filiam & neptem, omnibus probris contaminatas, relegauit. Caium & Lucium in duodeuiginti menſium ſpatio amiſit ambos: Caio, in Lycia: Lucio, Maſsiliæ, defunctis. Tertium nepotem

A potem Agrippam, ſimulque priuignum Tiberium adoptauit in Foro, lege Curiata. Ex quibus Agrippam, breui, ob ingenium ſordidum ac ferox, abdicauit, ſepoſuítque Surrentum. Aliquanto autem patientiùs mortem quàm dedecora ſuorum tulit. Nam Caij Luciíque caſu non adeò fractus, de filia, abſens, ac libello per quæſtorem recitato, notum ſenatui fecit: abſtinuítque congreſſu hominum diu, præ pudore: etiam de necanda deliberauit. Certè cùm ſub idem tempus vna ex conſcijs liberta, Phœbe nomine, ſuſpendio vitam finîſſet: Maluiſſe ſe, ait, Phœbes patrem fuiſſe. Relegatæ, vſum vini, omnémque delicatiorem cultum, ademit: neque adiri à quopiam libero, ſeruóve, niſi ſe conſulto, permi-
B ſit: & ita vt certior fieret, qua is ætate, qua ſtatura, quo colore eſſet, etiam quibus corporis notis vel cicatricibus. Poſt quinquennium demum ex inſula in continentem, leniorıbúſque paullò conditionibus, tranſtulit eam: nam vt omnino reuocaret, exorari nullo modo potuit: deprecanti ſæpe populo Rom. & pertinaciùs inſtanti, tales filias taléſque coniuges pro concione imprecatus. Ex nepte Iulia, poſt damnationem, editum infantem agnoſci alíque vetuit. Agrippam nihilo tractabiliorem, immò in dies amentiorem, in inſulam tranſportauit, ſepſitque inſuper cuſtodia militum. Cauit etiam ſenatuſconſulto vt eodem loci in perpetuum contineretur: atque ad omnem & eius & Iuliarum mentionem in-
C gemiſcens, proclamare etiam ſolebat,

Αἴθ' ὄφελον ἄγαμός τ' ἔμεναι, ἄγονός τ' ἀπολέϛαι.

nec aliter illos appellare quàm treis vomicas aut tria carcinomata ſua.

AMICITIAS neque facilè admiſit, & conſtantiſsimè retinuit: LXVI.
non tantùm virtutes ac merita cuiuſque dignè proſecutus, ſed vitia quoque & delicta dumtaxat modica perpeſſus. Neque enim temerè, ex omni numero, in amicitia eius afflicti reperientur, præter Saluidienum Rufum, quem ad conſulatum vſque; & Cornelium Gallum, quem ad prę-
D fecturam Aegypti, ex infima vtrumque fortuna, prouexerat. Quorum alterum res nouas molientem, damnandum ſenatui tradidit: alteri ob ingratum & maleuolum animũ, domo & prouincijs ſuis interdixit. Sed Gallo quoq; & accuſatorũ denuntiationibus & ſenatuſconſultis ad necem compulſo, laudauit quidem pietatẽ tantopere pro ſe indignantium: cæterùm & illacrymauit, & vicem ſuam conqueſtus eſt, quòd ſibi ſoli nõ liceret amicis, quatenus vellet, iraſci. Reliqui potentia atque opibus ad finẽ vitæ ſui quiſq; ordinis principes floruerunt: quamquã & offenſis interuenientibus. Deſiderauit enim nonnumquam, ne de pluribus referam, & M. Agrippæ patientiam, & Mæcenatis taciturnitatem: cùm ille

ex leui rigoris ſuſpicione, & quòd Marcellus ſibi anteferretur, Mityle- A
nas ſe, relictis omnibus contuliſſet: hic, ſecretum de comperta Murenæ coniuratione vxori Terentiæ prodidiſſet. Exegit & ipſe inuicem ab amicis beneuolentiam mutuam, tam à defunctis quàm à viuis. Nam quamuis minimè appeteret hereditates, vt qui numquam ex ignoti teſtamento capere quidquam ſuſtinuerit: amicorum tamen ſuprema iudicia moroſiſsimè penſitauit: neque dolore diſsimulato, ſi parciùs aut citra honorem verborum: neque gaudio, ſi gratè piéque quis ſe proſecutus fuiſſet. Legata, vel partes hereditatium, à quibuſcumque parentibus relicta ſibi, aut ſtatim liberis eorum concedere, aut, ſi pupillari ætate B
eſſent, die virilis togæ, vel nuptiarum, cum incremento reſtituere conſueuerat.

LXVII. PATRONVS dominúſque non minus ſeuerus quam facilis & clemens, multos libertorum in honore & vſu maximo habuit: vt Licinium Enceladum, alioſque. Coſmum ſeruum grauiſsimè de ſe opinantem, non vltrà quàm compedibus coërcuit. Diomedem diſpenſatorem, à quo, ſimul ambulante, incurrenti repentè fero apro per metum obiectus eſt, maluit timiditatis arguere quàm noxæ: rémque non minimi periculi, quia tamen fraus aberat, in iocum vertit. Idem Proculum ex acceptiſsimis libertis mori coëgit, compertum adulterare ma- C
tronas: Thallo à manu, quod pro epiſtola prodita denarios quingentos accepiſſet, crura effregit. Pædagogum miniſtroſque Caij filij, per occaſionem valetudinis mortiſque eius, ſuperbè auaréque in prouincia graſſantes, oneratis graui pondere ceruicibus, præcipitauit in flumen.

LXVIII. PRIMA iuuenta variorum dedecorum infamiam ſubijt. Sex. Pompeius vt effœminatum inſectatus eſt. M. Antonius adoptionem auunculi ſtupro meritum. Item Lucius Marci frater, quaſi pudicitiam delibatam à Cæſare, A. etiam Hirtio in Hiſpania CCC millibus nummûm ſubſtrauerit: ſolitúſque ſit crura ſuburere nuce ardenti, quò mollior pilus ſurgeret. Sed & populus quondam vniuerſus ludorum D
die, & accepit in contumeliam eius, & aſſenſu maximo comprobauit verſum in ſcæna pronuntiatum de Gallo matris Deûm tympanizante,

Vidéſne vt cinædus orbem digito temperet?

LXIX. ADVLTERIA quidem exercuiſſe, ne amici quidem negant: excuſantes ſanè, non libidine, ſed ratione cōmiſſa: quò faciliùs conſilia aduerſariorum per cuiuſque mulieres exquireret. M. Antonius ſuper feſtinatas Liuiæ nuptias obiecit, & fœminam conſularem è triclinio viri coràm in cubiculum abductam, rurſus in conuiuium rubentibus auriculis, incomtiore capillo reductam: & dimiſſam Scriboniā, quia liberùs

doluiſſet

A doluiſſet nimiam potentiam pellicis: & conditiones quæſitas per ami-
cos, qui matres familias & adultas ætate virgines denudarent, atque per-
ſpicerent, tamquam Thoranio mangone vendente. Scribit etiam ad
ipſum hoc familiariter adhuc, nec dum planè inimicus, aut hoſtis. Quid
te mutauit? quòd reginam ineo? vxor mea eſt. Nunc cœpi, an abhinc
annos nouem? tu deinde ſolam Druſillam inis? ita valeas vti tu hanc
epiſtolam cum leges, non inieris Tertullã, aut Terentillam, aut Rufillã,
aut Saluiã Titiſceniam, aut omnes. Anne refert vbi & in quam arrigas?

COENA quoque eius ſecretior in fabulis fuit, quæ vulgò LXX.
B δωδεκάθεος vocabatur: in qua deorum dearumque habitu diſcubuiſ-
ſe conuiuas, & ipſum pro Apolline ornatum, non Antonij modò epi-
ſtolæ ſingulorum nomina amariſsimè annumerantis, exprobrant, ſed
& ſine auctore notiſsimi verſus:

Cùm primùm iſtorum conduxit menſa choragum,
Séxque Deos vidit Mallia, ſexque Deas:
Impia dum Phœbi Cæſar mendacia ludit,
Dum noua diuorum cænat adulteria:
Omnia ſe à terris tunc Numina declinarunt:
Fugit & auratos Iuppiter ipſe thronos.

C Auxit cœnæ rumorem ſumma tunc in ciuitate pænuria ac fames. Ac-
clamatumque eſt poſtridie, frumentum omne Deos comediſſe: & Cæ-
ſarem eſſe planè Apollinem: ſed Tortorum. quo cognomine is Deus
quadam in parte vrbis colebatur. Notatus eſt vt pretioſæ ſuppellectilis
Corinthiorumque præcupidus, & aleæ indulgens. Nam & proſcriptio-
nis tempore ad ſtatuam eius adſcriptum eſt,

Pater argentarius, ego Corinthiarius:

cùm exiſtimaretur, quoſdam propter vaſa Corinthia inter proſcri-
ptos curaſſe referendos. Et deinde bello Siciliense epigramma vulga-
tum eſt,

D Poſtquam bis claſſe victus naues perdidit,
Aliquando vt vincat, ludit aſsiduè aleam.

EX quibus ſiue criminibus ſiue maledictis, infamiam impudici- LXXI.
tiæ facillimè refutauit, & præſentis & poſteræ vitæ caſtitate. Item lau-
titiarum inuidiam, cùm & Alexandria capta, nihil ſibi præter vnum
murrhinum calicem, ex inſtrumento regio, retinuerit, & mox vaſa au-
rea aſsiduiſsimi vſus conflauerit omnia. Circa libidines hæſit: poſtea
quoque, vt ferunt, ad vitiandas virgines promtior, quæ ſibi vndique
etiam ab vxore conquirerentur. Aleæ rumorem nullo modo ex-
pauit: luſitque ſimpliciter & palàm oblectamenti cauſſa etiam ſe-
nex: ac præterquam Decembri menſe, alijs quoque feſtis profeſtisque

diebus. Nec id dubium eſt: autographa quadam epiſtola, Cœnaui, ait, A
mi Tiberi, cum iiſdem. Acceſſerunt conuiuæ Vinicius & Siluius pater. Inter cœnam luſimus γεροντικῶς & heri & hodie. Talis enim iactatis, vt quiſque canem, aut ſenionem miſerat, in ſingulos talos ſingulos denarios in medium conferebat: quos tollebat vniuerſos qui Venerem iecerat. Et rurſus aliis litteris, Nos, mi Tiberi, Quinquatriis ſatis iucundè egimus. Luſimus enim per omnes dies, forumque aleatorium calfecimus. Frater tuus magnis clamoribus rem geſsit. Ad ſummam tamen perdidit non multum: ſed ex magnis detrimentis pręter ſpem paullatim retractus eſt. Ego perdidi viginti millia nummûm, meo nomine: ſed cùm effusè in luſu liberalis fuiſſem, vt ſoleo plerumque. Nam ſi quas B
manus remiſi cuique, exegiſſem, aut retinuiſſem quod cuique donaui, viciſſem vel quinquaginta millia. Sed hoc malo. Benignitas enim mea me ad cæleſtem gloriam efferet. Scribit ad filiam, Miſi tibi denarios ducentos quinquaginta, quos ſingulis conuiuis dederam, ſi vellent inter ſe inter cœnam vel talis vel par impar ludere.

LXXII. IN cæteris partibus vitæ continentiſsimum fuiſſe conſtat, ac ſine ſuſpicione vllius vitii. Habitauit primò iuxta Romanum forum ſupra Scalas anularias, in domo quæ Calui oratoris fuerat: poſtea in Palatio: ſed nihilo minus ædibus modicis Hortenſianis, & neque laxitate neque cultu conſpicuis: vt in quibus porticus breues eſſent Albanarũ colum- C
narum, & ſine marmore vllo aut inſigni pauimento conclauia. Ac per annos amplius quadraginta eodem cubiculo hieme & æſtate manſit: quamuis parum ſalubrem valetudini ſuæ vrbem hieme experiretur, aſsidueque in vrbe hiemaret. Si quando quid ſecretò aut ſine interpellatione agere propoſuiſſet, erat illi locus in edito ſingularis, quem Syracuſas & τεχνόφυον vocabat: huc tranſibat, aut in alicuius libertorum ſuburbanum: æger autem in domo Mæcenatis cubabat. Ex ſeceſsibus præcipuè frequentauit maritima, inſulaſque Campaniæ, aut proxima vrbi oppida, Lanuuium, Præneſte, Tibur: vbi etiam in porticibus Herculis templi perſæpe ius dixit. Ampla & operoſa prætoria grauabatur. Et ne- D
ptis quidem ſuæ Iuliæ, profusè ab ea exſtructa, etiam diruit ad ſolum: ſua verò quamuis modica, non tam ſtatuarum tabularumque pictarum ornatu, quàm xyſtis & nemoribus excoluit, rebuſque vetuſtate ac raritate notabilibus: qualia ſunt Capreis immanium belluarum ferarumque membra prægrandia, quæ dicuntur Gigantum oſſa, & arma Heroum.

LXXIII. INSTRVMENTI eius & ſupellectilis parcimonia apparet etiam nunc, reſiduis lectis atque menſis, quorum pleraque vix priuatæ elegantiæ ſint. Ne toro quidem cubuiſſe aiunt, niſi humili & modicè inſtrato.

A inſtrato. Veſte non temerè alia quàm domeſtica vſus eſt, ab vxore & ſorore & filia neptibusque confecta: togis, neque reſtrictis neque fuſis: clauo, nec lato nec anguſto: calceamentis altiuſculis, vt procerior quàm erat, videretur. Et forenſia autem, & calceos numquam non intra cubiculum habuit, ad ſubitos repentinóſque caſus parata.

CONVIVABATVR & aſsiduè, nec vmquam niſi recta: non ſine magno ordinũ hominumque delectu. Valerius Meſſala tradit, neminem vmquam libertinorum adhibitum ab eo cœnæ, excepto Mena, ſed aſſerto in ingenuitatem, poſt proditam Sex. Pompeij claſſem. Ipſe ſcribit inuitaſſe ſe quendam, in cuius villa maneret, qui ſpeculator ſuus B olim fuiſſet. Conuiuia nonnumquam & ſeriùs inibat, & maturiùs relinquebat: cùm conuiuæ & cœnare inciperent priùs quàm ille diſcumberet, & permanerent digreſſo eo. Cœnam trinis ferculis, aut, cùm abũdantiſsimè, ſenis, præbebat, vt non nimio ſumtu, ita ſumma comitate. Nam & ad communionem ſermonis tacentes vel ſubmiſsim fabulantes prouocabat, & aut acroamata, & hiſtriones, aut etiam triuiales ex circo ludios interponebat, ac frequentius aretalogos. LXXIV.

FESTOS & ſolennes dies profuſiſsimè, nunnumquam iocularitèr tantùm, celebrabat. Saturnalibus, & ſi quando aliâs libuiſſet, modò munera diuidebat, veſtem & aurum, & argentum: modò nummos C omnis notæ, etiam veteres regios ac peregrinos: interdum nihil præter cilicia & ſpongias, & rutabula, & forpices, atque alia id genus, titulis obſcuris & ambiguis. Solebat & inæqualiſsimarũ rerum ſortes, & aduerſas tabularum picturas in conuiuio venditare: incertoq; caſu ſpem mercantium vel fruſtari vel explere: ita vt per ſingulos lectos licitatio fieret, & ſeu iactura ſeu lucrum communicaretur. LXXV.

CIBI (nam ne hoc quidem omiſerim) minimi erat, atque vulgaris ferè. Secundarium panem, & piſciculos minutos, & caſeum bubulum manu preſſum, & ficos virides biferas maximè appetebat: veſcebaturq; & ante cœnam, quocumque tempore & loco, quo ſtomachus deſideraſ-D ſet. Verba ipſius ex epiſtolis ſunt, Nos in eſſedo panem & palmulas guſtauimus. Et iterum: Dum lectica ex regia domum redeo, panis vnciam cum paucis acinis vuæ duracinæ comedi. Et rurſus, Ne Iudæus quidem, mi Tiberi, tam diligenter ſabbatis ieiunium ſeruat, quàm ego hodie ſeruaui: qui in balineo demum poſt horam primam noctis duas bucceas manducaui priùs quàm vngi inciperem. Ex hac obſeruantia nonnumquam vel ante initum, vel poſt dimiſſum conuiuium ſolus cœnitabat, cùm pleno conuiuio nihil tangeret. LXXVI.

VINI quoque natura parciſsimus erat. Non amplius ter bibere eum ſolitum ſuper cœnam in caſtris apud Mutinam Cornelius Nepos LXXVII.

 tradit,

tradit. Poſtea, quoties largiſsimè ſe inuitaret, ſenos ſextantés non exceſ- A
ſit, aut, ſi exceſsiſſet, reijciebat. Et maximè delectatus eſt Rhætico, neque temerè interdiu bibit. Pro potione ſumebat perfuſum aqua frigida panem, aut cucumeris fruſtum, vel lactuculæ thyrſum, aut recens acidúmve pomum ſucci vinoſioris.

LXXIIX. POST cibum meridianum, ità vt veſtitus calceatusque erat, retectis pedibus paulliſper conquieſcebat, oppoſita ad oculos manu. A cœna lucubratoriam ſe in lecticulam recipiebat. Ibi donec reſidua diurni actus, aut omnia, aut ex maxima parte, conficeret, ad multam noctem permanebat. In lectum inde tranſgreſſus, non amplius, cum plu- B
rimum, quàm ſeptem horas dormiebat: ac ne eas quidem continuas, ſed vt in illo temporis ſpatio ter aut quater expergiſceretur. Si interruptum ſomnum recuperare, vt euenit, non poſſet: lectoribus, aut fabulatoribus arceſsitis, reſumebat, producebatque vltra primam ſæpe lucem. Nec in tenebris vigilauit vnquam, niſi aſsidente aliquo. Matutina vigilia offendebatur: ac ſi vel officij, vel ſacri cauſſa maturiùs euigilandum eſſet, ne id contra commodum faceret, in proximo cuiuſcumque domeſticorum cœnaculo manebat. Sic quoque ſæpe indigens ſomni, & dum per vicos deportaretur, & depoſita lectica inter aliquas moras condormiebat. C

LXXIX. FORMA fuit eximia, & per omnes ætatis gradus venuſtiſsima: quamquam & omnis lenocinij negligens, & in capite comendo tã incurioſus, vt raptim compluribus ſimul tonſoribus operam daret: ac modò tonderet, modò raderet barbam: eoque ipſo tempore aut legeret aliquid aut etiam ſcriberet. Vultu erat, vel in ſermone vel tacitus, adeò tranquillo ſerenoque vt quidam è primoribus Galliarum confeſſus ſit inter ſuos, eo ſe inhibitum ac remollitum, quò minùs, vt deſtinarat, in tranſitu Alpium per ſimulationem colloquij propius admiſſus, in præcipitium propelleret. Oculos habuit claros ac nitidos: quibus etiam exiſtimari volebat ineſſe quiddam diuini vigoris: gaudebatque, ſi quis ſibi a- D
criùs contuenti, quaſi ad fulgorem Solis, vultum ſubmitteret: ſed in ſenecta ſiniſtro minùs vidit. Dentes raros & exiguos, & ſcabros: capillum leuiter inflexum & ſufflauum, ſupercilia coniuncta, mediocres aures: naſum & à ſummo eminentiorem, & ab imo deductiorem: colorem inter aquilum candidumque: ſtaturam breuem: (quam tamen Iulius Marathus libertus etiam in memoriam eius quinque pedum & dodrantis fuiſſe tradit:) ſed quæ commoditate & equitate membrorum occuleretur: vt nonniſi ex comparatione adſtantis alicuius procerioris intelligi poſſet.

LXXX. CORPORE traditur maculoſo, diſperſis per pectus atque

aluum

A aluum genitiuis notis, in modum & ordinem ac numerum ſtellarum cæleſtis Vrſæ: ſed & callis quibuſdam ex prurigine corporis, aſsiduoque & vehementi ſtrigilis vſu, plurifariam concretis, ad impetiginis formam. Coxendice, & femore, & crure ſiniſtro, non perinde valebat, vt ſæpe etiam inde claudicaret: ſed remedio harenarum atque arundinum confirmabatur. Dextræ quoque manus digitum ſalutarem, tam imbecillum interdum ſentiebat, vt torpentem contractumq; frigore, vix cornei circuli ſupplemento ſcripturæ admoueret. Queſtus eſt & de veſica, cuius dolore, calculis demum per vrinam eiectis, leuabatur.

B GRAVES & periculoſas valetudines per omnem vitam aliquot expertus eſt: præcipuè Cantabria domita, cùm etiam diſtillationibus iocinore vitiato, ad deſperationem redactus, contrariam & ancipitem rationem medendi neceſſariò ſubijt: quia calida fomenta non proderant, frigidis curari coactus: auctore Antonio Muſa. Quaſdam & anniuerſarias, ac tempore certo recurrentes, experiebatur. Nam ſub natalem ſuum plerumque languebat: & initio veris præcordiorum inflatione tentabatur: auſtrinis autem tempeſtatibus grauedine. Quare quaſſato corpore, neque frigora neque æſtus facilè tolerabat. LXXXI.

HIEME quaternis cum pingui toga tunicis, & ſubuculæ thoC race laneo, & feminalibus, & tibialibus muniebatur: æſtate apertis cubiculi foribus, ac ſæpe in periſtylio ſaliente aqua, atque etiam ventilante aliquo cubabat. Solis verò ne hiberni quidem patiens, domi quoque non niſi petaſatus ſub diuo ſpatiabatur. Itinera lectica, & noctibus ferè, eaque lenta ac minuta faciebat, vt præneſte vel Tibur biduo procederet. Ac ſi quò peruenire mari poſſet, potius nauigabat. Verùm tantam infirmitatem magna cura tuebatur, in primis lauandi raritate. Vngebatur enim ſæpius, & ſudabat ad flammam: deinde perfundebatur egelida aqua vel ſole multo calefacta. At quoties neruorum cauſſa, marinis, Albuliſque calidis vtendum eſſet, contentus hoc erat, vt inſidens ligneo D ſolio, quod ipſe Hiſpanico verbo duretam vocabat, manus ad pedes alternis iactaret. LXXXII.

EXERCITATIONES campeſtres equorum & armorum ſtatim poſt ciuilia bella omiſit: & ad pilam primò folliculumque tranſijt: mox nihil aliud quàm vectabatur & deambulabat: ita vt in extremis ſpatiis ſubſultim decurreret, ſeſtertio vel lodicula inuolutus. Animi laxandi cauſſa, modò piſcabatur hamo: modò talis, aut ocellatis, nucibuſque ludebat cum pueris minutis, quos facie & garrulitate amabiles vndique conquirebat, præcipuè Mauros & Syros. Nam pumilos, atque diſtortos, & omneis generis eiuſdem, vt ludibria naturæ malique ominis, abhorrebat. LXXXIII

ELO-

LXXXIV ELOQVENTIAM ſtudiáque liberalia ab ætate prima & A
cupidè & laborioſiſsimè exercuit. Mutinenſi bello in tanta mole rerum,
& legiſſe & ſcripſiſſe & declamaſſe quotidie traditur. Nam deinceps ne-
que in ſenatu, neque apud populum, neque apud milites locutus eſt vm-
quam, niſi meditata & compoſita oratione: quamuis non deficeret ad
ſubita extemporali facultate. Ac ne periculum memoriæ adiret, aut in
ediſcendo tempus abſumeret, inſtituit recitare omnia. Sermones quoq;
cum ſingulis, atque etiam cum Liuia ſua grauiores, nonniſi in ſcriptis,
& è libello habebat: ne plus minúſve loqueretur ex tempore. Pronuntia-
bat dulci & proprio quodam oris ſono: dabatque aſsiduè phonaſco o-
peram: ſed nonnumquam infirmatis faucibus, præconis voce ad popu- B
lum concionatus eſt.

LXXXV. MVLTA varij generis proſa oratione compoſuit, ex quibus nõ-
nulla in cœtu familiarium, velut in auditorio recitauit: ſicut Reſcripta
Bruto de Catone. Quæ volumina cùm iam ſenior ex magna parte legiſ-
ſet, fatigatus, Tiberio tradidit perlegenda. Item Hortationes ad philo-
ſophiam: & aliqua De vita ſua, quam tredecim libris, Cantabrico te-
nus bello, nec vltrà expoſuit. Poëticam ſummatim attigit. Vnus liber
exſtat ſcriptus ab eo hexametris verſibus, cuius & argumentum & titu-
lus eſt, Sicilia. Exſtat alter æquè modicus Epigrammatum, quæ ferè
tempore balnei meditabatur. Nam tragœdiam magno impetu exorſus, C
non ſuccedente ſtylo, aboleuit: quærentibusque amicis quidnam Aiax
ageret, reſpondit, Aiacem ſuum in ſpongiam incubuiſſe.

LXXXVI GENVS eloquendi ſecutus eſt elegans & temperatum: vitatis
ſententiarum ineptijs, atque inconcinnitate, & reconditorum verborum,
vt ipſe dicit, fœtoribus. Præcipuámque curã duxit, ſenſum animi quàm
apertiſsimè exprimere. quod quò facilius efficeret, aut necubi lectorem
vel auditorem obturbaret, ac moraretur, neque præpoſitiones verbis
addere, neque coniunctiones ſæpius iterare dubitauit, quæ detractæ af-
ferunt aliquid obſcuritatis, etſi gratiam augent. Cacozelos & antiqua-
rios, vt diuerſo genere vitioſos, pari faſtidio ſpreuit. Exagitabat non- D
numquam in primis Mæcenatem ſuum, cuius μυροβρεχεῖς, vt ait, cin-
cinnos vſquequaque perſequitur, & imitando per iocum irridet. Sed nec
Tiberio parcit & exoletas interdum, & reconditas voces aucupanti. M.
quidem Antonium, vt inſanum, increpat: quaſi ea ſcribentem quæ mi-
rentur potius homines quàm intelligant. Deinde ludens malum & in-
conſtans in eligendo genere dicendi ingenium eius, addidit hæc, Túque
dubitas Cimbérne Annius an Veranius Flaccus imitandi ſint tibi?
ita vt verbis quæ C. Salluſtius excerpſit ex Originibus Catonis, vta-
ris? an potius Aſiaticorum oratorum inanibus ſententijs, verborum
volubi-

A volubilitas in noſtrum ſermonem transferenda? Et quadam epiſtola Agrippinæ neptis ingenium collaudans: Sed opus eſt, inquit, dare te operam ne moleſtè ſcribas aut loquaris.

QVOTIDIANO ſermone quædam frequentiùs & notabiliter vſurpaſſe eum, litteræ ipſius autographæ oſtentant. In quibus identidem cùm aliquos numquam ſoluturos ſignificare vult, ad Kalendas Græcas ſoluturos ait, & cùm hortatur ferenda eſſe præſentia, qualiacumque ſint, Contenti ſimus hoc Catone: & ad exprimendam feſtinatæ rei velocitatem, Velociùs quàm aſparagi coquantur. Ponit aſsiduè & pro B ſtulto, baceolum: & pro pullo, pulleiaceum: & pro cerito, vacerroſum: & vapidè ſeſe habere, pro malè: & betiſſare, pro languere: quod vulgò lachaniſſare dicitur. Item ſimus, pro ſumus: & domos genitiuo caſu ſingulari, pro domus. Nec vmquam aliter hæc duo, ne quis mendam magis quàm conſuetudinem putet. Notaui & in chirographo eius illa præcipuè: non diuidit verba, nec ab extrema parte verſuum abundantes litteras in alterum transfert: ſed ibidem ſtatim ſubjicit, circumducítque. LXXXVII.

ORTHOGRAPHIAM, id eſt, formulam rationemq; ſcribendi à grammaticis inſtitutam, non adeò cuſtodijt: ac videtur eorum ſequi potius opinionem, qui perinde ſcribendum ac loquamur exiſtiment. C Nam quòd ſæpe non litteras modò ſed ſyllabas aut permutat aut præterit, communis hominum error eſt. Nec ego id notarem, niſi mihi mirum videretur, tradidiſſe aliquos, legato eum conſulari ſucceſſorem dediſſe, vt rudi & indocto, cuius manu ixi pro ipſi ſcriptum animaduerterit. Quoties autẽ per notas ſcribit, b, pro a: c, pro b, ac deinceps eadem ratione ſequentes literas ponit. pro z autem duplex aa. LXXXVIII

NE Græcarum quidem diſciplinarum leuiore ſtudio tenebatur: in quibus & ipſis præſtabat largiter, magiſtro dicendi vſus Apollodoro Pergameno, quem iam grandem natu, Apolloniam quoque ſecum ab vrbe iuuenis adhuc eduxerat. Deinde etiam eruditione varia repletus, D Sphæri, Arei philoſophi, filiorumque eius Dionyſij & Nicanoris contubernium inijt: non tamen vt aut loqueretur expeditè, aut componere aliquid auderet. Nam & ſi quid res exigeret, Latinè formabat, vertendumq; alij dabat. Sed planè poëmatum quoque non imperitus, delectabatur etiam comœdia veteri, & ſæpe eam exhibuit publicis ſpectaculis In euoluendis vtriuſque linguæ auctoribus, nihil æquè ſectabatur quàm præcepta & exempla publicè vel priuatim ſalubria: eaq; ad verbum excerpta, aut ad domeſticos, aut ad exercituum prouinciarumq; rectores, aut ad vrbis magiſtratus plerumq; mittebat: prout quique monitione indigerent. Etiam libros totos & ſenatui recitauit, & populo notos per edictum ſæpe fecit: vt orationes Q. Metelli De prole augenda, & Rutilij LXXXIX

De modo ædificiorum: quò magis perſuaderet, vtramque rem non à ſe primò animaduerſam, ſed antiquis iam tunc curæ fuiſſe. Ingenia ſeculi ſui omnibus modis fouit. Recitantes & benignè & patienter audiuit: nec tantùm carmina & hiſtorias, ſed & orationes & dialogos. Componi tamen aliquid de ſe, niſi & ſeriò, & à præſtantiſsimis, offendebatur: admonebátque Prætores, ne paterentur nomen ſuum commiſsionibus obſoleſieri. A

XC. CIRCA religiones talem accepimus. Tonitrua & fulgura paullo infirmiùs expaueſcebat: vt ſemper & vbique pellem vituli marini circumferret, pro remedio: atque ad omnem maioris tempeſtatis ſuſpicionem, in abditum & concameratum locum ſe reciperet: conſternatus olim per nocturnum iter tranſcurſu fulguris, vt ſuprà diximus. B

XCI. SOMNIA neque ſua, neque aliena de ſe, negligebat. Philippenſi acie quamuis ſtatuiſſet non egredi tabernaculo, propter valetudinem; egreſſus eſt tamen amici ſomnio monitus: ceſsitque res proſperè, quando captis caſtris, lectica eius, quaſi ibi cubans remanſiſſet, concurſu hoſtium confoſſa atq; lacerata eſt. Ipſe per omne ver, plurima, & formidoloſiſsima, & vana, & irrita videbat: reliquo tempore rariora, & minùs vana. Cùm dedicatam in Capitolio ædem Tonanti Ioui aſsiduè frequentaret, ſomniauit queri Capitolinum Iouem, cultores ſibi abduci: ſeque reſpondiſſe, Tonantem pro ianitore ei appoſitum: ideoq; mox tintinnabulis faſtigium ædis redimiuit, quòd ea ferè ianuis dependebant. Ex nocturno viſu etiam ſtipem quotannis die certo emendicabat à populo, cauam manum aſſes porrigentibus præbens. C

XCII. AVSPICIA quædam & omina pro certiſsimis obſeruabat. Si mane ſibi calceus perperam ac ſiniſter pro dextero, induceretur, vt dirum: ſi terra marive ingrediente ſe longinquam profectionem, fortè roraſſet, vt lætum, maturique & proſperi reditus. Sed & oſtentis præcipuè mouebatur. Enatam inter iuncturas lapidum ante domum ſuam palmam in compluuium deorum Penatium tranſtulit: vtque coaleſceret, magnopere curauit. Apud inſulam Capreas, veterrimæ ilicis demiſſos iam ad terram languentéſque ramos conualuiſſe aduentu ſuo, adeò lætatus eſt, vt eas cum republica Neapolitanorum permutauerit, Aenaria data. Obſeruabat & dies quoſdam, ne aut poſtridie nundinas quoquam proficiſceretur: aut Nonis quidquam rei ſeriæ inchoaret: nihil in hoc quidem aliud deuitans, vt ad Tiberium ſcribit, quàm δυσφημίαν nominis. D

XCIII. PEREGRINARVM cæremoniarum, ſicut veteres ac præceptas reuerentiſsimè coluit, ita cæteras contemtui habuit. Namque Athenis initiatus, cùm poſtea Romæ pro tribunali de priuilegio ſacerdotum

A dotum Atticæ Cereris cognoſceret, & quædam ſecretiora proponeren-
tur, dimiſſo concilio & corona circumſtantium, ſolus audijt diſceptan-
tes. At contrà non modò in peragranda Aegypto paullùm deflectere ad
viſendum Apin ſuperſedit: ſed & Caium nepotem, quòd Iudæam præ-
teruehens, apud Hieroſolymam non ſupplicaſſet, collaudauit.

ET quoniam ad hoc ventum eſt, non ab re fuerit ſubtexere quæ ei XCIIII
priùs quàm naſceretur, & ipſo natali die, ac deinceps euenerint, quibus
futura magnitudo eius, & perpetua felicitas ſperari animaduertíque
poſſet. Velitris antiquitus tacta de cælo parte muri, reſponſum eſt, eius
oppidi ciuem quandoque rerum potiturum: qua fiducia Velitrini,
B & tunc ſtatim & poſteà ſæpius pæne ad exitium ſui cum pop. Rom. bel-
ligerauerant. ſerò tandem documentis apparuit, oſtentum illud, Au-
guſti potentiam portendiſſe. Auctor eſt Iulius Marathus, ante paucos
quàm naſceretur menſes, prodigium Romæ factum publicè, quo de-
nuntiabatur regem pop. Rom. Naturam parturire: ſenatum exterritum
cenſuiſſe ne quis illo anno genitus educaretur: eos qui grauidas vxores
haberent, quo ad ſe quiſque ſpem traheret, curaſſe ne ſenatuſconſultum
ad ærarium deferretur. In Aſclepiadis Mendetis Θεολογουμένων libris
lego, Atiam, cùm ad ſolemne Apollinis ſacrum media nocte veniſſet
poſita in templo lectica, dum cæteræ matronæ dormirent, obdormiſſe:
C draconem repentè irrepſiſſe ad eam, paulloque poſt egreſſum: illamque
expergefactam quaſi à concubitu mariti purificaſſe ſe: & ſtatim in cor-
pore eius exſtitiſſe maculam, velut depicti draconis: nec potuiſſe vm-
quam eximi: adeò vt mox publicis balneis perpetuò abſtinuerit: Au-
guſtum natum menſe decimo, & ob hoc Apollinis filium exiſtima-
tum. Eadem Atia priùs quàm pareret, ſomniauit inteſtina ſua ferri
ad ſidera, explicaríque per omnem terrarum & cæli ambitum. Som-
niauit & pater Octauius, vtero Atiæ iubar ſolis exortum. Quo natus
eſt die, cùm de Catilinæ coniuratione ageretur in curia, & Octauius
ob vxoris puerperium ſeriùs adfuiſſet, nota ac vulgata res eſt, P. Ni-
D gidium comperta moræ cauſſa, vt horam quoque partus acceperit,
affirmaſſe, dominum terrarum orbi natum. Octauio poſteà cùm per
ſecreta Thraciæ exercitum duceret, in Liberi patris luco barbara cæ-
rimonia de filio conſulenti, idem affirmatum eſt à ſacerdotibus: quòd
infuſo ſuper altaria mero, tantum flammæ emicuiſſet, vt ſupergreſſa
faſtigium templi ad cælum vſque ferretur: vnique olim omnino
Magno Alexandro apud eaſdem aras ſacrificanti, ſimile proueniſſet
oſtentum. Atque etiam ſequenti nocte ſtatim videre viſus eſt filium
mortali ſpecie ampliorem, cum fulmine & ſceptro, exuuiíſque Iouis
Opt. Max. ac radiata corona ſuper laureatum currum, bis ſenis equis

candore eximio trahentibus. Infans adhuc, vt ſcriptum apud C. Dru- A
ſum exſtat, repoſitus veſpere in cunas à nutricula, loco plano, poſtera
luce non comparuit: & diu quæſitus, tandem in altiſsima turri reper-
tus eſt, iacens contra Solis exortum. Cùm primùm fari cœpiſſet, in a-
uito ſuburbano obſtrepentes forte ranas ſilere iuſsit: atque ex eo ne-
gantur ibi ranę coaxare. Ad quartum lapidem Campanæ viæ, in nemo-
re prandenti, ex improuiſo aquila panem ei è manu rapuit: & cùm al-
tiſsimè volaſſet, rurſus ex improuiſo leniter delapſa reddidit. Q. Catu-
lus poſt dedicatum Capitolium, duabus continuis noctibus ſomniauit:
prima, Iouem Opt. Max. prætextatis compluribus circum aram lu- B
dentibus, vnum ſecreuiſſe: atque in eius ſinum ſignum Reip. quod
manu geſtaret, repoſuiſſe. at in ſequenti, animaduertiſſe ſe in gremio
Capitolini Iouis eundem puerum: quem cùm detrahi iuſsiſſet, prohibi-
tum monitu Dei, tamquam is ad tutelam Reip. educaretur. Ac die pro-
ximo obuium ſibi Auguſtum, cùm incognitum aliàs haberet, non ſine
admiratione contuitus, ſimillimum dixit puero de quo ſomniaſſet.
Quidam prius ſomnium Catuli aliter exponunt, quaſi Iupiter complu-
ribus prætextatis tutorem à ſe poſcentibus, vnum ex eis demonſtraſſet,
ad quem omnia deſideria ſua referrent: eiuſq; oſculum delibatum digi-
tis ad os ſuum retuliſſet. M. Cicero C. Cæſarem in Capitolium proſe- C
cutus, ſomnium priſtinæ noctis familiaribus fortè narrabat: puerum,
facie liberali, demiſſum cœlo, catena aurea, ad fores Capitolij conſti-
tiſſe, eique Iouem flagellum tradidiſſe: deinde repente Auguſto viſo,
quem ignotum adhuc pleriſque auunculus Cæſar ad ſacrificandum ac-
ciuerat, affirmauit ipſum eſſe cuius imago ſecundum quietem ſibi ob-
uerſata ſit. Sumenti virilem togam, tunica lati claui reſuta ex vtraque
parte, ad pedes decidit. Fuerunt qui interpretarentur, non aliud ſignifi-
care quàm vt is ordo cuius inſigne id eſſet, quandoque ei ſubjiceretur.
Apud Mundam D. Iulius caſtris locum capiens, cùm ſiluam cæderet,
arborem palmæ repertam conſeruari, vt omen victorię, iuſsit: ex ea D
continuò enata ſoboles, adeò in paucis diebus adoleuit, vt non æqui-
pararet modò matricem, verùm etiam obtegeret, frequentaretúrque
columbarum nidis: quamuis id auium genus duram & aſperam fron-
dem maximè vitet. Illo & præcipuè oſtento motum Cæſarem ferunt, ne
quem alium ſibi ſuccedere quàm ſororis nepotem vellet. In ſeceſſu A-
polloniæ Theogenis mathematici pergulam comite Agrippa adſcende-
rat: cùm Agrippæ, qui prior conſulebat, magna, & pæne incredibilia
prædicerentur, reticere ipſe genituram ſuam, nec velle edere, perſeuera-
bat, metu ac pudore ne minor inueniretur. Qua tamen poſt multas ad-
hortationes vix & cunctanter edita, exſiliuit Theogenes, adorauitque
eum.

A eum. Tantam mox fiduciam fati Auguſtus habuit, vt thema ſuum vulgauerit, nummumq; argenteum nota ſideris Capricorni, quo natus eſt, percuſſerit.

POST necem Cæſaris, reuerſo ab Appollonia & ingrediente eo vrbem, repentè liquido ac puro ſereno, circulus ad ſpeciem cæleſtis arcus orbem Solis ambijt: ac ſubinde Iuliæ Cæſaris filiæ monumentum fulmine ictum eſt. Primo autem conſulatu ei augurium capienti, duodecim ſe vultures, vt Romulo, oſtenderunt: & immolanti omnium victimarum iocinera replicata intrinſecus ab ima fibra paruerunt: B nemine peritorum aliter coniectante, quàm læta per hæc & magna portendi. XCV.

QVIN & bellorum omnium euentus ante præſenſit. Contractis ad Bononiam Triumuirorum copijs, aquila tentorio eius ſuperſedens, duos coruos hinc & inde infeſtantes afflixit, & ad terram dedit: notante omni exercitu, futuram quandoque inter collegas diſcordiam talem, qualis ſecuta eſt, ac exitum præſagiente. In Philippis, Theſſalus quidam de futura victoria nuntiauit, auctore D. Cæſare, cuius ſibi ſpecies itinere auio occurriſſet. Circa Peruſiam ſacrificio non litante, cùm augeri hoſtias imperaſſet: ac ſubita eruptione hoſtes omnem rei C diuinæ apparatum abſtuliſſent: conſtitit inter haruſpices, quæ periculoſa & aduerſa ſacrificanti denuntiata eſſent, cuncta in illos recaſura qui exta haberent. Neque aliter euenit. Pridie quàm Sicilienſem pugnam claſſe committeret, deambulanti in littore, piſcis è mari exſiluit, & ad pedes iacuit. Apud Actium deſcendenti in aciem, aſellus cum aſinario occurrit: Eutychus, homini, beſtię, Nicon, erat nomen. Vtriuſque ſimulacrum æneum victor poſuit in templo, in quod caſtrorum ſuorum locum vertit. XCVI.

MORS quoque eius, de qua dehinc dicam, diuinitáſque poſt mortem, euidentiſsimis oſtentis præcognita eſt. Cùm luſtrum in campo D Martio magna populi frequentia conderet, aquila eum ſæpius circumuolauit: tranſgreſſaq; in vicinã ædem, ſuper nomen Agrippæ ad primam litterã ſedit: quo animaduerſo, vota, quæ in proximum luſtrũ ſuſcipi mos eſt, collegã ſuum Tiberium nuncupare iuſsit. Nam ſe, quamquam conſcriptis paratíſq; iam tabulis, negauit ſuſcepturum quæ non eſſet ſoluturus. Sub idem tẽpus ictu fulminis ex inſcriptione ſtatuæ eius prima nominis littera effluxit. Reſponſum eſt, cẽtum ſolos dies poſthac victurum, quem numerum C littera notaret: futurúmque vt inter deos referretur, quòd AESAR, id eſt, reliqua pars è Cæſaris nomine, Etruſca lingua Deus vocaretur. Tiberium igitur in Illyricum dimiſſurus, & Beneuentum vſque proſecuturus, cùm interpellatores alijs atq; XCVII.

alijs cauſis in iure dicendo detinerent, exclamauit, (quod & ipſum mox A
inter omina relatum eſt,) Non, ſi omnia morarentur, ampliùs ſe poſthac
Romæ futurum. Atq; itinere inchoato, Aſturam perrexit: & inde, præter conſuetudinem, de nocte ad occaſionem auræ euectus eſt.

XCVIII. CAVSSAM valetudinis contraxit ex perfluuio alui. Tunc Cãpaniæ ora, proximíſque inſulis circuitis, Caprearum quoque ſeceſſui quatriduum impendit: remiſsiſsimo ad otium & ad omnem comitatem animo. Fortè Puteolanum ſinum præteruehenti, vectores nautæque de naui Alexandrina, quæ tantum quod appulerat, candidati, coronatique, & thura libantes, fauſta omina & eximias laudes congeſſerant: Per illum ſe viuere: per illum nauigare: libertate atque fortunis B
per illum frui. Qua re admodum exhilaratus, quadragenos aureos comitibus diuiſit: iuſque iurandum, & cautionem exegit à ſingulis, non aliò datam ſummam, quàm in emptionem Alexandrinarum mercium abſumturos. Sed & cæteros continuos dies, inter varia munuſcula, togas inſuper ac pallia diſtribuit: lege propoſita, vt Romani Græco, Græci Romano habitu & ſermone vterentur. Spectauit aſsiduè & exercentes ephebos, quorum aliqua adhuc copia ex vetere inſtituto Capræis erat. Iiſdem etiam epulum in conſpectu ſuo præbuit, permiſſa, immò exacta iocandi licentia, diripiendíque pomorum & obſoniorum, rerumque
miſsilium. Nullo denique genere hilaritatis abſtinuit. Vicinam Capreis C
inſulam ἀπραγόπολιν appellabat, à deſidia ſecedentium illuc è comitatu ſuo. Sed ex dilectis vnum Maſgabam nomine, quaſi conditorem inſulæ, κτίστην vocare conſueuerat: huius Maſgabæ, ante annum defuncti, tumulum cùm ex triclinio animaduertiſſet magna turba multiſq; luminibus frequentari, verſum compoſitum ex tempore clarè pronuntiauit,

Κτίστου δὲ τύμβον εἰσορῶ πυρούμενον.

Conuerſusque ad Thraſyllum Tiberij comitem, contrà accubantem,
& ignarum rei, interrogauit cuiuſnam poëtæ putaret eſſe: quo hæſitan- D
te, ſubiecit alium:

Ὁρᾷς φάεσσι Μασγάβαν τιμώμενον;

de hoc quoque conſuluit: cum ille nihil aliud reſponderet, quàm cuiuſcumque eſſent, optimos eſſe: cachinnum ſuſtulit, atque in iocos effuſus eſt. Mox Neapolim traiecit, quamquam & tum infirmis inteſtinis morbo variante: tamen & quinquennale certamen gymnicum honori ſuo inſtitutum perſpectauit: & cum Tiberio ad deſtinatum locum contendit. Sed in redeundo, aggrauata valetudine, tandem Nolę ſuccubuit: reuocatúmque ex itinere Tiberium, diu ſecreto ſermone detinuit,

A nuit, neque pòſt vlli maiori negotio animum accommodauit.

SVPREMO die identidem exquirens, an iam de ſe tumultus XCIX. foris eſſet, petito ſpeculò, capillum ſibi comi, ac malas labentes corrigi præcepit. Et amicos admiſſos percunctatus, Ecquid ijs videretur mimum vitæ commodè tranſegiſſe, adiecit & clauſulam:

Δότε κρότον, καὶ πάντες ὑμεῖς μετὰ χαρᾶς κτυπήσατε.

Omnibus deinde dimiſsis, dum aduenientes ab vrbe de Druſi filia ægra interrogabat, repentè in oſculis Liuiæ, & in hac voce defecit: Liuia noſtri coniugij memor viue, ac vale: ſortitus exitum B facilem, & qualem ſemper optauerat. Nam ferè quoties audîſſet, citò ac nullo cruciatu defunctum quempiam, ſibi & ſuis *εὐθανασίαν* ſimilem (hoc enim & verbo vti ſolebat) precabatur. Vnum omninò ante efflatam animam ſignum alienatæ mentis oſtendit, quod ſubitò pauefactus, à quadraginta ſe iuuenibus abripi queſtus eſt. Id quoque magis præſagium quàm mentis diminutio fuit: ſiquidem totidem milites Prætoriani extulerunt eum in publicum.

OBIIT in cubiculo eodem quo pater Octauius: duobus Sextis, C. Pompeio & Appuleio COSS. XIIII. Kal. Septembris, hora diei nona, ſeptuageſimo & ſexto ætatis anno, diebus quinque & triginta mi-C nus. Corpus Decuriones municipiorum & coloniarum à Nola Bouillas vſque deportârunt: noctibus propter anni tempus cùm interdiu in baſilica cuiuſque oppidi, vel in ædium ſacrarum maxima reponeretur. A Bouillis equeſter ordo ſuſcepit, vrbíque intulit, atque in veſtibulo domus collocauit. ſenatus & in funere ornando, & in memoria honoranda eo ſtudio certatim progreſſus eſt, vt inter alia complura cenſuerint quidam funus triumphali porta ducendum, præcedente Victoria, quæ eſt in curia, canentibus næniam principum liberis vtriuſque ſexus. Alij exſequiarum die ponendos anulos aureos ferreoſque ſumendos: nonnulli legenda oſſa per ſacerdotes ſummorum collegiorum. Fuit & qui D ſuaderet appellationem menſis Auguſti in Septembrem transferendam: quòd hoc genitus Auguſtus, illò defunctus eſſet. Alius, vt omne tempus à primo die natali ad exitum eius, ſeculum Auguſtum appellaretur, & ita in faſtos referretur. Verùm adhibito honoribus modo, bifariam laudatus eſt: pro ædè D. Iulij à Tiberio: & pro Roſtris Sub veteribus, à Druſo Tiberij filio, ac ſenatorum humeris delatus in Campum, crematusque. Nec defuit vir prætorius qui ſe effigiem cremati euntem in cælum vidiſſe iuraſſet. Reliquias legerunt primores equeſtris ordinis, tunicati & diſcincti, pedibusque nudis, ac in Mauſoleo condiderunt. Id opus inter Flaminiam viam, ripamque Tiberis, ſexto

ſuo

ſuo conſulatu exſtruxerat: circumiectaſque ſiluas & ambulationes in vſum populi tunc iam publicarat.

CI. TESTAMENTVM, L. Planco, C. Silio, COSS. III. Nonas Aprilis ante annum & quatuor menſes quàm decederet, factum ab eo, ac duobus codicibus, partim ipſius, partim libertorum Polybij & Hilarionis manu ſcriptum, depoſitumque apud ſe virgines Veſtales, cum tribus ſignatis æquè voluminibus protulerunt. Quæ omnia in ſenatu aperta atque recitata ſunt. Heredes inſtituit primos, Tiberium ex parte dimidia, & ſextante, Liuiam ex parte tertia, quos & ferre nomen ſuum iuſsit: ſecundos Druſum Tiberij filium ex triente, & ex partibus reliquis Germanicum liberoſque eius tres ſexus virilis: tertio gradu, propinquos amicoſque complures. Legauit populo Rom. quadringenties, tribubus tricies quinquies HS. Prætorianis militibus ſingula millia nummorum. cohortibus vrbanis quingenos: legionarijs trecentos nummos: quam ſummam repræſentari iuſsit: nam & confiſcatam ſemper repoſitámque habuerat. Reliqua legata variè dedit: produxitq; quædam ad vicena ſeſtertia: quibus ſoluendis annuum diem finijt, excuſata rei familiaris mediocritate: nec plus peruenturũ ad heredes ſuos, quàm millies & quingenties profeſſus: quamuis viginti proximis annis quaterdecies millies ex teſtamentis amicorum percepiſſet: quod pæne omne cum duobus paternis patrimonijs, cæteriſque hereditatibus in Remp. abſumpſiſſet. Iulias, filiam neptémque, ſi quid his accidiſſet, vetuit ſepulchro ſuo inferri. De tribus voluminibus, vno, mandata de funere ſuo complexus eſt: altero, indicem rerum à ſe geſtarum: quem vellet incidi in æneis tabulis, quæ ante Mauſoleum ſtatuerentur: tertio, breuiarium totius imperij, quantum militum ſub ſignis vbique eſſet, quantum pecuniæ in ærario & fiſcis, & vectigaliorum reſiduis. Adiecit & libertorum ſeruorumq; nomina, à quibus ratio exigi poſſet.

A

LVDOVICI NONNI

COMMENTARIVS

IN

B

AVGVSTI CAESARIS

NOMISMATA.

TABVLA PRIMA.

C

CAESAR DIVI F. III. VIR. R. P. C. Γ. ΙΟΥΛΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ ΤΡΙΩΝΑΝΔΡΩΝ. *C. Iulius Cæſar Triumuir*. Prima hæc Tabula producit nummos, qui nomen tantum Cæſaris Auguſti habent, quod per adoptionem ſumpſit: nam cum Caius Octauius Cæpias vocaretur, vt Dion refert, interfecto à Senatu auunculo C. Iulio Cæſare, vt ſe hæredem & in filium adoptatum cognouit, Apollonia relicta, vbi tum temporis ſtudijs operam dabat, Romam venit, &
D C. Antonium Marci Fratrem Prætorem vrbanum, teſte Appiano accedens, adoptionem ſe accipere profeſſus eſt; quo relato in acta Publica per ſcribas C. Iulius Cæſar vocatus fuit. Dion verò promulgatione Legis Curiatæ dicit opus fuiſſe, vt in Cæſaris familiam adoptaretur; quam cùm Antonius varijs artibus impediret, Cæſar eandem proximo anno in Conſulatu ſuo pertulit. Ea lege adoptiui idem iuris aſſequebantur, quo legitimi filij vtebantur, nimirum vt & propinquos, gentem, familiam & liberos adoptantium obtinerent.

A

TABVLA II.

VT legentium tædio ſubueniam, aliquot tantum nummos explicabo, qui à Cæteris diuerſi aliquantulum ſint; nam inutilis illa repetitio cui bono?

XVIII. C. CAESAR DIVI IVLI F. IMP. AVGVR. PONT. III. VIR R. P. C. Imperator vocatus fuit, bello Mutinenſi contra Antonium, quando A. Hirtius Conſul audito euentu ſiniſtræ pugnæ, quo Victor Antonius Panſæ Collegæ copias profligauerat, redeuntem B Antonium inualit, fuſiſque eius copijs ipſum in fugam vertit, ob quam victoriam Conſul vterq; & Cæſar à militibus & Senatu Imperatores appellati ſunt. Augur etiam fuit & Pontifex. in ſequentibus verò nummis & Pontifex Maximus dicetur defuncto ſcilicet Lepido, nam illo viuo Pont. Max. noluit occupare.

XXI. IMPERATOR CAESAR PONT. IMPER. ITERVM. III. VIR. ITERVM. R. P. C. Hac inſcriptione bis occurrit Imperatoris nomen: Primum enim Honoris cauſſa illi impoſitum, quod Iulio à Senatu datum, & ſequentes omnes Cęſares vſurpârunt; ſecundum verò propter nouam Victoriam illi datum, vnde iterum Imperator. Sed C lubet Dionis verbis hæc illuſtrare, ne ſæpius idem cogamur repetere lib. XLIV. Imperatoris quoque nomen non antiqua tantum pro conſuetudine, quia id cum alij, tum ipſe quoque ſæpius ex bello reportauerat, neque ea ratione, quod ei merum imperium abſolutamque poteſtatem deferrent, Cæſari tribuerunt; ſed eo modo, quo nunc jis qui ſummum imperium obtinent, tum Iulio Cæſari primum impoſuerunt, tanquam ipſi proprium: eò etiam adulationis progreſſi ſunt, vt filios quoq; eius, nepoteſq; ita nominari iuberent, quum neque filium vllum ipſe haberet, & iam ſenex eſſet; id verò nomen Imperatoris à Iulio, quemadmodum & Cæſaris; nomen tanquam peculiare ſummi Imperij cognomen- D tum, ad omnes deinceps Imperatores demanauit, non tamen ſublata antiqua huius nominis ratione, ſed vtraq; integra: itaque Iterum, eis tribuitur etiam, quando Victoriam aliquam obtinuerunt; nam qui ſunt Imperatores, ſemel hac appellatione, ſicut & alijs adeoq; prima vtuntur, qui verò in bello hac appellatione aliquid dignum geſſerunt, is antiqua conſuetudine Imperator denuo ſalutatur; vnde fit, vt qui Secũdo, Tertio, ac toties omnino quoties id mereatur, Imperator nuncupatur. Signatus fuit hic nummus ſecundo quinquennio Triumuiratus.

TABV-

A
TABVLA III. IV. V.

TRES hæ tabulæ de Auguſto vt Diui Iulij filio loquuntur. IMP. CAESAR DIVI IVLI F. & ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡ ΚΑΙΣΑΡ ΘΕΙΟΥ ΥΙΟΣ. *Imp. Cæſar Diui Filius.* Sępe Iuli & Auguſti effigies coniunctæ, interdum M. Antonij & Auguſti, vt nummo 43. interdum M. Agrippæ cum roſtrata Corona, & Auguſti vt 45. Quid verò ſibi vult fulmen XLI. & XLIV. nummis appoſitum, incertus ſum, ni forte quod Monet Dion, Iulium Cæſarem inter cę-
B teros honores quos fœda Senatorum delatio illi detulit, Iouem eſſe vocatum.

TABVLA VI.

IMP. CAESAR DIVI F. PONT. IMP. TER. COS. ITERVM. ET TER. DESIG. Primum Conſulatum Auguſtus contra leges Annarias, hoc eſt vigeſimo ætatis anno inuaſit, idque admoto ad vrbem exercitu, cum Q. Pedio cohærede ſuo. Suetonius cap. XXVI. *Conſulatum XX. ætatis anno inuaſit, admotis hoſtiliter ad vrbem le-*
C *gionibus, miſſiſque qui ſibi nomine exercitus depoſcerent; cùm quidem cunctante Senatu, Cornelius Centurio princeps legationis, reiecto ſagulo oſtendens gladij capulum, non dubitaſſet in Curia dicere, hic faciet ſi vos non feceritis.*

Occupauit autem Conſulatum anno ab V. C. DCCX. ſecundum verò Conſulatum geſsit teſte Suetonio, nonum poſt annum, Faſti verò Capitolini poſt decem annos dicunt, cum L. Volcatio Tullo. Sed ipſe Auguſtus abdicauit, & in eius locum Conſul factus L. Antronius Pætus; Dion verò anno ab V.C. DCCXXI. Secundum Conſulatum geſſiſſe dicit. Tertium verò Conſulatum iniuit ſecundùm Faſtos Anno V. C. DCCXXII. Collega M. Valerio Meſſala Coruino, Dion verò in
D annum DCCXXIII. rejicit, ſed cũ Faſtis conſentit Suetonius; ſecundum Conſulatum poſt IX. annos, tertium anno interiecto geſsiſſe, ſequentes vſque ad XI. continuauit.

CAESAR DIVI F. AVGVR. PONT. IMP. QVART. COS. TER. Hoc tertio Conſulatu, bellum ciuile cum Antonio & Cleopatra geſtum, vt Faſti docent.

CAESAR DIVI F. IMP. V. COS. IV. Collega M. Licinio Craſſo quartum Conſulatum Auguſtus iniuit, quo tempore bellum Alexandrinum geſsit, quo Antonius & Cleopatra ſibi manus intulerunt, ille ferro, hæc admota Aſpide.

IMP. CAESARI DIVI F. COS. V. IMP. VI. S. P. Q. R. A Quintum Conſulatum cum Sexto Apuleio Sex. F. iniuit, quo anno ſecundùm Faſtos, Pater Patriæ appellatus eſt. quod verò adiectum eſt S. P. Q. R. ad ſtatuam Equeſtrem referendum, quæ in auerſa nummi parte ſpectatur à Populo Romano illi poſita. de qua infra.

ΚΑΙΣΑΡ ΟΥΠΑΤΟΣ. Ε. ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ. ς. *Cæſar Conſul quinto, Imperator ſexto.*

IMP. CAESARI DIVI F. COS. V. PP. IMP. VII. S. P. Q. R. hoc Conſulatu Pater Patriæ vocatus. Faſti Capitolini. *Imperator Cæſar Diui F. C. N. Octauianus in hoc honore Republica conſeruata, à Senatu Po-* B *puloque Romano Pater Patriæ appellatus eſt.*

CAESAR DIVI F. COS. VI. Cum M. Vipſanio Agrippa II. hunc Conſulatum geſsit, quo tempore Reipub. Conſtituendæ poteſtatem in Decennium accepit. Capricornus hic conſpicitur, qui Auguſti Horoſcopus. de quo infra.

IMP. CAESAR. COS. VI. LIBERTATIS P. R. VINDEX. Cur libertatis P. R. Vindex dictus, cum illam oppreſſerit? an ad Victoriam Actiacam reſpicit, qua debellatus cum Cleopatra Antonius, qui Reip. quaſi ſeruitium minabantur; nam Cleopatra ab Antonio imperium Romanum petierat. Florus lib. III. cap. XI. *Hæc mulier Ægyptia, ab* C *Ebrio Imperatore, pretium libidinum, Romanum imperium petit: & promiſit Antonius, quaſi facilior eſſet Partho Romanus.* Propertius lib. III. Elegia II.

Coniugis obſcæni pretium Romana popoſcit,
Mœnia, & addictos in ſua regna patres.

TABVLA VII.

CAESAR AVGVSTVS DIVI F. PATER PATRIAE. Caio Cæſari Octauiano, Auguſti nomen inditum Munaci Planci ſententia Suetonio teſte. cap. VII. *Cum quibuſdam cenſentibus* D *Romulum appellari oportere, quaſi & ipſum conditorem vrbis, præualuiſſet vt Auguſtus potius vocaretur, non tantum nouo ſed etiam ampliore cognomine, quod loca quoque religioſa, & in quibus augurato quid conſecratur Auguſta dicantur, ab auctu, vel auium geſtu, guſtuue; ſicut etiam Ennius docet, ſcribens.*

Auguſto Augurio poſtquam inclyta condita Roma eſt.

Sed clarius hoc Ouidius explicat.

Sancta vocant Auguſta Patres, Auguſta vocantur
Templa, Sacerdotum rite dicata manu.

Græci

A Græci vero ΣΕΒΑΣΤΟΝ vocârunt, quaſi venerandum dicas.
Dion refert illum ſummopere Romuli nomen affectaſſe: ſed quia hinc
putabat ſe ſuſpectum regni affectati fore, omiſſo illo, Auguſti nomen
ſumſiſſe, quo deinceps vſus eſt.

ΚΑΙΣΑΡΑ ΣΕΒΑΣΤΟΝ ΠΑΤΕΡΑ ΠΑΤΡΙΔΟΣ: *Cæſarem
Auguſtum Patrem Patriæ.*

AVGVSTVS DIVI F. PATER PATRIAE. Quinto ſuo
conſulatu Patris Patrię nomen illi datum. Suetonius cap. LVIII. *Patris
Patriæ cognomen vniuerſi repentino maximoq́ue conſenſu detulerunt ei, prima
plebs legatione Antium miſſa, dein quia non recipiebat, ineunti Romæ ſpectacula,*
B *frequens & Laureata, mox in Curia Senatus, neque decreto, neque acclamatio-
ne: ſed per Valerium Meſſalam, id mandantibus cunctis. Quod bonum,* inquit,
*fauſtumq́ue ſit tibi domuiq; tuæ, Cæſar Auguſte (ſic enim nos perpetuam fœlicita-
tem Reip. & læta huic præcari exiſtimamus) Senatus te conſentiens cum Populo
Romano, conſalutat, Patriæ Patrem. Cui lacrymans reſpōdit Auguſtus his ver-
bis; (ipſa enim, ſicut Meſſala, poſui) compos factus votorum meorum P. C. quid
habeo aliud Deos immortales precari, quam vt hunc conſenſum veſtrum ad vl-
timum vitæ mihi perferre liceat.*

AVGVSTVS. PP. OB CIVES SERVATOS. Caput Auguſti
incluſum Coronæ querneæ.

C AVGVSTVS DIVI F. COS. VII. CIVIBVS SERVATIS.
M. Vipſanio Agrippa III. Collega. Septimum conſulatum geſsit. quo
tempore Auguſti nomine vocatus fuit. Faſti Capitolini. IMP. CAE-
SAR. DIVI F. C. N. OCTAVIANVS. M. VIPSANIVS L. F.
AGRIPPA. III. QVI IN HOC HONORE AVGVSTVS AP-
PELLATVS EST. Ipſe Auguſtus ſpectatur cum Corona quernea.
nobiliſsima hæc corona dabatur illis qui ciuem in prælio ſeruaſſent, vn-
de & ciuica dicta, Auguſto verò data, quod compoſitis inteſtinis bellis
P. R. ab interitu vindicaſſet; vnde Plinius, *dedit hanc Auguſtus Coronam
(Roſtratam) Agrippæ, ſed Ciuicam à genere humano accepit*; de qua Gellius
D lib. V. cap. VI. *Ciuica Corona appellatur, quam ciuis ciui à quo ſeruatus eſt in
prœlio, teſtem vitæ ſalutiſq; perceptæ dat, ea fit è fronde quernea, quoniam ci-
bus victuſq; antiquiſſimus quercus capi ſolitus: fit etiam ex Ilice quod genus ſu-
periori proximum eſt.* Citat mox quibus illa conditionibus dari ſolebat ex
Maſſurio. Ciuica tunc dari ſolita, quum is qui Ciuem ſeruauerat, eodem
tempore etiam hoſtem occiderat, neque locum in ea pugna reliquerat, a-
liter ius Ciuicæ negat conceſſum.

TABVLA VIII. IX. X. A

TRIBVS hiſce tabulis nil niſi Cæſaris Auguſti nomen occurrit, iſque aliquando Laurea vel ciuica coronatus.

TABVLA XI.

IMP. CAESARI AVGVSTO S. P. Q. R. Imperatoris nomen deinceps tanquam dignitatem, qua ſupra omnes emineret, perpetuò B geſsit, & poſt illum, tanquam hæreditario nomine ſequentes Cæſares vſi ſunt.

TABVLA XII.

ΚΑΙΣΑΡ ΑΥΓΟΥΣΤΟΣ. Rarum eſt Græcos Auguſti nomine vti, cum ΣΕΒΑΣΤΟΣ illis ſit familiare.

MVNICIPIVM CALAGVRIS IVLIA. Duplex in Hiſpania citeriore Calaguris, quarum vna Naſcica dicta, inter Naſcicos populos prope Oſcam ſita; altera verò Fibularia cognomine, Ptolomæo C Calagorina vocata: vtra verò Calaguris Iulia, in honorem Iulij Cæſaris, non eſt huius loci diſſerere: videat Lector Hiſpaniam meam cap. XXCI. Ex hac vrbe Auguſtus cohortem habuit Calaguritanorum, cuſtodiæ cauſſa. Suetonius XLIX. *Certum numerum partim in vrbis, partim in ſui cuſtodiam allegit, dimiſſa Calaguritanorum manu, quam vſque ad deuictum Antonium, item Germanorum, quam vſque ad cladem Varianam inter Armigeros circa ſe habuit.*

AVGVSTVS. COLONIA VICTRIX CELSA. Ita enim legendum monet Doctiſsimus Antonius Auguſtinus. Erat autem ſita Colonia Celſa ad oras Hiberi fluminis, vulgò Vililla dicta, Campanæ D ſono, certis temporibus in prodigioſis caſibus ſponte edito, celebris. Vide eiuſdem Dialogos Antiq. Dial. VI.

TABVLA XIII.

CAESAR DIVI F. AVGVSTVS. COS. VIII. PP. IMP. VII. Anno V. C. DCCXXVII. Auguſtus octauum Conſulatum Collega T. Statilio Tauro II. geſsit.

AVGVSTVS DIVI F. COS. IX. IMP. VIII. Sequenti anno cum M. Iunio D. F. M. N. Silano Conſul fuit.

AVGV-

AVGVSTVS. PP. Coſ. X. anno V. C. DCCXXIX. Collega C. Norbano Flacco decimum Conſulatum geſsit.

CAESARI AVGVSTO DIVI F. COS. XI. TRIB. POTES. S. P. Q. R. Nono ſuo Conſulatu, quo collegam habuit A. Terentium, Varronem Murænam, oblatam Dictaturam recuſauit, & Tribunitiam Poteſtatem accepit. Faſti. IMP. CAESAR DIVI F. C. N. AVGVSTVS DICTATOR PERPETVVS APPELLATVS EST. ABDICAVIT EX A. D. V. KAL. IVLI. TRIBVNITIA POTESTATE ACCEPTA.

Velleius tamen negat Dictaturam accepiſſe lib. II. *Nam Dictaturam quam pertinaciter ei deferebat populus, tam conſtanter reppulit.* De Tribunitia poteſtate Dion lib. III. *At Tribunitia poteſtas, quam præclariſsimus quiſque Imperator olim habuit, efficit vt intercedere ijs quæ ab alijs contra ipſorum placitum mouere poſsint, ac Sacroſancti ſint, ita vt vel minimo ſermone ſe ab aliquo læſos exiſtiment, cùm indicta cauſſa, tanquam qui ſe piaculo obſtrinxerit, necare queant: gerere quidem Tribunatum plebis nefas ducunt Imperatores, quum vtiq; ipſi Patritij ſint, omnem verò Tribunitiam poteſtatem, quanta vnquam maxima fuit accipiunt, & quia quotannis eam cum Tribunis plebis eius anni renouant, annorum Imperij ipſorum hinc ſumma concipi ſolet.*

ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ ΔΗΜΑΡΧΙΚΗΣ ΕΞΟΥΣΙΑΣ. *Imperator Auguſtus Tribunitiæ poteſtatis.*

TABVLA XIV.

AVGVSTO DIVI F. COS. XI. TRIBVNITIAE POTESTATIS. II. IMP. VIII. Hoc & ſequentibus nomiſmatis, Tribunitiæ poteſtatis annos annumeratos videmus: accepit autem Trib. Poteſtatem, niſi fallunt Faſti Anno V. C. DCCXXX. Licèt illi decreta fuit Anno DCCXXIV.

Tacitus lib. III. Annalium dicit Auguſtum hanc dignitatem primum repperiſſe. *Tiberius Poteſtatem Tribunitiam Druſo petebat. id ſummi faſtigij vocabulum Auguſtus repperit, ne Regis aut Dictatoris nomen adſumeret, ac tamen appellatione aliqua cætera imperia præmineret. M. dein Agrippam ſocium eius poteſtatis, quo defuncto Tiberium Neronem dilegit, ne ſucceſſor in incerto foret.* Sed Cæſari Iulio primùm dignitas hæc oblata Dion lib. XLII. Refert Cæſarem admiſiſſe vt Dictator in integrum annum diceretur, & Tribunitiam poteſtatem per omne æuum haberet. Non ergo vocis huius auctor Auguſtus, ſed hoc tamen verum, Cæſarem eo titulo publicè non vſum. Sed quia Auguſtus primus illo vſus fuit, ideo eius origo meritò ad ipſum refertur.

AVGV-

AVGVSTVS DIVI F. PONT. MAX. TR. POT. X. COS. XI. IMP. XI. Hac tabula Tribuniciæ poteſtatis anni ad X. vſque numerantur, Pont. etiam Maximi Titulo adiecto; ſiquidem viuo M. Lepido nunquam Pontificatum Maximum auferre Auguſtus voluit, ſed illo defuncto, dignitatē hanc accepit; quod accidit anno V. C. DCCL. Faſti IMP. CAESAR DIVI F. AVGVSTVS PONT. MAXIMVS FACTVS EST. Quod hoc anno accidit quo Trib. Pot. X. accepit.

TABVLA XV.

CAESAR AVGVSTVS PONT. MAX. TRIB. POT. Victoria quæ Coronam Auguſti capiti videtur imponere.

ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ ΑΡΧΙΕΡΗΣ ΜΕΓΙΣΤΟΣ. ΔΗΜΑΡΧΙΚΗΣ ΕΞΟΥΣΙΑΣ. *Cæſar Auguſtus, Pont. Max. Trib. Poteſtatis.* Cæteri etiam nummi nihil peculiare habent præter annos Trib. Pot.

TABVLA XVI. XVII.

DVABVS hiſce tabulis Tribuniciæ poteſtatis anni ad XXXV. referuntur. nummo vero. 188. XII. Conſulatum habet.

IMP. CAESAR DIVI F. AVGVSTVS COS. XII. PP. Duodecimum Conſulatum Auguſtus Collega L. Cornelio Sulla, geſsit poſt vndecimum Conſulatum, Octodecim annis interiectis. Is enim fuit anno V. C. DCCXXX. Hic verò XII. Conſulatus DCCXLVIII. Decimumtertium verò geſsit Collega M. Plautio Siluano, triennio poſt anno DCCLI.

TABVLA XVIII. XIX.

DIVOS AVGVSTVS DIVI F. & DIVVS AVGVSTVS, & DIVVS AVGVSTVS PATER. Omnes hi nummi in honorem Auguſti poſt eius Apotheoſim ſignati ſunt, pleriq́ue cum Corona radiata. Talis autem Corona in prioribus Imperatoribus conſecrationem denotabat, in poſterioribus promiſcuè poſitæ videntur; vt obſeruauit Vir Doctus Adolphus Occo: veteres autem ſolares illos radios diuinitatis typum fecerunt, vt in Iulio diximus. habet autem Solis Corona duodecim radios, quia Signa Zodiaci Duodecim annuo curſu pertranſit.

TABV-

A

TABVLA XX. XXI.

KAΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ. ΚΑΙ ΙΟΥΛΙΑ ΣΕΒΑΣΤΗ. *Cæſar Auguſtus, & Iulia Auguſta.* Siue Liuia eius vxor.

ΘΕΙΟΥ ΚΑΙΣΑΡΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΥ ΘΕΙΑΣ ΙΟΥΛΙΑΣ ΣΕΒΑΣΤΗΣ. *Diui Cæſaris Auguſti. Diuæ Iuliæ Auguſtæ.*

Nummi hi ſignati fuerunt poſt mortem Auguſti, in eius & Liuiæ B vxoris honorem. Auguſtus enim repudiata Scribonia ob morum peruerſitatem, licet ex illa Iuliam ſuſcepiſſet; Liuiam Druſillam Liuij Druſi Claudiani Filiam, Tiberij Neronis vxorem (quæ tempore ciuilis belli cum marito & filio Tiberio, ad Antonium aufugit) iam ſexto menſe grauidam, in ſuum matrimonium deſpondente etiam Nerone marito, ad ſe traduxit; dilexitque ac probauit vnicè, cōſultis interim per ludibrium Pontificibus, an Liuia concepto necdum edito partu, rite in alienam domum enuberet. Teſtamento mox Auguſti adoptata fuit in familiam Iuliam nomenq; Auguſtæ, vnde in nomiſmatibus paſsim Diuæ Iuliæ, & Iuliæ Auguſtæ, nuſquam penè Liuiæ mentio occurrit. Adpinguntur C frequenter ſtellæ aliquando Luna & Stella: quod oſtendit cælo illos receptos & inter cæleſtia corpora verſari.

TABVLA XXII.

DIVVS IVLIVS. Omnes hi nummi ſpectant ad conſecrationem & diuinitatem ipſius Iulij Cæſaris. De crinita Stella quæ vel Iulij vertici ſuperpoſita, & nonnunquam ſeorſum cernitur D ſupra dictum aliquoties. Ouidius XV. Metamorph.

Hic tamen acceſsit delubris aduena noſtris.
Cæſar in vrbe ſua Deus eſt, quem Marte togáque
Præcipuum, non bella magis finita triumphis
Reſque domi geſtæ, properataq; gloria rerum,
In ſydus vertere nouum ſtellamque comantem.

CAESAR DICTATOR PERPET. EX S. C. Duæ Sellæ curules cum Corona. Senatus cōſulto Cæſari illas decretas fuiſſe ſupra diximus.

ΚΑΙΣΑΡΕΙΑ ΣΕΒΑΣΤΑ ΝΕΩΚΟΡΟΝ. ΙΟΥΛΙΟΣ ΘΕΟΣ *Cæſarea Auguſta, Iulius Deus.* Quænam hæc Cæſarea Auguſta incertum

Iulius Cæſar, eſt ſolio inſidens cum haſta pura & Aquila vt videtur in A dextra, quæ auis conſecrationis Cæſarum eſt ſignum, vt Pauo Auguſtarum, illa enim Ioui, hæc Iunoni ſacra.

TABVLA XXIII.

CONSVL ITERVM ET TERTIVM DESIG. De ſecundo & tertio Auguſti Conſulatu Tab. VI. dictum. Templum eſt Diuo Iulio dedicatum, vt inſcriptio oſtendit, & Stella ipſa; in medio templi Iulius conſpicitur cum Lituo in dextra. Ara adſtat cum foculo. B in tertio vero, idem templum cum Sympulo aut capedine conſpicitur.

DIVO IVLIO. Cæſar capite Laureato cum Stella, quæ diuerſa à Cometa eſt. De qua ſupra in Iulio Cæſare dictum.

ΜΕΝΑΝΔΡΩΣ ΠΑΡΡΑΣΙΟΥ. ΙΟΥΛΙΟΝ ΘΕΟΝ. *Menander Parrhaſij Iulium Deum.* Templum eſt D. Iulio ſacrum, quis hic ſit Menander Parrhaſij, nondum liquet.

IMP. CAESAR. Terminus capite radiato & fulmen ad pedes. ad Auguſti Symbolum reſpicit Σπεῦδε. Βραδέως. Feſtina lentè, vt ſcilicet ad rem gerendam, adhiberetur, & induſtriæ celeritas, & diligentiæ tarditas fulmen enim celeritatem, terminus verò moram & tarditatem ſi- C gnificat: de quo ſcito Suetonius. *Nihil autem minus in perfecto duce quam feſtinationem, temeritatemq́ue conuenire arbitrabatur. Crebro itaq́ue illa iactabat,* σπεῦδε βραδέως. Ἀσφαλὴς γὰρ ἐς ἀμείνων ἢ θρασὺς στρατηλάτης. .i. *Feſtina lente, nam qui tuto rem gerit melior eſt quam audax & confidens dux.* Quod dictum adeo Tito Veſpaſiano arriſit, vt Delphinum anchoræ alligatum geſtaret, ille enim velociſsimus piſcium, Anchora quietem & moram ſignificat.

TABVLA XXIV.

CAESAR. LEPIDVS. ANTONIVS. III. VIRI. R. P. C. Tota hæc tabula ad concordiam Triumuirorum ſpectat, quam inter ſe ſanxerunt, Reip. Conſtituendæ cauſſa, quod dextræ coniunctæ cum caduceo oſtendunt, vt diximus inter Lepidi & Antonij nummos.

SALVS GENERIS HVMANI. Triumuiri quorum duo Togati, tertius vero vmbilico tenus tantum exſtat, nam infra Apollinis Tripus eſt, ad illorũ pedes mulier iacet cum Cornucopiæ & Caduceo in manu, ſignificat Triumuirorum concordiam, ſaluté generis humani exſtitiſſe,

A ſtitiſſe, ſiquidem temporum fœlicitas, & omnium rerum vbertas ab illis ſperabatur. Cum tamen paſsim bella inteſtina, cædes, & proſcriptiones eſſent; idem ſequens nummus per tres dextras coniunctas, cum Caduceo, faſcibus & orbe ſignificatur.

TABVLA XXV.

HAEC etiam tabula inter Antonij explicatur. nihil enim habet quod noua indigeat explicatione, ſigna enim & inſtrumēta Pontificis & Auguris habet.

B

TABVLA XXVI.

COHORTES PRAETORIAE. PHILIPPI. Aquila & cohortium ſigna, in memoriam fortè Prætoriarum cohortium, quæ bello Philippenſi ſtrenuam Auguſto nauârant operam cōtra Brutum & Caſsium.

L. MVSSIDIVS T. F. LONGVS. III. VIR. ARGENTO PVBLICO FACIENDO. Mars nudus cum haſta pura & Parazonio.

L. LIVINEIVS REGVLVS. Victoria cum Corona & Palma.

M. ANTONIVS AVGVR. III. VIR. R. P. C. L. GELLIVS. QVAESTOR PRAETORIS. Antonius augur cum Gutto de quo C ſuprà.

COLONIA IVLIA PHILIPPI. Plinius Philippos Coloniam vocat, ſed de Iuliæ cognomine ne verbū. Victoria eſt cum Palma, quę videtur Coronam alicui porrigere. infra eſt Aquila. & ſub pedibus cippus cum Epigraphæ, VICTORIA AVGVSTA. In memoriam victoriæ illius memorabilis, quam Auguſtus & Antonius contra Brutum & Caſſium circa Philippos obtinuerunt; in cuius rei memoriam, Philippi Colonia Iulia videtur vocata. Erat autem Theſſaliæ vrbs, quondam Macedoniæ annumerata, & Datus priſcis temporibus & Crenides nominata, quod κρηναὶ, ſeu fontes crebri circa hunc locum ſcaturirent; vt auctor D eſt Appianus lib. IV. bellorum ciuilium, quem locum vt opportunum bello gerendo aduerſus Thraces Philippus Amyntæ F. muniuit, & ſuo nomine appellauit. Plurimi ſcriptorum confundunt hunc locum vbi bellum hoc cum Caſsio & Bruto geſtum cum Pharſalia, vbi inter Pompeium & Cæſarem pugnatum, vt Virgilius I. Georgicorum:

Ergo inter ſeſe paribus concurrere telis,
Romanas acies iterum videre Philippi.

Quo loco Seruius. *Ciuitas eſt Theſſaliæ, in qua primò Cæſar & Pompeius; poſtea Auguſtus & Antonius cum Bruto & Caſsio dimicauerunt.* Manifeſto errore, quem tamen etiam ſequitur Manilius lib. I.

------ *ducibus iurata cruentis* A
Arma, Philippæos implêrunt agmine campos.
Vix etiam ſicca miles Romanus arena
Oſſa virum laceroſq; prius ſuperaſtitit artus:
Perq; patris, Pater Auguſtus veſtigia vicit.

TABVLA XXVII.

TABVLA hæc præter Sacrorum inſtrumenta nihil continet, de quibus ſatis ſuperque inter Lepidi nummos dictum. B

TABVLA XXVIII.

M. AGRIPPA L. F. PRAEFECTVS ORAE MARITIMAE ET CLASSIS. Auerſa nomiſmatis parte, Neptunus cum Tridente & Delphine, pede roſtrum nauis premens. infra EX. S. C. *M. Vipſanius Agrippa* (teſte Velleio) *virtutis nobiliſsimæ labore, vigilia, periculo inuictus, parendique ſed vni ſcientiſſimus, alijs ſane imperandi cupidus, & per omnia extra dilationes poſitus, conſultiſq; facta coniungens.* Hic primum à Cæſare in Galliam miſſus Aquitanos imperata facere coëgit, & pacata Gallia, rebuſq; fœliciter geſtis, ſecundus Romano- C rum Rhenum tranſmiſit; inde bello Siculo, quod cum Sexto Pompeio geſtum, vniuerſæ claſsi à Cæſare pręficitur. Qui apud Mylas cum Demochare & Papia Pompei præfectis congreſſus, depreſsis triginta hoſtiũ nauibus, & in his Papiæ Prætoria, victor euaſit; denique vltimo prœlio nauali ad Naulochios ſtrenuiſsimè pugnans Pompeium vicit, depreſſis XXVIII. nauibus, cæteriſque laceratis, aut corruptis, Siciliæ imperio exuit, & fugere compulit. bello inde Actiaco toti claſsi præponitur, eiuſque potiſsimum opera Antonius profligatur; vnde in maximo apud Cæſarem honore & flagranti gratia. Qui quantum rebus geſtis excelleret, tantum honore & modeſtia Cæſari ſemper ceſsit, illuſtri in ſuum D Imperatorem fide, & apud ciues meritorum fama contentus. Auguſto ſemper honeſtiſsima ſuaſit, auctorque fuit Reipub. reddendæ, vt ex oratione eius apud Dionem patet. moritur anno LI. in Campania ab V.C. DCCXLI. cuius mortem grauiter Auguſtus, non tam ſua quam Reip. cauſſa tulit: funuſque Romam delatum ac in foro propoſitum laudauit, atque in ſuo Mauſolæo condidit.

Vocatus autẽ Agrippa, quod in pedes natus fuerit. Plinius lib. VII. cap. VIII. *In pedes procedere naſcentem, contra naturam eſt, quo argumento eos appellauêre Agrippas, vt ægrè partos, qualiter M. Agrippam ferunt genitum,*

A *tum, vnico propè fœlicitatis exemplo, in omnibus ad hunc modum genitis.* Mi-
rum eſt Vipſanij nomen nunquam in nummis exprimi, cùm tamen in
Faſtis M. Vipſanius legatur.

Eſt autem M. Agrippa ornatus Corona Roſtrata, quam confecto
bello Siculo Auguſtus illi dedit. Virgilius Aeneidos VIII.

Parte alia ventis & Dijs Agrippa ſecundis
Arduus agmen agit, cui belli inſigne ſuperbum
Tempora nauali fulgent Roſtrata Corona.

Velleius Claſsicam vocat lib. II. *Inſigne Coronæ Claſſicæ, quo nemo vn-*
B *quam Romanorum donatus erat, hoc bello Agrippa ſingulari virtute meruit.*
Sed in eo Velleius labitur, quod Agrippam primùm dicat Romanorum
hac corona donatum. audiat Plinium lib. XVI. cap. IV. *Cedunt & Ro-*
ſtratæ, quamuis in duobus maximè ad hoc æui celebres. M. Varrone è Pyraticis
bellis, dante Magno Pompeio, itemque M. Agrippa, tribuente Cæſare, è Siculis,
quæ & ipſa pyratica fuere. Antea roſtra nauium Tribunali præfixa fori decus
erant, veluti Populo Romano ipſi Corona impoſita. poſtquam verò Tribunitijs
ſeditionibus calcari ac polui cœpere, poſtquam vires ex publico in priuatum ma-
gis ſingulisque ciuium quæri, & ſacroſancta omnia profana fecere, tum à pedibus
eorum ſubiere in capita Ciuium Roſtra. Dion etiã addit Senatusconſulto
C cautum fuiſſe, vt quotieſcumque triumphans aliquis Coronã Lauream
ferret, Agrippa nauali hac vteretur. Suetonius de hac roſtrata ne verbũ,
ſed refert Auguſtum in Sicilia poſt naualem victoriam Cæruleo vexil-
lo Agrippam donaſſe, cuius Vexilli etiam Dion lib LI. meminit.

Neptunus verò paſsim in nummis, quod ſcilicet in eius regno vi-
ctorias plures obtinuit, in cuius honorem, Romæ Neptuni porticum
exſtruxit anno V. C. DCCXXVIII. Dion. *Agrippa autem eodem tempo-*
re proprijs ſumptibus Vrbem exornauit, nam & Porticum Neptuni, propter vi-
ctorias nauales exſtruxit, & Argonautarum picturis exornauit.

M. AGRIPPA L. F. COS. ITER. DESIG. TER. Agrippa
cum roſtrata Corona, & infra facies cum tribus cruribus, Siciliæ typus.
D Cur Vipſanij nomine Agrippa non fuit vſus, ex Seneca Patre Contro-
uerſiarum lib. II. liquet. *Tanta autem ſub Diuo Auguſto libertas fuit, vt*
præpotenti tunc M. Agrippæ non defuerint, qui ignobilitatem obijcerent. Vipſa-
nius Agrippa fuerat, Vipſanij nomen quaſi argumentum paternæ humilitatis ſu-
ſtulerat, & M. Agrippa dicebatur: cum defenderet reum, fuit accuſator qui di-
ceret, Agrippa Marcus, & quod in medio eſt, volebat Vipſanium intelligi. Fuit
autem ter Conſul, primum Conſulatũ iniuit Collega L. Caninio Gal-
lo, anno V.C. DCCXVI. Secundum verò DCCXXV. Collega Au-
guſto. Sequenti verò anno eodem Collega tertium etiam Conſulatum
geſsit. vnde Tacitus lib. I. Annalium, dicit Auguſtum, geminatis Con-

ſulatibus Agrippam extuliſſe, non quod tantum duos conſulatus geſſerit, ſed vt monet Cl[mus]. Iuſtus Lipſius, quod poſtremi eius duo conſulatus coniuncti continentesque fuerint, qui ſane honos erat maximus ea ætate, & rarò cuiquam tributus. Siciliæ autem hic Typus adiectus, ob res præclariſsimas bello Siculo aduerſus Sextum Pompeium geſtas. A

P. P. Pater Patriæ Neptunus cum Tridente & nauis Acroſtolio in dextra. Orbem verò ſub pede tenens. Poſt bellum Siculum videtur Neptuno Auguſtus maiorem honorem habuiſſe, quem belli tempore ob naufragia, contumelia affecerat. Suetonius cap. XVI. *Alij dictum factumque eius criminantur, quaſi claſsibus tempeſtate perditis, exclamauerit, etiam inuito Neptuno victoriam ſe adepturum, ac die Circenſium proximo ſollenni pompæ ſimulachrum Dei detraxit.* B

ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ΚΑΙΣΑΡ ΤΡΙΩΝΑΝΔΡΩΝ. *Imperator Cæſar triumuir*. nauis roſtrata cum Legionarijs militibus, ob victorias bello Siculo adeptas.

IMP. TITVS VESPASIANVS AVGVSTVS RESTITVIT. Neptunus cum Tridente & Delphine.

TABVLA XXIX.

C

PRIMI tres nummi eiuſdem cum ſuperioribus ſunt argumenti, primus enim Nauem turritam habet. II. Siciliæ typum, quę tribus incuruis cruribus & frumenti ariſtis deſignatur. III. Roſtratæ nauis prorę ad Siculum bellum reſpiciunt.

CAESAR DIVI F. Caput cum quatuor Ariſtis, fortè eò reſpicit quod bello Siculo confecto, rem frumentariam Auguſtus ſubleuauit. Sequuntur Coronæ Roſtratæ in Agrippæ honorem, de quibus abundè dictum.

L. AQVILIVS FLORVS. III. VIR. SICILIA. Militari quidam habitu videtur vna manu mulierem ſeminudam humi iacentem attollere, altera Clypeo illam protegere: quis verò hic fuit L. Aquilius Florus difficile eſt indagare. M. cuiuſdam Aquilij mentionem facit Cicero, qui de ſeruis fugitiuis Procos. ex Sicilia ouans in vrbem venit, Anno DCLII. Florus in Epitome lib. LXIX. *M. Aquilius Procos. in Sicilia bellum ſeruile concitatum confecit*; qua de cauſſa hic nummus à Fuluio Vrſino producitur, cum inſcriptione M. Aquilius. Fuit & C. Aquilius Florus, qui conſul cum P. Cornelio Scipione & Proconſul de Pœnis triumphauit. Ab his Aquilijs Lucius hic oriundus, nummum hunc in Patrum memoriam ſignauit. meminit & Dion Aquilij Flori patris & filij, qui triumuiratus tempore perierunt: nam cùm Cæſar ſortiri illos iuſsiſſet, D

vter

A vter eſſet moriturus, filius priuſquam ſortiretur, ſponte percuſſori ſe obtulit; pater vero dolore permotus ſibi necem conciuit.

TABVLA XXX.

IMPERATOR VIII. Diana eſt venatis ſpecie cum arcu & pharetra, & alibi cum cane venatico.

IMP. CAESAR. Trophæum nauale, bello Siculo excitatum, quod tria illa crura in ſuperiori parte oſtendunt, viſuntur autem præter B arma, Anchora, Gubernaculum & prora nauis. videtur hoc Trophæum tanquam in ſacrario quodam cõſtitutum eſſe. Auctor eſt Dion lib. LI. inter cætera quæ Auguſto poſt Actiacam victoriam fuere decreta, *vt Sacrarij Diui Iulij baſis captiuarum nauium roſtris ornaretur.*

TABVLA XXXI.

ACTIVM Appollinis Actij ſimulachrum hoc eſſe vno ore aſſerunt Antiquarij. Ego tamen ambigo, immo auſim negare. nam C quis hic Apollinis habitus? an quia Lyram vel cytharam geſtat? atqui & Muſis eſt hoc commune; accedit quod habitus hic ſit prorſus muliebris, veſtis demiſſa ad talos, crines in nodum collecti; ſcio inter Neronis nomiſmata Apollinis Cytharœdi ſimulachrum fluxa veſte conſpici, iuxta illud Propertij.

Pythius in longa carmina veſte ſonat.

Tabula tamen LXXIII. occurrit Apollinis cytharœdi habitus à priore diuerſus, ſedet enim in ſaxo, nudo penè corpore, cytharam pulſans. Sed ſint illa ornamenta Apollinis cytharœdi: Cur Apollo Actius imbelli hac forma pingetur? cum Auguſtus ab illo ſe adiutum in pugna D Actiaca credidit, quod non cytharam pulſando, ſed ſagittas ſpargendo feciſſe canunt Poetæ. inter quos Virgilius Aeneidos VIII.

Actius hæc cernens arcum intendebat Apollo
Deſuper: omnis eo terrore Ægyptus, & inde
Omnis Arabs, omnes vertebant terga Sabæi.

Propertius lib. IV. Eleg. VI. vbi ex profeſſo de pugna Actiaca, nimis clarè opinioni meæ ſubſcribit.

Non ille attulerat crines in colla ſolutos,
Aut teſtudineæ carmen inerme Lyræ.
Sed quali adſpexit Pelopeium Agamemnona vultu,
Egeſſitq; auidis Dorica caſtra rogis.

Aut qualis flexos ſoluit Pythona per orbes
Serpentem, imbelles quem timuere Lyræ. A

Et poſt aliquot verſus, addit.

Actius hinc traxit Phœbus monimenta, quod eius
Vna decem vicit miſſa ſagitta rates.

Vides clare Actium Apollinem non cytharœdum in hac pugna fuiſſe, ſed potius Τοξοφόρον, ſeu ſagittarium. Quare videtur potiùs Muſæ hic habitus, quam Apollini quadrare Actio, à qua opinione non multum abhorrere video Cl^mum^. Leuinum Torrentium in Suetonij Auguſto.

Circa autem Actium Acarnaniæ vetuſtiſsimam vrbem, quæ circa Ambracium ſinum eſt, memorabilis illa naualis pugna inter Cæſarem Auguſtum, & Antonium cum Cleopatra fuit commiſſa, quibus deuictis IV. Nonis Septembris; Cæſar ſolus rerum potitus fuit, quo in loco Apollinis Actij templum erat, Auguſtus parta victoria illud operibus exornauit, & captas naues Apollini conſecrauit, in vrbem verò ipſam, Coloniam Romanorum deduxit. Suetonius cap. XVIII. *Quoque Actiacæ victoriæ memoria celebratior in poſterum eſſet, vrbem Nicopolim apud Actium condidit, ludosq́; illic quinquennales conſtituit, & ampliato vetere Apollinis templo, locum caſtrorum quibus fuerat vſus, exornatum naualibus ſpolijs, Neptuno ac Marti conſecrauit.* Sed de his abunde in Græcia diximus. B C

IMP. CAESAR. Trophæum nauale deuictis Antonio & Cleopatra.

ΝΙΚΟΠΟΛΙΣ ΙΕΡΑ. *Nicopolis ſacra*, Victoria nauis proræ inſiſtens cum Corona & Palma: Auguſtus in Victoriæ ſuæ monimentum, non procul ab Actio nouam vrbem condidit, Nicopolim dictam, traductis in illam, multarum vrbium vicinarum incolis, quæ aſsiduis bellis exhauſtæ erant, vt auctor eſt Dion lib. I. Plinius vrbem Liberã fuiſſe dicit. nummus verò ἱερὰν, in honorem Auguſti ſcilicet.

D

TABVLA XXXII.

AEGYPTO CAPTA. Parta apud Actium ſplendidiſsima Victoria, Auguſtus Antonium & Cleopatram fugientes in Aegyptũ perſequitur, & Alexandriæ obſidet: Antonium poſt feras pacis tentatas conditiones ad mortem adigit, Cleopatrã vero omnibus modis conatus viuam habere ad Triũphi decus. quod illa præſentiens, brachijs Aſpide admota ludibrio fortunæ ſe exemit. qua defuncta Aegyptus in prouin-

A prouinciam redacta. quod Crocodillus peculiare Aegypto animal oſtendit.

ΑΛΕΞΑΝΔΡΙΑ ΑΙΓΥΠΤΟΥ. *Alexandria Ægypti*, Palma etiam Aegypti arbor, de qua Solinus cap. XLV. *Palma quoque Ægyptia, dicenda res eſt, propriè Adipſos vocatur, vt dici oportuit, eaque guſtata arcet ſitim. Odor eidem qui & malis Cydonijs. Sed demum ſitim ſedat, ſi priuſquam maturuerit, decerpatur. nam ſi matura ſumatur, ſenſum intercipit, greſſum præpedit, linguam retardat, obſeſſisque officijs mentis & corporis, imitatur vitium ebrietatis.*

B ΚΑΙΣΑΡΟΣ. *Cæſaris.* Manipuli ſpicarum vt etiam infra, in honorem Auguſti nummus hic cuſus, quãdo redacta Aegypto in Prouinciæ formam, foſſas omnes Nili deterſit, vt vrbanæ frumentationi conſuleret. Suetonius. *Aegyptum in prouinciæ formam redactam, vt feraciorem habilioremq́ Annonæ vrbicæ redderet, foſſas omnes in quas Nilus exæſtuat, oblimatas longa vetuſtate, militari opere deterſit.*

COLONIA NEMAVSVS. Deuicta Aegypto, in honorẽ Auguſti à Colonia Nemauſenſi videtur hic nummus ſignatus. Nam Crocodillus alligatus Palmæ, Aegyptum denotat quaſi in ſeruitutis vincula coniectam. Erat autem Nemauſus vna ex XIV. Narbonenſis Galliæ C Colonijs. de qua Strabo lib. IV. *Aricomiſcorum verò Metropolis Nemauſus extat, alienigena quidem plebe, & mercatorum numero longe Narbone inferior: cæterùm regendæ ciuitatis forma ſuperior. quatuor enim & viginti eiuſdem nationis vicos habet ſubditos, virorum fortitudine excellentiſſimos, illi tributa conferentes, & Latij ius habentes; adeò vt qui Ædilitatis Quæſturæq́ dignitatem aſſequuti ſunt, Romani in Nemauſo adſint, quam ob rem huic nationi nullum cum venientibus è Roma Prætoribus negotium eſt.*

Vltimis nummis Sphynges ſunt, quarum vna cum Siſtro & Ariſta pingitur, vtrumque Aegypti Symbolum videtur. Virgilius lib. VIII. Aeneidos, de Cleopatra.

D *Regina in medijs patrio vocat agmina Siſtro.*

Et Propertius lib. III. Cap. X.

Auſa Ioui noſtro Latrantem opponere Anubim
Et Tiberim Nili cogere ferre minas.
Romanamque tubam crepitanti pellere ſiſtro.

Vnum hic miror, Aegyptias hic Sphynges alatas pingi, cum communiter ſtolatæ abſque alis ſint, contra ac Græcorum quæ numquam ſine alis effinguntur, ſed nunquam cum Stola aut vittis, Vt in Græcia monui. cur verò Aegyptij ſuis Hieroglyphicis operibusque Sphynges miſcebant; quia per Sphyngem Nili inundationem & decrementum volebant ſignificare, nam vt illa

H capite

capite Virgo, reliquo verò corpore Leo eſt, ita etiam innuunt, Nilum A creſcere ingrediente Sole Leonis ſignum; Virginis autem ſignum percurrente decreſcere, vt obſeruârunt iam pridem Viri docti.

TABVLA XXXIII.

HISPANIA RECEPTA. T. CARISIVS LEGATVS. Poſt diuictum Antonium & Cleopatram, Auguſtus pacato terrarum orbe, Ianum clauſit: Sed Citerioris aliquot Hiſpaniæ populis iugum detrectantibus, iterum recluſus fuit; quorum præcipui fuêre B Cantabri & Aſtures, cum quibus atrox & longum bellum, cuius cauſſâ ipſe Auguſtus in Hiſpaniam profectus, ac Tarracone anno V. C. DCCXXVII. nonum Conſulatum inijt, rebusque ibi fœliciter geſtis per legatos, Romã reuerſus. Liuius libro XXVIII. Hiſpania non quàm Italia modò, ſed quàm vlla pars terrarum bello reparando aptior, locorum hominumque ingenijs, itaque ergo prima Romanis inita Prouinciarum, quæ quidem continentis ſunt, poſtrema omnium noſtra demum ætate ductu auſpicioque Auguſti Cæſaris perdomita eſt. Quo etiam Horatius reſpicit, lib. II. Od. VIII.

Seruit Hiſpanæ vetus hoſtis oræ C
Cantaber, ſera domitus catena.

De quo bello videndus L. Florus capite vltimo. Propter hanc ergo Victoriam nummus hic ſignatus, in quo ſcuta iacent cum gladio & haſta, quaſi arma illis ablata. T. Cariſius legatus, vnus hic ex Auguſti legatis, cuius ductu, & fratris P. Cariſij Aſtures & Cantabri magna ex parte domiti fuerunt; vt auctor eſt Dion: hic Lanciam, quæ maxima eſt Aſturiæ vrbs, deſertam occupauit, multaque alia in poteſtatem ſuam redegit oppida.

P. CARISIVS LEGATVS PROPRAETORE. Trophæum eſt cum varijs armis & Lituo. P. Cariſius cum Tiberio Nerone Vellicam Cantabriæ oppidum expugnauit, & Cantabros ferro flammaque perſequitur. de quibus videndus Dion. D

SEGOVIA. Vrbs eſt Hiſpaniæ Citerioris, quam Plinius in Areuacis collocat, Ptolomæus Secubiam vocat. hodierna die etiam Segobia dicitur. Aquæ ductus hic mirandi operis conſpicitur, à Traiano factum eruditiores putant. Vide Hiſpaniam noſtram cap. LX.

HISPANIA. Habitus hic eſt Hiſpaniæ, vt etiam in Galbæ Imp. nummis videre eſt, vna enim manu ſpicas, altera verò bina tela & clypeum geſtat: ſignificat Hiſpaniam egregiè frugiferam & bellacem fuiſſe.

BIL-

A BILBILIS. Celebris olim citerioris Hiſpaniæ vrbs, ferri in primis egregia temperie nobilis, & Valerij Martialis natalibus illuſtrata. Auguſta olim cognominata, in honorem Auguſti qui Coloniam eo deduxit. Vnde Martialis:

Municipes Auguſta mihi quos Bilbilis acri
Monte creat, rapidis quos Salo cingit aquis.

ILERDA. Nobilis olim vrbs, ob maximas res circa illam à C. Iulio Cæſare, contra Afranium & Petreium, Pompei duces geſtas, ſita erat in colle ad Sicoris amnis ripas, cuius ſitum Lucanus graphicè de-
B pingit. lib. IV.

Colle tumet modico, leniq; excreuit in altum
Pingue ſolum tumulo, ſuper hunc fundata vetuſta
Surgit Ilerda manu, placidis prælabitur vndis
Heſperios inter Sicoris non vltimus amnis.

VALENTIA. Inter Edetanos ad amnem Turiam ſita eſt Valentia, amœniſsima vrbs, quod etiam nomen hodierna die obtinet, à Iunio Bruto circa Annum V. C. DC. XVI. videtur condita ſecundùm Flori Epitomen lib. LV. bene hic adiecta Cornucopiæ, nam fertiliſsima & amœniſsima Tarraconenſis prouinciæ vrbs eſt.

C OSCA. Regionis Vaſcitaniæ Oſca, hodie Hueſca dicta. Q. Sertorij cæde nobilitata, in qua etiam Academiam Latinæ Græcæque linguæ erexit, quo nobiliſsimos Hiſpaniæ adoleſcentes, eruditionis cauſsâ euocauerat, re ipſa vt obſides haberet.

T. CARISIVS LEGATVS. Victoria quæ Trophæum exornat, quod deuictis Cantabris in Auguſti honorem poſitum; vt etiam in vltimo nummo.

TABVLA XXXIV.

D CAESAR DIVI F. Victoria cum palma & corona.

DIVI F. Mulier cui pro capitis ornamento Elephanti Proboſcis eſt, quo habitu Africa frequenter depingi ſolet, quod illa numeroſos Elephantum greges nutriat, & copioſum ebur mittat.

SCARPVS IMP. Pinarius Scarpus Antonij partibus poſt Actiacam cladem deſertis, ad Auguſtum tranſit. De quo ſuprà inter Antonij nummos dictum.

C. MARIVS C. F. PR. Q. III. VIR AFRICA. Quis iſte C. Marius qui ſub Auguſto Triumuir monetalis fuit, nōdum mihi liquet, vt nec Fuluio Vrſino lib. de Familijs Romanis.

AVGVR PONT. Iouis Ammonis caput cuius in Africa celebris memoria. A

Vir qui infrenem equum manu videtur ducere: infra eſt Scorpius: Numidiæ Africæque hunc typum eſſe diximus inter Lepidi nummos.

L. BALBVS PRO. Dion lib. LVI. D. Lælium Balbum vocat, quem Conſulem fuiſſe refert cum C. Antiſtio vetere anno V. C. DCCXLVIII. Faſti vero Anno DCCXLVII. Plinius Lælium Balbum vocat & Collegam illi tribuit, M. Iunium Syllam. Sed cur Trophæum hic appoſitum cum captiuis, non video quid ille memoriâ di- B gnum geſſerit. Scio Balbum quendam de Garamantis triumphaſſe, ſed iſte Cornelius, non Lælius Balbus vocatur à Plinio lib. V. cap. V. *Clariſſimumque oppidum Garama caput Garamantum: omnia armis Romanis ſuperata, & à Cornelio Balbo triumphata, vnius omnium externo curru, & Quiritium iure donato; quippe Gadibus nato, ciuitas Romna cũ Balbo maiore patruo data.*

ΤΡΙΠΟΛΕΙΤΩΝ. In Africa etiam Tripolis, nam tota hæc tabula ad Africam ſpectat. Iulius Solinus cap. XXXX. *Achæi Tripolim lingua ſua ſignant, de trium vrbium numero. Cea (vel Oea) Sabratæ Leptis magnæ.*

TABVLA XXXV. C

M. DVRMIVS III. VIR. Quis hic fuit M. Durmius qui ſub Auguſto Triumuir monetalis fuit, nondum mihi compertum. Leo eſt qui ceruum conficit; forte ad ſæculares Auguſti ludos, aut Venationem aliquam editam reſpicit.

C. MARIVS C. F. PR. Q. III. VIR. Curuli certamine aliquo victor hic videtur fuiſſe, quod quadrigæ cum Palma oſtendunt.

L. AQVILIVS FLORVS III. VIR. De Aquilio floro ſupra dictum. Scorpius hic denotat in Africa forte hunc nummum ſignatum, aut Florum hunc, res ibi geſsiſſe. D

M. DVRMIVS III. VIR. HONORIS. Caput hoc Honoris credunt eſſe peritiores Antiquitatum. eſt enim iuuenilis facies, promiſſis capillis ac cincinnis ornata.

L. AQVILIVS FLORVS. III. VIR. Auguſti caput Corona radiata ornatum.

CAESAR AVGVSTVS. Quadrigæ triumphales.

COSSVS CNEI F. LENTVLVS. Equeſtris ſtatua cum trophæo. Dion lib. LV. hunc vocat Corneliũ Coſſum Cnei filiũ Lentulum, qui conſul fuit Collega L. Calphurnio Piſone Anno V. C. DCCLIII. hic Getulos tumultuantes, (quod ſub Iuba Mauritaniæ Rege, & non

ſub

A ſub P. Romano eſſent) deuicit, cum Romanos multis prius cladibus affeciſſent, qua de cauſſa illi Triumphalia ornamenta decreta & Getulici nomen datum.

TABVLA XXXVI.

AVGVSTVS CAESAR. Currus cum duobus Elephantis, ad Auguſti Triumphum de rebus in Africa fæliciter geſtis reſpicit.

L. AQVILIVS FLORVS III. VIR. Caput hoc Galeatum, vel Romæ, vel Virtutis eſt, quod alias aliter exprimitur, alias enim B inſtar Amazonis cum Parazonio ; interdum veluti Roma, ſed ſine Victoria, in Vitellij nomiſmate, Virtus militari habitu, Honos verò muliebri exprimitur.

S. P. Q. R. IMP. IX. Quadriga Triumphalis cum quatuor Elephantis & Auguſtus cum Lauri ramo.

P. PETRONIVS TVRPILIANVS. III. VIR. FERONIA. Caput Deæ Feroniæ. De qua ſtrabo lib. V. *Sub monte Soracte vrbs eſt Feronia, quo nomine & Dea quædam nuncupatur, quam finitimi miro quodam dignantur honore, eodem in loco ipſius templum eſt, mirificum ſacri genus habens; nam qui eius numine afflatur ; nudis pedibus prunas, & copioſum inambulant* C *nulla læſione cinerem. Eo ingens mortalium multitudo confluit, & conuentus ipſius qui quotannis ibi agitur, gratia huius ſpectaculi*; Dionyſius Halycarnaſſeus dicit à Græcis Ανθηφόρον, modo φιλοςέφανον, à geſtandis floribus, modo Proſerpinam vocari. Seruius credit Iunonem fuiſſe ita vocatam, ad lib. VII. Aeneidos. Acron etiam ad Horatium lib I. Satyr. V. Fanum Feroniæ in tertio miliari eſt à Terracina, hæc Iouis Anxuris eſt vxor: quod & Seruius monuit. Dionyſius Halycarnaſſæus refert à Lacedemonijs quibuſdam hoc Deæ fanum conſtructum, qui tædio Lycurgi legum profugi, diu mari iactati cum ad ea loca perueniſſent, à delatione, locum vbi conſtiterant, Feroniam appellauere.

D P. PETRONIVS TVRPILIANVS. III. VIR. Liberæ Deæ hic habitus, quam aliqui eandẽ cum Cerere, aut Venere faciunt. Liuius eius vt diuerſæ à Cerere meminit. *Supplicatio ad Cereris, Liberi, Liberæque fuit, quod ex Sabinis terræ motus ingens cum multis ædificiorũ ruinis nunciatus erat.* Cicero lib. II. de natura Deorum, ex Cerere Liberam cum Libero natam dicit; *hunc Liberum dico Semiles natum, non eum quem noſtri maiores Auguſtè ſanctèq́; Liberum cum Cerere & Libera conſecrarunt, quod quale ſit ex myſterijs intelligi poteſt. Sed quod ex nobis natos Liberos appellamus, idcirco Cerere nati, nominati ſunt Liber & Libera.* Quorum trium Deorum templũ iuxta circum Maximum conſtructum erat; ab A. Poſthumio votum, &

 à Ti-

à Tiberio inſtauratum. teſte Tacito II. Annalium. hæc autem Libera eadem videtur cum Proſerpina & Cora Cereris filia : Dionyſius enim Halycarnaſſæus dicit de ſpoliorũ Decimis A. Poſthumium Ludos Dijs feciſſe, καὶ ναὺς κατασκευὰς ἐξεμίσωσε Δημήτρι, καὶ Διονυσίῳ καὶ Κόρη, vbi Coram liberæ loco recenſet. A

AVGVSTVS CAESAR. Auguſtus cum Lauri ramo in Triumphali curru duorum Elephantorum.

P. PETRONIVS TVRPILIANVS. III. VIR. Monſtrum eſt partim muliebris formæ, partim volucris, tibiam videtur inflare. Sirenum aliqua eſt, & probabiliter Parthenopæ, cuius caput propè Neapolim cõditum, vnde & vrbs Parthenopæ dicta. ſed Seruij verba lubet audire. lib. V. Aeneidos, *Sirenes ſecundùm fabulam tres, in parte virgines fuerunt, & in parte volucres Acheloi fluminis & Calliopes Muſæ filiæ, harum vna voce, altera tibijs, tertia Lyra canebat*. Iulius verò Hyginus Melpomenes & Acheloi filias dicit, quæ partem ſuperiorem muliebrem haberent, inferiorem autem Gallinaceam, Cereris voluntate volaticas factas, quod Proſerpinæ non tuliſſent auxilium. B

TABVLA XXXVII.

C

CAESAR AVGVSTVS. SIGNIS RECEPTIS. Finito Cantabrico bello cùm in Aſiam Auguſtus ordinandarum prouinciarum cauſſa traieciſſet, Phraates Parthorum Rex, veritus ne bello peteretur, quia nihil eorum quæ fuerat pactus præſtitiſſet, Signa ei militaria & captiuos omnes, paucis demptis qui ſe pudore moti occidiſſent, aut in Parthia occultè remanſerant, remiſit: eaque Auguſtus quaſi bello Parthum viciſſet, accepit; nam hanc rem magno ſibi honori ducebat, quod prælijs amiſſas res, citra vllum certamen recepiſſet, vt auctor eſt Dion lib. LIII. quod & Suetonius teſtatur, cap. XXI. *Parthi quoque & Armeniam vendicanti facile ceſſerunt, & ſigna militaria quæ M. Craſſo & M. Antonio ademerant, repoſcenti reddiderunt, obſideſque inſuper obtulerunt*. Horatius etiam lib. IV. Od. vltima de Auguſti laudibus. D

Et ſigna noſtro reſtituit Ioui
Derepta Parthorum ſuperbis
Poſtibus.

In cuius rei memoriam nummus hic ſignatus, in quo Parthus genu flexo Vexillum porrigit.

RECE-

A RECEPTIS SIGNIS PARTHICIS. Capricorni ſignum, de quo Suetonius. cap. XCIV. *In ſeceſſu Apolloniæ Theogenis Mathematici pergulam, comite Agrippa adſcēderat; cum Agrippæ qui prior conſulebat magna & pæne incredibilia prædicerentur: reticere ipſe ſuam Geniturам, nec velle edere perſeuerabat, metu ac pudore, ne minor inueniretur, qua tamen poſt multas adhortationes, vix & cunctanter edita, exiluit Theogenes, adorauitque eum. tantam mox fiduciam fati Auguſtus habuit, vt Thema ſuum vulgauerit, nummumq́ Argenteum, nota ſideris Capricorni quo natus eſt, percuſſerit.*

MARS VLTOR. Auguſtus vouerat Marti Vltori templum. vt B interfectores Cæſaris vlciſci poſset. Suetonius. Aedem Marti vltori bello Philippenſi pro vltione paterna vouerat. quod inter Auguſti opera, non vltimum fuiſſe Ouidius docet lib. V. Faſtorum

Et Deus eſt ingens, & opus: debebat in vrbe
Non aliter nati Mars habitare ſui.
Digna Giganteis hæc ſunt delubra trophæis,
Hinc fera Gradiuum bella mouere decet.

De quo mox plura: cæteri nummi iam explicati ſunt.

C

TABVLA XXXVIII.

S. P. Q. R. Quadrigæ Triumphales, num Thenſa hæc eſt? Supra quam aliæ quadrigę viſuntur cum Aquila; & circumcirca ſunt victoriæ alatę non bene expreſſæ.

S. P. Q. R. SIGNIS RECEPTIS. Arcus Triumphalis cum ſignis militaribus cum inſcriptione IMP. IX. TRIB. POT. V. hoc eſt quod Dion dicit; *poſt recepta à Parthis Signa, Auguſtus ouans equo vrbem ingreſſus eſt, & triumphalis illi arcus excitatus.*

D CIVIBVS. ET SIGNIS MILIT. A PARTHIS RECEPTIS. Iterum Arcus Triumphalis. Et tota hæc Tabula nihil pęne aliud continet quàm de honore Auguſto habito ob ſigna à Parthis recepta.

S. P. Q. R. PARENTI CONSERVATORI SVO. Toga picta aut triumphalis, cum Corona Oleaginea, vel Laurea & Aquila; de qua Iuuenalis Satyra X.

In tunica Iouis, & pictæ Sarrana ferentem
Ex humeris aulæa togæ.

Vocat autem tunicam Iouis, Togam pictam, ita etiam T. Liuius lib. X.

Lib. X. *Qui Iouis Optimi Maximi ornatu decoratus, curru aurato per vrbem* A
vectus in Capitolium adſcenderit. Moris enim erat vt Triumphantes To-
gam ſibi induerent, ex Iouis templo deſumptam. de qua Lampridius in
Alexandro Seuero, *Prætextam & Pictam togam numquam niſi Conſul acce-
pit, & eam quidem quam de Iouis templo ſumptam alij quoque accipiebant; aut
Prætores, aut Conſules.* Iulius etiam Capitolinus, in Gordianis. *Palmatam
tunicam & Togam pictã, primus Romanorum priuatus ſuam propriam habuit,
quum antè Imperatores etiam de Capitolio acciperent, vel de palatio.* Vocatur
autem Toga picta, eò quod Victorias cum palmis intextas haberet, ea-
dem & Palmata dicebatur. Iſidorus. *Toga Palmata dicebatur, quam mere-
bantur ij, qui reportabant de hoſtibus palmas, quæ vocabatur & Toga Picta,* B
eo quod Victorias cum Palmis intextas haberet.

TABVLA XXXIX.

SIGNIS RECEPTIS. Mars cum Aquila & Caduceo, quaſi fœlicitas temporum ſub Auguſto eſſet, ob ſigna militaria recepta.

MARTIS VLTORIS. Non vna hic forma templi Martis Vlto-
ris occurrit. duplex enim fuiſſe Martis Vltoris templum, monent Viri
eruditi, vnum quod Auguſtus vouerat bello Philippenſi pro vltione pa- C
terna. De quo Suetonius. Cap. XXIX. *Publica opera plurima exſtruxit, ex
quibus vel præcipua, forum cum æde Martis Vltoris.* & poſt pauca, *Aedem
Marti, Philippenſi bello pro vltione paterna ſuſcepto vouerat. Sanxit ergo, vt
de bellis Triumphiſque hic conſuleretur Senatus, prouincias cum Imperio petitu-
ri hinc deducerentur, quique victores rediiſſent, huc inſignia Triumphorum in-
ferrent.* Alterum autem templum in Capitolio, teſte Dione, exſtru-
ctum erat ab Auguſto, inſtar Iouis Feretrij, vbi ſigna militaria ſuſpen-
derentur. Ouidius & Bis-Vltorem Martem vocat lib. V. Faſtorum, quia
ſcilicet Cæſaris Parricidas vltus, & Parthos coëgerit ſigna militaria ca-
pta reſtituere. D

Parthe refers Aquilas, victos quoque porrigis arcus,
Pignora iam noſtri nulla pudoris habes.
Rite Deo templumque datum, nomenque Bis-Vltor
Emeritus voti debita ſoluit honor.

SIGNIS RECEPTIS S. P. Q. R. CLYPEVS VOTIVVS. Ob recepta à Parthis Craſsi & Antonij militaria ſigna. S.P.Q.R. in honorẽ Auguſti Votiuũ Clypeũ in Capitolio poſuit: de his clypeis audiendus Plin. lib. XXXV. cap. III. *ſuorũ verò Clypeos in ſacro vel publico priuatim dicare primus inſtituit, vt repperio, Appius Claudius qui cõſul cũ Seruilio fuit,*

Anno

A *Anno V. C. CCLIX. poſuit enim in Bellonæ æde maiores ſuos, placuitque in excelſo ſpectari, & titulos honorum legi.* Suetonius in Domitiano. *Senatus adeò lætatus eſt, vt repleta certatim curia, ſcalas etiam inferri, clypeosq́; & imagines eius coram detrahi & ſolo affigi iuberet.*

TABVLA XL.

CAESAR DIVI F. ARMENIA CAPTA. Cùm Parthi iterum Armeniam inuaſiſſent, Auguſtus Caium in Orientē miſit: Phraa-
B tes, Rex Parthorum quum de pace ad Auguſtum ſcripſiſſet, isq́ue reſcribens Phraatem tantum nominaſſet, omiſſo titulo Regis Regum, iuſsiſſetq́ue Armenia illum cedere; ſed nihil territus, iuſſa eius ſpreuit: audito mox Caium in Syriam adueniſſe, ac res domi ſuæ conturbatas videns, miſſam faciens Armeniam, in gratiam redijt; qua de cauſſa ſupplicis Armeniæ habitus conſpicitur, & infrà trophæum cum captiuis.

CAESAR DIVI F. ARMENIA RECEPTA. IMP. VII. Miles Armenius aut Parthus cum Conto & arcu.

ASIA RECEPTA. Victoria inſiſtens Cippo, quem gemini angues complectuntur. nummus hic ſignatus debellato Antonio & Cleo-
C patra, quibus defunctis vniuerſa Aſia in victoris arbitrium conceſsit.

C. CAESAR AVGVSTI. F. Eques cum haſta & clypeo, cui ſigna militaria adſtant, Cai expeditionem in Armeniam reſpicit.

TVRPILIANVS III. VIR. Mulier promiſſo capillo & expanſis manibus, quam ſcuta vndique ambiunt. Armeniæ typus, quæ proiectis Scutis Auguſto ſubdita erat: aliqui dicunt ad Virginem Tarpeiam referendam, quæ à Sabinis iniectis ſcutis obruta fuit, in proditionis præmium. de qua Propertius. lib. IV. Eleg. IV.

D

TABVLA XLI.

NERO CLAVDIVS DRVSVS GERMANICVS. IMP. Nero Claudius Druſus, Tiberij Claudij Neronis, & Liuię Druſillæ filius, quæ mox Auguſto nupta fuit, frater verò Tiberij Claudij Neronis Imperatoris, intra penates Auguſti natus, tertio menſe, poſtquam inter Auguſtum & Liuiam celebratæ ſunt nuptiæ. Adoleſcens multis magnisq́ue virtutibus conſpicuus fuit; de quo Vellei eſt Elogium, *tot tantarumq́; fuiſſe virtutum, quot & quantas natura mortalis recipit, vel induſtria percipit: cuius ingenium, vtrùm bellicis magis operibus an ci-*

uilibus ſuffecerit artibus, in incerto eſt, morum certè dulcedo ac ſuauitas, & A
aduerſus amicos æqua ac par ſui æſtimatio inimitabilis fuiſſe dicitur, tum pul-
chritudo corporis, proxima fraternæ.

Accepta quæſtura, cùm fratre Tiberio contra Rhœtos miſſus eſt,
quo bello & boni ducis, ſtrenuique militis parem laudem meruit. Con-
fecto bello Vindelico, profectus in Gallias cenſum egit. Germanos qui
Rhenum tranſmiſerant, vt Gallias infeſtarent, magna clade reppulit;
quin & ipſe ſuperato flumine ad Batauorum inſulam, Sicambros pro-
prijs in ſedibus afflixit. Oceanum Septentrionalem primus Romano-
rum Ducum ingreſſus, Friſios in deditionem accepit, corijs aliquot B
Boum pro gentis inopia, tributi nomine impoſitis. in Vrbem reuerſus,
Aedilis factus anno DCCXLII. cum iã Prætorios honores obtineret;
primo vere repetita Germania, Vſipetes, Tenchteros Sicambros, Cattos,
aliaſque Tranſrhenanas gentes ſubiecit, ad confluentem Lupiæ & Hali-
zonis caſtellum erexit, aliudque in Cattis iuxta Rhenum, cuius rudera &
fundamenta, detecta fuerunt anno Chriſtiano. MDLXVII. trans Rhe-
num verò foſſas noui & immenſi operis effecit, quæ nunc adhuc Dru-
ſianæ vocantur. quas ob res decretis triumphalibus ornamentis, Ouans
vrbem ingreſſus eſt. Decretum etiam vt denuò iturus in hoſtem, Pro-
conſularem poteſtatem obtineret. Imperatoris nomen iam exercitus illi C
tribuerat, quemadmodum & Fratri Tiberio, ſed appellationis eius nu-
merum Auguſtus aliquoties auxit. Prætura geſta, cum interim in an-
num ſequentem, qui fuit V. C. DCCXLIII. Conſul deſignatus eſſet, vt
honorem injit, multa triſtia ſigna conſpecta ſunt, quibus ille ſpretis in
Germaniam redijt, & Cattos, Cheruſcos, Sueuos, ac Marcomannos
perculit, ad Albim vſque omnia populatus: cupienti flumen tranſire,
mulier humana ſpecie amplior occurrens, quonam, inquit, properas in-
ſatiabilis Druſe, non omnia tibi adire & videre conceſſum: ſed pedem
refer, nam & operum & vitæ tibi finis inſtat. ille exhorreſcens, poſitis
Trophæis, confeſtim retroceſsit, & cùm fœliciſsimè contra Germanos D
pugnaſſet, atq; ſpolia in Vrbem inferre cuperet, in itinere latere concuſſo,
cùm equus ſuper eum corruiſſet, exſtinctus eſt in ipſo ætatis flore, anno
XXX. ab V. C. DCCXLIV. vnde Poëta.

----- apud ardua Bingæ
Mœnia quæ Druſo fata tulere duci:
Ille elapſus equo cùm crus fregiſſet, in armis
Filius occubuit Liuia pulchra tuus.

Magna

A Magna eius apud P. R. memoria, credebaturque, ſi rerum potitus fuiſſet, libertatem redditurus, vt auctor eſt Tacitus. teſtatur id prodita eius ad Tiberium Epiſtola, qua de cogendo ad reſtituendã libertatẽ Auguſto agebat, vt refert Suetonius. Putant nonnulli prope Moguntiam obijſſe, propter honorarium tumulum ibidem à militibus congeſtum, circa quem ſtatuto die quotannis miles decurreret; Galliarumque ciuitates publicè ſacrificarent. Corpus eius à Tiberio Fratre, qui nuncio valetudinis euocatus raptim occurrerat, Romam reuectum. cingentibus lectum Claudiorum & Iuliorum imaginibus, atque in Campo Martio crematum, cinereſq; Auguſti Mauſolæo illati ſunt.

B RHENVS. Solent hoc pacto fluuij depingi, vt in hoc nummo Rhenus, Senex nempe acclinis, vrnæ incubans, quæ aquam euomit, altera verò manu arundinem geſtat. nonnunquam etiam arundinibus caput cinctum referunt; ſenex autem fingitur, quod cum orbe condito originem flumina habuerint. Hydria autem adpoſita, capita ſeu fontes fluuiorum notat: Arundines verò aquarum copiæ vbi naſcuntur argumento ſunt.

NERO CLAVDIVS DRVSVS GERMANICVS IMP. Inter cæteros honores, qui defuncto Druſo decreti ſunt: Senatus Germanici cognomen ipſi poſteriſque eius tribuit, vt auctor eſt Dion. Ouidius etiam lib. IV. Triſtium Eleg. II.

C

Druſus in his meruit quondam cognomina terris,
Quæ bona progenies digna parente fuit.
Cornibus hic fractis viridi malè tectus ab vlua,
Decolor ipſe ſuo ſanguine Rhenus erat.
Crinibus en etiam fertur Germania paſſis,
Et Ducis inuicti ſub pede mœſta ſedet.

DE GERMANIS. Arcus triumphalis, cum ſpolijs in honorem Druſi, ob victorias quas de Germanis habuit excitatus. Suetonius. *Præterea Senatus inter alia complura, marmoreum arcum cum trophæis via Appia*

D *decreuit, & Germanici cognomen ipſi poſteriſq; eius.*

TIBERIVS CLAVDIVS CAESAR AVGVSTVS PONT. MAX. IMP. S. C. Tiberius Cæſar Druſi Frater maior, in Germania res admodum prȩclaras geſsit; nam Rhœticum Vindelicumque bellum, inde Pannonicum, mox & Germanicum confecit, deinde & Illyricum, quod grauiſsimum omnium externorum poſt Punica bella fuiſſe, Suetonius teſtatur, quod per XV. legiones paremque auxiliorum numerum geſtum fuit, in cuius rei memoriam, curuli Sellæ inſidet cum Lauri ramo, ad pedes verò iacent hoſtium ſpolia.

IMP. CAESAR TRAIANVS AVGVSTVS GERMANI- A
CVS. PONT. MAX. TRIB. POT. COS. II. PATER PATRIAE
RESTITVIT. Superiorem Tiberij Cæſaris nummum Traianus re-
ſtituit.

DE GERMANIS. Spolia hoſtium, ſcuta & tela, cum lituis aut
tubis & vexillo.

TIBERIVS CAESAR AVG. F. PONT. COS. II. TRIB.
POT. VII. IMP. III. Tiberius antequam Imperium obtineret, vi-
uente Auguſto Tribunitiam poteſtatem XVI. geſsit, vt Faſti docent.
nummus autem videtur ſignatus Anno V. C. DCCLVII. quando B
Trib. Poteſt. VII. iniuit.

CAESAR AVGVSTI F. DOMITIANVS COS. V. REST.
Arcus triumphalis Druſo vel Tiberio excitatus S. C.

GERMANICVS CAESAR TIBERI F. AVGVSTI NEPOS.
CONSVL DESIGNATVS. Fuit Germanicus Druſi Neronis & An-
toniæ Iunioris filius à Tiberio patruo adoptatus. Quæſturam quin-
quennio antequam per leges liceret, & poſt eam conſulatum ſtatim geſ-
ſit: miſſuſque ad exercitum in Germania, omnium ſibi animos deuin-
xit. Exceſſu Auguſti nunciato, imperium à legionibus odio Tiberij ob-
latum pertinaciſsimè recuſauit. poſteaque Germanis varijs prælijs de- C
uictis triumphauit. mox à Tiberio ad componendas res Orientis miſ-
ſus, vt à conſuetis legionibus illum abduceret, & incertis bellorum ob-
jiceret. Armeniæ Regem deuicit, & Cappadociam in prouinciẹ formam
redegit. Antiochiæ annum agens XXXIV. non ſine veneni ſuſpicione
obijt, fraude Tiberij & opera Cn. Piſonis & Plancinæ; fuit autem cor-
poris forma & animi bonis, inſtitutioneque iuxtà ac robore, clementia
& modeſtia prẹſtantiſsimus; ab omnibus ita dilectus, vt Auguſtus diu
cunctatus, an ſibi ſucceſſorem deſtinaret, vt Suetonius tradit in C. Cali-
gula.

D

TABVLA XLII.

TIBERIVS CLAVDIVS TIB. F. NERO. CONSVL ITERVM IMPERATOR ITERVM. Quadriga triumphalis cum Victorijs inſculptis, quæ nucem pineam ſuſtinet. Tiberius cum fratre Druſo, Rhœtos & Vindelicos. multis prælis fregit. P. Q. R. ſubiecit. ſed Tiberij opera potiſsimũ Vindelici debellati, quorum inſigne nux pinea, quod & in hodiernã diem Auguſtæ Vindelicorũ ſymbolum eſſe ferunt, vt teſtatur V. Cl. Marcus Velſerus lib. IV. Hiſtoriæ Vindelicorum.

C. CA-

A C. CARINAS C. F. PROCOS. Victoria inſiſtens proræ nauis. Dion refert lib. LI. C. Carinatem Morinos alioſque rebellionis ſocios debellaſſe, & Sueuos aliquoties Rhenum transgreſſos profligaſſe.

P. VATINVS P. F. PROCOS. Bigæ aurigante Victoria. P. Vatinius Illyrico præpoſitus, quo tempore Brutus & Caſsius copias vndique colligebant; is cùm Dyrrachium occupaſſet Brutoque aduerſaretur, à militibus ſuis deſertus, qui ad Brutum transfugerunt.

TIBERIVS CAESAR AVG. F. PONT. COS. II. TR. POT. XIII. IMP. VII. Incidit Tribunitia Poteſtas XIII. in annum DCCLXIII. vt faſti docent.

B TIBERIVS IVLIVS AVGVSTI FILIVS DIVI NEPOS CAESAR. PONT. Tiberius ab Auguſto adoptatus, familiæ Iuliæ nomen aſſumpſit, & mirum eſt ita raró hoc in nummis occurrere, cùm tamen in faſtis, paſsim Tiberius Iulius vocetur.

Mulier ſedens turrito capite cum cornucopiæ & nuce pinea abſq; vlla inſcriptione. Auguſtæ Vindelicorum ſymbolum.

TIB. CAESAR AVG. F. TR. POT. Tiberius triumphali quadriga vectus, ſiniſtra manu ſceptrum & in eius ſummitate aquilam geſtat. huc reſpicit Iuuenalis Satyra X. de triumphantium habitu.

C *Da nunc & volucrem, ſceptro quæ ſurgat eburno.*

Inter alia enim triumphantis inſignia erat ſcipio eburneus habens aquilam, quem manibus triumphans geſtabat. vt refert Dionyſius Halycarnaſſæus lib. III.

TI. SEMPRONIVS TI. F. GRACCVS LEG. PROCOS. Hic Sempronius Graccus Tiberij Legatus Procõſularis bello Vindelico fuit, quod nux pinea deſignat. forte hic idem eſt qui Iuliam Tiberij Cęſaris vxorem adulterio corrupit; de quo Tacitus Annalium X. *Par cauſſa ſæuitiæ in Sempronium Graccum, qui familia nobili, ſollers ingenio, & prauè facundus, eandem Iuliam in matrimonio M. Agrippæ temerauerat: nec is libi-*
D *dini finis, traditam Tiberio, peruicax adulter contumacia atque odijs in maritum accendebat, litteræque quas Iulia patri Auguſto cum inſectatione Tiberij ſcripſit à Gracco compoſitæ credebantur. Igitur amotus Cercinam, Africi maris inſulam, quatuordecim annis exilium tolerauerat, tunc milites ad cædem miſſi, inuenere in prominenti littoris, nihil lætum opperientem, quorum aduentu breue tempus petiuit, vt ſuprema mandata vxori Alliariæ per litteras daret, ceruicemq́; percuſſoribus obtulit, conſtantia mortis haud indignus Sempronio nomine; vita degenerauerat.* Fuit hic Sempronius IV. Vir Monetalis, & Quæſtor deſignatus ſub Iulio Cæſare.

TIBERIVS NERO TIB. F. PROCOS. Trophæum de Victis Germanis excitatum, ſubtus ſunt captiui. A

TABVLA XLIII.

IMP. CAESAR. Auguſtus. Triumphali habitu in quadriga cum Lauri ramo.

IMP. CAESAR. Victoria orbi inſiſtit cum Corona & Labaro, quod Auguſti opera terrarum orbis pacatus ſit. B

TRIB. POT. IX. Victoria globo ſtellato inſidens, ſertum manibus geſtans, Imperatoris capiti ornando. Sedet autem, vt ſtabilem & non fugacem deſignet.

ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ΤΡΙΤΟΝ. *Imperator tertium*, victoria proræ nauis cum Corona & palma inſiſtens.

TABVLA XLIV.

IMP. TITVS VESPASIANVS AVGVSTVS RESTITVIT. Victoria gradiens cum clypeo votiuo, vt videtur cui inſculptum. S. P. Q. R. talem etiam nummum reſtituit Domitianus & Nerua. C

TABVLA XLV.

S. P. Q. R. IMP. CAESARI. Equeſtris ſtatua Auguſto erecta. L. VINICIVS. Arcus triumphalis cum quadrigis triumphalibus Cæſari poſitus, quod inſcriptio manifeſtat S. P. Q. R. IMP. CAESARI. L. hic VINICIVS anno V. C. DCCXX. Conſul ſuffectus fuit, ſecundum Faſtos, EX KAL. SEPTEMBRIS. Suetonius D etiam in Auguſto cap. LXXI. huius meminit, *Cœnaui mi Tiberi cum ijſdem, acceſſerunt conuiuæ Vinicius & Silius Pater.*

POPVLI IVSSV. Statua equeſtris Auguſto poſita, cum paludamento; de qua Velleius Paterculus lib. II. *Mox cum Antonius occurriſſet exercitui, quem ex tranſmarinis Prouincijs, Brundiſium venire iuſſerat, Legio Martia & Quarta, cognita Senatus voluntate, & tanti Iuuenis indole, ſublatis ſignis, ad Cæſarem ſe contulerunt, eum Senatus honoratum Equeſtri ſtatua, quæ hodieq; in Roſtris poſita. Ætatem eius ſcriptura indicat (qui honor non alij per CCC. annos quam L. Syllæ, & Cn. Pompeio & C. Cæſari contigit) Proprætorem vna cum Coſſ. deſignatis Hirtio & Panſa, bellum cum Antonio gerere iuſſit.*

IMP.

A IMP. ITERVM. Statua equeſtris cum Lituo, propter Pontificis & Auguris dignitatem, quam Cæſar licèt iuuenis adeptus erat.

TABVLA XLVI.

QVOD VIAE MVNITAE SVNT. Arcus Triumphalis cum Trophæis. Dion lib. LIII. *Cum videret Auguſtus, vias extra vrbem aliquandiu neglectas, difficila itinera exhibere, reliquas Patrum quibuſdam, proprijs ſumptibus reficiendas mandauit. Flamìniam, quoniam eo ducturus* B *erat exercitum ipſe procurauit; eſtque ea ſtatim inſtaurata, ac ob id ſtatuæ Auguſti ſunt ſupra aras in ponte Tiberis, & Arimini poſitæ, reliquæ viæ poſteriori tempore refectæ, ſiue publicis ſiue ipſius Auguſti ſumptibus hoc factum, quis dicere velit, neq; enim quid inter huius & publicum ærarium interſit, ſatis video.*

IMP. CAESAR. Auguſti ſtatua in columna roſtrata.

CNEVS CINNA MAGNVS III. VIR. S. P. Q. R. IMP. CAES. QVOD. V. M. S. EX EA. P. Q. I. S. AD. A. D. E. Dion lib. V. Vocat hunc Cneum Cornelium Cinnam Magnum; qui ex filia Pompei Magni natus fuit. Coniurauit hic in Auguſtum, quem cùm punire vellet, Liuiæ conſilijs permotus, animum ad clementiam flexit, C Cinnæq; ignouit, & conſulem deſignauit: quo ille facto adeò ſibi omnium animos deuinxit, vt nullæ in illum amplius conſpirationes fierent. de quo videndus Anneus Seneca lib. I. De Clementia.

Cippus hic eſt honorifico titulo inſcriptus ob vias munitas: litterę autem ita explicandę. *Senatus Populusq; Romanus Imperatori Cæſari, quod viæ munitæ ſint, ex ea pecunia, quæ iuſſu Senatus ad Ærarium delata eſt.*

L. MESCENNIVS RVFVS III VIR. Monetæ cudendæ prę-fectus, ſub Auguſto fuit L. Meſcennius Rufus, qui Ciceroni Procos. in Cilicia Quæſtor fuit, vt ipſe Tullius fatetur lib. XIII. Epiſt. XXVI. *L. Meſcennius ea mecum neceſſitudine coniunctus eſt, quod mihi quæſtor* D *fuit.* Cippo autem inſcriptum. IMP. CAES. AVGVSTO COMMVNI CONSENSV. Statua ſcilicet hæc communi conſenſu ſenatus & Populi Romani poſita eſt.

IMP. CAESAR AVGVSTVS. Curuli ſellæ inſidens cum victoria in manu.

TABVLA XLVII.

VOTO PVBLICE SVSCEPTO PRO SALVTE ET REDITV. IOVI OPTIMO MAX. SACRVM. Mars videtur

cum

cum Labaro & Parazonio moris erat olim vota ſuſcipere pro incolumitate, vel reditu Imperatoris, vel pro fœlici Reip.ſtatu; & rei votorum dicebantur, quæ ſoluebant obtentis quæ petebantur. Vouebant autem Dijs donaria, templa, ludos, ſacrificia & ſimilia. Dicebantur autem ſuſcipere vota, nuncupare vel ſignare, ſæpe enim inſcribebant votũ chartæ, & cerâ affigebant Deorum ſtatuis, quibus nuncupabant vota ſua: vnde Iuuenalis Satyra X. A

Propter quæ fas eſt Genua incerare Deorum.

Plinius ſecundus epiſtolis ad Traianum more hunc dilucidè admodum expreſsit: *Plinius Traiano: Solennia vota pro incolumitate tua (qua publica ſalus continetur) & ſuſcepimus Domine, pariter & ſoluimus: precati Deos, vt velint ea ſemper ſolui ſemperque ſignari.* Et alio loco. *Vota, Domine, priorum annorum nuncupata, alacres lætique perſoluimus, nouaque rurſus curante commilitonum, & Prouincialium pietate, ſuſcepimus, precati Deos vt te Remque Publicam florentem & incolumem ea benignitate ſeruarent.* Et Martialis lib. VIII. B

Quantus Io Latias mundi conuentus ad aras
Suſcipit, & ſoluit pro Duce vota ſuo.

Vnde Auguſtus cum ex multis indicijs mortem ſibi inſtare cognouiſſet, recuſauit vota nuncupare in proximum luſtrum, quæ non eſſet ſoluturus. Suetonius in Auguſto cap. XCVII. *Quo animaduerſo, vota quæ in proximum luſtrum ſuſcipi mos eſt, Collegam ſuum, Tiberium nuncupare iuſſit, nam ſe quanquam conſcriptus paratiſque tabulis, negauit ſuſcepturum, quæ non eſſet ſoliturus.* C

IOVI OPTIMO MAXIMO S. P. Q. R. VOTIS SVSCEPTIS PRO SALVTE IMPERATORIS CAESARIS QVOD PER EVM RESP. IN AMPLIORE ATQVE TRANQVILLIORE STATV EST.

In nomiſmatis poſteriorum Imperatorum ſæpe reperitur alia forma votorum. VOT. X. vel XX. nempe VOTIS Decennalibus Vicennalibus. in Valentis nummo, VOTIS DECENNALIBVS MVLTIPLICATIS VICENNALIBVS. Publicè enim nuncupabant vota ſi X. vel XX. annis Imperatorem aut Rempub. bono in ſtatu ſeruarent, ſpectacula aut ludos ſe edituros. D

Fortè hæc inſcriptio reſpicit ad cladem Varianam, quando Auguſtus Magnos Ludos vouit. Suetonius cap. XXIII. *Vouit & magnos Ludos Ioui Opt. Max. ſi Remp. in meliorem ſtatum vertiſſet, quod factum Cimbrico Marſicoque bello erat.*

FORTV-

A FORTVNAE REDVCI. CAESARI AVGVSTO S.P.Q.R. Ara Votiua Fortunæ Reduci poſita, ob abſentiam ſcilicet diuturnam Auguſti ab vrbe, quod bello Cantabrico, & fortè aliàs factum. Fortunæ autem Reduci templũ olim poſitũ erat Romæ. Martialis lib. VII.

Hic vbi Fortunæ Reduci fulgentia latè
Templa nitent.

Claudianus etiam diſertè ob Ducum reditum, Fortunę Reduci templa exſtructa canit:

Aurea Fortunæ Reduci ſi templa priores,
Ob reditum vouere Ducum, non dignius vnquam
B *Hæc Dea pro meritis amplas ſibi poſceret ædes.*

Dion lib. LIV. *Ob reditum eius, atque ob illa quæ abſens geſſiſſet, multa ac varia in honorem eius decreta, quorum ille nihil accepit, niſi quod Fortunæ Reduci Aram conſecrari, diemque ſui reditus inter ferias referri, & Auguſtalia dici paſſus.*

Q. RVSTIVS. FORTVNAE ANTIATES. Q. hic Ruſtius, fortè affinis illius Ruſtij fuit, cuius mentio apud Plutarchum in Craſſo, refert enim inter Ruſtij impedimenta, repertos laſciuos libros Ariſtidis, Mileſiaca inſcriptos, præbuiſſeque Surrenæ Parthorum duci ſugillandi Romanos materiam, quod nec in bello valerent ſibi temperare. Fortunę C Antiates ita dictæ, quod Antij (nobile id Latij quondam oppidum) colerentur: aliquando ſingulari aliquando plurali numero nomen effertur. Horatij extat Oda ad Fortunam quæ Antij colitur. Lib. I. XXXV.

O Diua gratum quæ regis Antium
Præſens vel imò tollere de gradu
Mortale corpus, vel ſuperbos
Vertere funeribus triumphos.

Dicebantur etiam Sortes Antiates. Suetonius in Caligula, *monuerunt & Sortes Antiatinæ. vt à Caſſio caueret*, petebantur enim ab illis reſponſa. D Macrobius lib. I. Saturnaliorum cap. XXIII. *Vt videmus apud Antium promoueri ſimulachra Fortunarum ad edenda reſponſa.* Cur autem gemina ibi Fortuna colitur, cùm vnica alibi tantùm ſit? an quod ſuſpicatur Cl^{mus}. Torrentius, vnam quidem eſſe Fortunam, ſed duas ab effectu, quia Iupiter, vt Homerus finxit, ex duobus dolijs nunc læta nunc triſtia nobis immittit, nec improbabile fore ſi vnam Angeroniam, aliam Volupiam quis illas vocaret, hanc à voluptate, illam ab angore ſic dictam; firmiſsimo inter ſe nexu coniunctas. Sic etiam Fortuna Præneſtina plurali numero ab aliquibus vocatur. Statius Papinius in Syluis.

Et Prænestinæ poterant migrare ſorores.

Lylius Gyraldus Syntagmate XVI. Deorum hiſtoriæ, ideo dictas ſorores dicit à Poëta, quod Præneſte colerentur ſub duarum ſororum effigie, hoc eſt Bonæ Malæque Fortunæ. A

TABVLA XLVIII.

ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ. ΟΝΟΛΕΩΣ. *Antiochenſium. Onoleus.* Antiochia turrito capite, monti inſidens, manu palmam geſtat, pedibus verò fluuium premit. Syriæ Metropolis erat, à Seleuco Nicatore condita ad Orontem amnem: atq; in memoriam Antiochi Patris ita vocata. Straboni etiam Tetrapolis dicta, quod ex quatuor partibus conſtituta ſit. vicinum habebat ſuburbanum totius Orientis amœniſsimum Daphnem nomine, nemorum fontiumque frequentia memorandum; de quo Abrahami Orteli Parergon Lector conſulat. B

ΣΙΔΟΝΩΣ. *Sidonis.* Mulier Tauro inſidens. Erat autem Sidon nobilis in primis & vetuſta Phœniciæ vrbs, vitri opificio, clara, & Bœotiarum Thebarum parens. Cadmus enim conditor, Agenoris filius Sidone oriundus. Vnde non improbabile putarem, mulierem hanc Tauro inſidentem, Europam eſſe Cadmi Filiam à Ioue Tauri ſpecie raptam. C

ΣΕΛΕΥΚΕΩΝ ΤΗΣ ΙΕΡΑΣ ΚΑΙ ΑΥΤΟΝΟΜΟΥ. *Seleucienſium Ciuitatis Sacræ & Liberæ.* Mulier turrito capite cum palma, monti inſidens, ſub pedibus eius viri ſimulachrum, qui vtraque manu illam ſuſtinere videtur. Erat autem Seleucia Strabone teſte Aſſyriæ Metropolis, à Seleuco Nicatore ad Tigrim condita, maxima & frequentiſſima Orientis vrbs, Parthorum ſedes præcipua, licèt Reges raró in illa aulam haberent; ſed in vico maximo illi propinquo Chteſiphonte, vbi hyemabant, æſtatem verò in Ecbatanis agebant, parcentes Seleuciæ, ne à Scythica & militari turba diripiretur. Cur autē Αὐτονόμος, ſeu libera vocetur, Eutropius docet. libro VI. *Pompeius quum in Syriam veniſſet, Seleuciam vicinam Antiochiæ libertate donauit, quod Regem Tigranem non recepiſſet.* Sed cùm referat Appianus ſex à Seleuco Nicatore conditas Seleucias, difficile eſt aſſerere, de qua hic agatur. D

ΑΣΚΑΛΩΝΙΤΩΝ. *Aſcalon.* Paleſtinæ quondam vrbs ampla, & validis murorum munimentis ſubnixa, vt auctor eſt Ioſephus de bello Iudæorum. in nummo videre eſt mulierem turrito capite haſtæ innixā, & ſiniſtra videtur binos Lituos augurales gerere, proræ inſiſtit, ab vna parte tridens eſt, ab altera Aquila.

ΘΕΑΣ

A ΘΕΑΣ ΣΙΔΩΝΟΣ. *Deæ Sidonis.* Sidoniorum Dea erat Aſtartæ, quæ paſsim à Syris & Phœnicibus ſummo honore colebatur, quam aliqui Lunam, alij Venerem fuiſſe aſſerunt. Cicero lib. III. de Natura Deorum quatuor Veneres enumerat, ex quibus, *Quarta*, inquit, *Syria Tiroque concepta, quæ Aſtarte vocatur, quam Adonidi nupſiſſe traditum eſt.*

Sacræ verò Litteræ conceptis verbis Deam Sidoniorum Aſtarten vocant. Lib. III. Regum Cap. XI. *καὶ ἐπορεύθη Σολομὼν ὀπίσω τῆς Ἀστάρτης θεᾶς Σιδονίων. Et abijt Salomon poſt Aſtartē Deum Sidoniorum*. nec moueat aliquem Deum Aſtarten hic vocari, nam Deorum ſexus priſcis erat indifferens; vnde & Lunā Deam & Lunum dicebant, vt auctor
B eſt Aelius Spartianus in vita Antonini Caracallæ. *Vnde quamuis Græci vel Aegyptij eo genere quo fœminam hominem, etiam Lunam Deam dicant, myſticè tamen Deum dicunt.* Et Macrobius de Venere ex Læuio, *Venerem igitur almum adorans ſiue fœmina ſiue Mas eſt, ita vti alma Noctiluca eſt.*

ΙΟΥΛΙΕΩΝ ΤΩΝ ΚΑΙ ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ. *Iulienſium qui & Laodicenſes.* An Laodicenſes Iulienſes dicti ſint hactenus non obſeruaui; Plinius illam Liberam vocat. Fuit autem Laodicea Syriæ vrbs celebris à Seleuco Nicatore, in honorem Laodices matris ſuæ condita. Strabonis tempore magnum incrementum adepta erat, cum prius exigua vrbs
C fuiſſet.

ΑΜΦΙΠΟΛΙΤΩΝ. De Amphipoli, inter Macedoniæ vrbes in Græcia mea abundè. vbi & mulierem Tauro inſidentem Dianam Tauropolon eſſe diximus.

ΜΑΜΕΡΤΙΝΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. *Mamertinorum.* à Mamerte qui Oſcorum lingua Mars eſt, Mamertinorum nomen fluxiſſe ſcriptores aſſerunt, ſiue ob armorum peritiam, vel quod ab armorum Deo originem trahant: quod nomiſma noſtrum etiam docet, in quo Mars cum telo & Clypeo. Sed de Mamertinis in Magna Græcia Goltzius egit,
D quem Lector conſulat.

TABVLA XLIX.

ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΕΩΝ. De Theſſalonicenſibus in Græcia dictum.

ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ. *Reges Demetrij,* quis hic Demetrius Rex, Auguſti tempore?

ΑΡΧΙΕΡΕΥΣ ΗΣΚΛΑΣ. ΝΙΚΟΣΤΡΑΤΟΣ. *Pontifex Iſclas. Nicoſtratus.* Ceruus cum truncata dictione ΕΦΕ. ſiue Epheſiorum. Aſiæ minoris clariſsima quondam vrbs, quam Iuſtinus ex Trogo Pompeio à Martheſia & Lampedo Marte genitis, Amazonum Reginis conditam, Plinius etiam Amazonum opus eſſe prædicat. Strabo verò lib. XIV. ab Androclo Codri Athenienſium Regis filio exſtructam refert: Dianæ magnifico templo celebris; cui Xerxes, cùm omnia Aſiatica templa ignibus traderet, ſolùm pepercit, quod adeò celebratum fuit, vt inter ſeptem mundi miracula adnumerauerit Vetuſtas; cuius vmbram licet ex Plinio habere lib. XXXVI. cap. XIV. *Magnificentiæ verò admiratio extat templum Dianæ Epheſiæ, ducentis viginti annis factum à tota Aſia, in ſolo id paluſtri fecêre, ne terræ motus ſentiret, aut hiatus timeret: rurſus ne in lubrico atque inſtabili fundamenta tantæ molis locarentur, calcatis ea ſubſtrauêre carbonibus, dein velleribus lanæ. Vniuerſi templi longitudo eſt CCCCXXV. pedum latitudo CCXX. Columnæ centum viginti ſeptem à ſingulis Regibus factæ LX. pedum altitudine.* A B

ΠΕΡΙΝΘΙΩΝ. De Perintho in Græcia dictum.

ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. *Smyrnenſium.* Inter Ionicas vrbes non poſtrema erat Smyrna, quam ab Amazone conditam, & ab Alexandro reſtitutam dicit Plinius. Tacitus variantes ſententias refert de eius origine lib. IV. Annalium. *At Smyrnæi repetita vetuſtate, ſeu Tantalus Ioue ortus, illos, ſiue Theſeus diuina & ipſe ſtirpe, ſiue vna Amazonum condidiſſet.* Prçterfluit amnis Melas inter fluuios Aſiaticos facile prçcipuus. Sæpe aduerſam fortunam paſſa, cumque Lydi illã euertiſſent, quadringentis annis, Strabone teſte, in vici modum habitata fuit; poſtmodum Antigonus eam ſuſcitauit, deinde Lyſimachus, & ſuo tempore omnium pulcherrima erat. Copioſa ibi quondam Bibliotheca, & Homeræum cum porticu quadrata, & Homeri ſtatua temploque. Smyrnæi enim Poëtam ſibi vendicant; vnde & nummus quidam æneus erat, qui Homerus vocabatur; qua in vrbe Dolabella Tribonium vnum ex Cæſaris parricidis cepit, & occidi iuſsit, qui vrbem priùs variè afflixerat. Solinus cap. LIII. *Smyrna, vnde precipuè nitet, Homero vati Patria extitit, qui poſt Ilium captum anno Ducenteſimo ſeptuageſimo ſecundo, humanis rebus exceſsit, Agrippa Syluio Tyberini filio Albæ regnante anno ante Vrbem conditam CLX.* C D

ΚΟΙΝΟΝ ΒΥΖΑΝΤΙΩΝ. *Communitas Bizantinorum,* vide Græciam meam de Byzantio.

ΚΝΩΣΙΕΩΝ ΔΙΣ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. *Cnoſsiorum.* Præcipua olim Creten-

A Cretenſium vrbium Cnoſſus,ſi Homero fides habenda;illam enim Minois Regiam & ingentem Vrbem dicit. in plano erat ſita,& ambitu ſuo XXX. Stadia complexa ; dicta etiam Ceratos à præterfluentis amnis nomine, Strabone teſte. dignitate omnes Cretæ vrbes ſuperauit, mox decus hoc Gortynam,Lictumque translatum fuit: lapſu verò temporis iterum antiquum honorem obtinuit, & Metropolis dignitatem. Strabonis verò ætate Romanorum Colonia eò ducta; Mineruam apud ſe natam, & fruges Cnoſsij aſſerebant. Iulius Solinus cap. XVI. *Cnoßij Mineruam ciuem Deam numerant,primumq́; apud ſe fruges ſatas affirmant,auda-*
B *cter cum Atticis contendentes*. In nummo autem Labirynthi forma videtur conſpici,quam Dædalus ad Aegyptij imitationem in Creta fecit.

TABVLA L.

COLONIA CAESAREA. C. SABINO. P. VARO. II. VIRIS. Quænã fuit hæc Cæſarea,à C. Sabino & P. Varo duûmuiris deducta , inueſtigatu eſt difficile, in tanta Vrbium frequẽ-
C tia, quibus illud nomen. duo autem boues. cum aſſecla Sacerdotis habitu,qui aratrum ducit,Coloniæ ſignum eſt, deſignabatur autem Colonia, Varrone teſte, Vacca & Boue, ita vt Vacca Coloniæ quam conderent propior eſſet, exteriùs verò bos araret; ducto verò aratro, terminos deſignabant Coloniæ, quà mœnia ducerentur ; & aratro portato vbi portam ſtatui vellent, vnde & portæ nomen à portando inditum.

COLONIA IVLIA PHILIPPI. De hac Colonia Tabula XXVI. diximus.

COLONIA CAESAREA PHILIPPI. Diuerſa hæc à Colonia Iulia Philippi. Phœniciæ enim hæc vrbs eſt,quam aliqui Cæſaream Pa-
D nias dictam credunt, quondam Leſer & Dan,aliquando & Lachis vocata. vt obſeruauit Cl^mus^. Ortelius. deducta autem fuit à T. Rufo. & L. Gallo Duûmuiris.

COLONIA SEBASTA. L. FABATO T. TARO L. PISONE II. VIRIS. Sebaſta vrbs in Auguſti honorem exſtructa ab Herode Iudææ Rege, cùm priùs Samaria diceretur Strabone teſte: erat etiam Sebaſta Armenię vrbs Stephano auctore.

COLONIA IVLIA BERYTVS, vrbs eſt in Palæſtina,Plinio, Colonia Iulia fœlix cognominata.

CAESAREA AVGVSTA. An hæc Hiſpaniæ vrbs ſit quam communi nomine Cæſar-auguſtam vocamus,dubito; video enim à La-

tinis ſcriptoribus Cæſar-Auguſtam non Cæſaream Auguſtam dici, Ptolomæo tamen Cæſarea Auguſta dicitur. A

TABVLA LI. LII.

DVAE hæ tabulæ varia tantùm nomina habent Duûmuirorum qui Colonias deduxerunt, agróſue aſsignârunt. B

TABVLA LIII.

ΚΑΙΣΑΡΕΩΝ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΝ. *Cæſarea Metropolis*, Paleſtinæ vrbs ad mare Mediterraneum ſita, olim Stratonis Turris dicta, mox ab Herode in Auguſti honorem Cæſarea vocata.

ΝΙΚΟΠΟΛΙΣ ΙΕΡΑ. *Nicopolis ſacra*, ob Actiacam victoriam ab Auguſto Condita, non procul ab Actio, vt ſuprà diximus. C

ΚΥΔΩΝΙΑ. *Cydonia*. De Cydone in Græcię inſulis inter Cretenſes vrbes à me eſt facta mentio.

ΤΡΙΠΟΛΙΤΩΝ. ΜΥΦΩΝΤΩ. ΠΑΣΟΡΑΣ. *Tripolitanorum. Murium occiſori Deæ Paſoras*, ſiue omnia videntis. quod nam hoc numen quod Μύφωντον ſeu Muricidam dixeris, equidem ignoro; poterat tamen peculiare loci alicuius eſſe, vt Μυίαγρος quod Muſcas fugabat, de quo Pauſanias in Arcadicis, Plinius, Deum Myiodem vocat Lib. XXIX. cap. VI. *Nullum animal minus docile exiſtimatur, minoriſue intellectus, quam muſca; quo mirabilius eſt, Olympiæ ſacro certamine nubes earum immolato tauro, Deo quem Myiodem vocant, extra territorium abire.* Apollo certè Smintheus dicitur, quod Mures (quos Aeoles Sminthas vocant) in D Troade occidiſſet. de quo vide. Grecię inſulas Tabula XIV. de Tenedo.

ΤΙΦΟΥΛΕΩΝ. *Tiphuleorum*, vbi gentium hic locus ſit me fugit; quid nam verò ſibi mulier hac quæ inter duo capita equina ſtat, non facile quis aſſequetur; niſi Hipponam dixerimus Deam, quæ equis & ſtabulis præeſt. Apuleius III. Mileſiacorum. *In ipſo fori meditullio. Hipponæ Deæ ſimulachrum reſidens ædiculæ, quod accuratè corollis roſeis equidem recentibus fuerat ornatum.* Et Tertullianus in Apologetico. *Vos tamen non negabitis, & iumenta omnia & equos canterios cum ſua Hippona coli à vobis.*

ΔΙΟ-

A ΔΙΟΝΥΣΙΟΣ ΜΑΡΩΝΙΤΩΝ. *Bacchus Maronitarum.* De Maronea Thraciæ vrbe, in Græcia diximus, & de Baccho quem illi ΣΩΤΗΡΑ ſeu ſeruatorem vocabant. ſed hoc nummo Bacchi figura non ſpectatur, ne Liberæ quidem, nulla enim hedera, aut Pampinis caput eius cinctum.

ΤΡΙΠΟΛΙΤΩΝ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΝ. *Tripolitanorum Metropolitanorum.* Statua Equeſtris Auguſto poſita.

ΣΕΒΑΣΤΑ ΜΗΤΡΟΠΟΛΙΣ. *Sebaſta Metropolis.* Ab Herode in Auguſti honorem condita, quod indicat Capricornus qui orbem pe-
B dibus continet, ipſius Auguſti Horoſcopus: adeſt Cornucopiæ quæ fœlicitatem & rerum abundantiam ſignificat. Sebaſta autem hęc olim Samaria erat dicta. Euſebius in Chronico: *Herodes Samariam olim iam in cineribus ſedentem, à fundamentis ſuſcitans, in honorem Auguſti Sebaſtam ſeu Auguſtam appellauit.*

TABVLA LIV.

COLONIA IVLIA BONNA. Ita Ortelius interpretatur. Germaniæ vrbs ad Rhenum ſita, quæ & hoc æui nomen priſcum ob-
C tinet; de qua apud C. Tacitum frequens mentio Lib. IV. Hiſtoriarum.

COLONIA NEMAVSVS. Crocodillus palmæ alligatus, Signum captę Aegypti. de hac ſuprà dictum.

COLONIA IVLIA OCTAVIA. Vbi hæc terrarum fuit Colonia parum hactenus liquet.

TIBERIVS SEMPRONIVS GRACCVS QVAESTOR DESIGNATVS. Aratrum & Decempeda cum ſignis Legionum.

TIBERIVS SEMPRONIVS T. F. GRACCVS. II. VIR ITERVM. Ex. S C. Graccus hic iterum Duûmuir Coloniæ deducen-
D dę. Fuit autem Colonia Iulia Auguſta, quæ nunc Auguſta Vindelicorum dicitur; vt Abrahamo Ortelio, & Marco Velzero placet.

COLONIA IVLIA VALENTIA. An hæc Valentia Citerioris Hiſpaniæ nobilis illa vrbs inter Conteſtanos ſita, quæ forte Cãtabrici belli tēporibus Colonia facta fuit, quãdo is multas Colonias in Hiſpaniã deduxit, vel Valentia Narbonenſis prouinciæ, inquirat Lector.

AVGVSTVS. COLONIA IVLIA CORINTHVS. In Gręcia diximus, Iulium Cæſarem Corinthum è ruinis excitaſſe, & Colonos eò deduxiſſe.

COLONIA. AVGVSTA PATRENSIS. Poſt Victoriam Actiacam Auguſtus ex multis Achaiæ vrbibus, quæ infrequenter habitatæ

habitatę erant,incolas Patras deduxit, & Coloniam effecit,atque in eius A
honorem Colonia Auguſta Patrenſis vocata, vt fuſiùs in Græcia di-
ctum.

TABVLA LV.

MVNICIPIVM CALAGVRIS IVLIA. Quid inter Mu-
nicipium & Coloniam diſcriminis ſit, Aulus Gellius lib. XVI.
cap. XIII. docet. *Municipes ſunt ciues Romani,ex municipijs, ſuo iure* B
& legibus vtentes; muneris tantùm cum Populo Romano honorarij Participes,à
quo munere capeſſendo appellati videntur, nullis alijs neceſſitatibus, neque vlla
Pop. Rom. lege adſtricti; cum nunquam Populi Romani eorum fundus factus eſ-
ſet. Primos autem Municipes, ſine ſuffragij iure, Cerites eſſe factos accepimus;
conceſſumq; illis, vt ciuitatis Romanæ honorem quidem caperent, ſed negotijs ta-
men atque oneribus vacarent, pro Sacris bello Gallico receptis, cuſtoditiſq;. Colo-
niarum verò alia neceſſitudo eſt, non enim veniunt extrinſecus in ciuitatem, nec
ſuis radicibus nituntur, ſed ex ciuitate quaſi propagatæ ſunt, & iura inſtitutaque
omnia Pop. Rom. non ſui arbitrij habent. Vnde Imp. Hadrianus oratione
quam de Itali cenſibus in Senatu habuit, dicebat ſe mirari quod in ius C
Coloniarum mutari Italicenſes geſtiuerint, cum ſuo iure vti poſſent.

COLONIA ASTIGI AVGVSTA. Inter Bæticæ vrbes recenſe-
tur Aſtigi, à Plinio Auguſta Firma vocata, à qua Cōuentus Bæticę quar-
tus Aſtigitanus dicebatur. hodie Eceia incolis, de qua vide Hiſpaniam
noſtram Cap. XVIII.

MVNICIPIVM ERGAVICA. Celtiberorum in Terraconenſi
Hiſpania, Ergauica ciuitas. Plinius Ergauicenſes ad conuentum Cęſar,
Auguſtanum venire, & vetere iure Latij dicit vti.

COLONIA AVGVSTA EMERITA. Luſitaniæ vrbs Augu-
ſta Emerita, finito bello Cantabrico ab Auguſto condita. Auctor enim
eſt Dion lib. LIII. Auguſtum exauctoratis Emeritis militibus, iuſsiſ- D
ſe eos Vrbem in Luſitania condere, quam illi Auguſtam Emeritam, in
eius honorem vocauerunt: Luſitaniæ olim præcipua vrbs, hodie Meri-
da dicitur. de qua in Hiſpania mea Cap. XXXI. nummus oſtendit por-
tas vrbis cum pinnis.

SIGOBRIGA. Celtiberorum in Hiſpania Tarraconenſi vrbs,
quam alij Segobrigam dicunt.

P. CARISIVS LEGATVS PROPRAETORE. EMERITA.
Diximus P. Cariſium bello Cantabrico multa præclarè in Hiſpania fe-
ciſſe, & fortè hic veteranos milites Emeritam deduxit.

P. CARI-

A P. CARISIVS LEGATVS PROP. COLONIA TOLETVM. Ad Tagum inter Carpentanos Toletum iacet, loco aſpero & editiori, firmum olim oppidum; ſed non magnum: ſed poſtquam eo Coloniam Auguſtus duxit, magis frequentari cœpit. Gotthorum tempeſtate Regum aula & ſedes fuit, hodieque adhuc inter præcipuas Hiſpaniæ vrbes iure recenſetur. Plura in Hiſpania mea cap. LIX.

CAESAREA AVGVSTA. Quæ poſterioribus ſæculis Cæſaraugüſta, eadem & Cæſarea Auguſta in nummis vocata. hodie, Caragozza vide Hiſpaniam cap. XXCII.

B M. PLAETORIO TRANQVILLO Q. VRSO. II. VIRI. ITERVM. hoc eſt iterum Duûmuiri deducendæ Coloniæ creati

TABVLA LVI.

IMPERATOR X. Auguſto ſublimiori loco ſedenti duo ramos Oleæ, vt videtur, porrigunt, Barbararum fortè gentium Legati, qui pacem vel fœdus cum P. R. expetunt. quo videtur Suetonius reſpicere, cap. XXI. *Qua virtute, moderationisq́ fama, Indos etiam ac Schytas, auditu* C *modò cognitos, pellexit ad amicitiam ſuam, Populique Romani, vltro per legatos petendam.* Horatius lib. IV. Oda XIV.

Te Cantaber non ante domabilis,
Meduſq́ & Indus, te profugus Schytes
Miratur, ô tutela præſens
Italiæ, Dominæq́ Romæ

Dion etiam lib. LIII. Frequentes etiam (Samum) ad ipſum legati commeârunt, ac Indi pacem quam antea per Oratores, tunc interpoſito fœdere ſanxerunt.

PAX ORBIS TERRARVM. S. P. Q. R. Orbis inter duos o- D leæ ramos vel Lauri. in memoriam ſub Auguſto Terrarum Orbem ſublatis bellis omnibus, pacem habuiſſe, vel Victorijs Auguſti peragratum orbem.

IMP. XIV. Puerum Auguſto duo offerunt, quem is ad ſe recepit. Goltzius credit, Parthorum vel aliorum Barbarorum legatos eſſe, qui Regem infantem Auguſto alendum afferant. alij verò inter quos Cl^mus. Lęuinus Torrentius ad Suetonium, referunt ad rogationes legis, quos Auguſtus de maritandis Ordinibus tulit, quibus omnes iubebantur Matrimonia contrahere & liberos ſuſcipere, Suetonius in Auguſto cap. XXXIV. *Leges retractauit, & quaſdam ex integro ſanxit, vt Sumptuariam, & de Adulterijs, de Pudicitia, de Ambitu, de maritandis Ordinibus, hanc cum a-*

L *liquanto*

liquanto quàm cæteras ſeuerius emendaßet, præ tumultu recuſantiũ perferre nõ A *potuit, niſi adempta demum lenitáue parte pœnarũ, & vacatione trienny data, auctiſquè præmyjs; Sic quoque abolitionẽ eius publico ſpectaculo pertinaciter poſtulante equite, accitos Germanici liberos, receptoſquè, partim ad ſe, partim in Patris gremium oſtentauit, manu vultúque ſignificans, ne grauarentur imitari iuuenis exemplum.* Quanti verò Romani fecerunt ſemper ſobolis abundantiam & ciuium fœcunditatem, ex Horatio inter cæteros patet qui carmine Sæculari ita precatur:

Diua producas ſobolem, Patrumq́ue
Proſperes decreta ſuper iugandis B
Fœminis, proliſquè noua feraci
Lege Marita.

Quare inter alia Cenſorum munia, refert Cicero de legibus, *Cœlibes eſſe prohibento.* Apud Gellium etiam Q. Metelli Numidici Cenſoris oratio citatur, quam ad populum habuit de Ducendis vxoribus, ſeu de prole augenda.

IMPERATOR. Virgo eſt veſte ad talos dimiſſa, vna manu Cornucopiæ, altera Oleæ ramum geſtat; quo habitu veteres Pacem depingebant; vt & duo ſubſequentes nummi, reſpiciũt enim ad Pacem vniuerſalem ab Auguſto compoſitis paſsim bellis ſtabilitam. C

PAX. Duæ dextræ cum Cornucopiæ & Caduceo, pacis hoc ſymbolum eſt. Oſtenditq́ue fœlicitatem & abundantiam omnium rerum pace acquiri.

CAESAR DIVI F. Venus victrix. de illa ſatis in Iulio.

IANVS CLVSVS. Iani templũ clauſũ, exſtinctis paſsim bellis. Suet. Cap. XXII. *Ianum Quirinum, ſemel atque iterum à condita vrbe ante memoriam ſuam clauſum, in multo breuiore temporis ſpatio, terra mariquè pace parta, ter clauſit.* T. Liuius, de Iano loquens: *bis deinde poſt Numæ tempora clauſus fuit, ſemel T. Manlio Conſule, poſt Punicum primum perfectum bellum, iterum* D *(quod noſtræ ætati Dÿ dederunt vt videremus) poſt bellum Actiacum ab Imperatore Cæſare Auguſto, pace terra marique parta.* Fuit autem ter Ianus ab Auguſto clauſus, primo poſt Actiacam victoriam, Cõſulatu eius quinto; iterum victis Cantabris, Conſulatu decimo: tertiò Gentibus omnibus longè latéque compoſitis, Conſulatu vndecimo; vt obſeruauit Cl^mus^. Iuſtus Lipſius lib. I. electorum Cap. XX. quo tempore Dominus noſter IESVS CHRISTVS humanam naturam aſſumpſit. Faſti verò oſtendunt, Auguſtum bis Ianum clauſiſſe, primò deuicto Antonio & Cleopatra ad Actium, ſecundò finito bello Cantabrico.

Pax

A PAX. Corona laurea, in qua mulier cum Caduceo,& Augue ſuper Aram,quo ſalutem deſignat,quod ex multis varijsque nũmis patere poteſt. Inter Antonini enim nummos eſt Anguis in ſpiras collectus cum inſcriptione SALVS ANTONINI AVG. in Luci verò Aurelij Veri, Serpens aram circumuoluens, adſtante muliere quæ Pateram manu tenet. SALVTI AVGVSTORVM. eſt enim Anguis Aeſculapij inſigne; qui Salutis auctor. Nec abſonum eſſet, hoc ad Salutis Augurium referre, quod ſedatis bellis poſtliminio reuocatum. de quo Dion lib.LI. *Sed ex omnibus his decretis, nullum ei maiori voluptati fuit, quam quod Portæ* B *Iani ab illo clauſæ ſint, quaſi omnibus bellis confectis, ac quod Salutis Augurium factum ſit, hactenus intermiſſum.* Suetonius Cap. XXXI. *Nonnulla etiam ex antiquis cerimonijs paulatim abolita reſtituit, vt Salutis Augurium, Diale Flaminium.* Erat autem Salutis Augurium teſte Dione Lib. XXXVII. Diuinationis quoddam genus,quo explorabatur, concederéntne Dij, vt Salutem Populo poſtularent:quaſi nefas eſſet eam, priuſquam concedatur,petere. ad illud dies deſtinabatur quotannis, quo nullus exercitus ad bellum eſſet profectus, nullus hoſtis in aciem exiuiſſet, aut pugnatũ eſſet, qua de cauſſa per Ciuilia bella non poterat id celebrari.

C

TABVLA LVII.

SALVS GENERIS HVMANI. Auguſtus pulcherrimo hoc Elogio per adulationem ornatus, quod eius tempore bella omnia ſilerent,& Remp.ex miſerrimo in fœliciſsimum ſtatum erexiſſet Sed nobilis hic titulus IESV CHRISTO SERVATORI NOSTRO ſoli competit, qui anno V. C. DCCLI. in ſalutem generis humani in Bethleem Iudæ, pace per vniuerſum orbem ſtabilita, natus fuit; idque ſub finem anni XLII. Imperij ipſius Auguſti. COSS. Auguſto D XIII. & M. Plauto Syllano; alij tamen aliter enumerant.

AVGVSTVS. S. C. Aquila Coronæ ciuicæ inſiſtit, ab vtraque parte Lauri rami ſunt. Dion lib. LIII. *Cæſari cum orationem de eiurando regno, ac diuidendis prouincijs habuiſſet, multi erant delati honores, nempe vt ante eius domum in Palatio Lauri ponerentur, ac ſuper eas Coronæ quernæ ſuſpenderentur, nimirum quod perpetuus hoſtium Victor, ac Ciuium eſſet ſeruator: &* Ouidius in Metamorph. vbi agit de Daphne mutata in Laurum.

Tu Ducibus lætis aderis, cùm læta Triumphum
Vox canet, & longas viſent Capitolia pompas.

Poſtibus Auguſtis, eadem fidiſſima cuſtos, A
Ante fores ſtabis, mediamque tuebere Quercum.

SALVS GENERIS HVMANI. Victoria globo inſiſtens cum Palma & Corona. Significat Auguſti victorias per orbem vniuerſum partas, Salutem generis Humani fuiſſe.

CAESAR AVGVSTVS S. P. Q. R. Duo Lauri rami inter quos CLYPEUS VOTIVVS. à S. P. Q. R. poſitus, Cæteræ explicatione non indigent, ſuprà enim de ijs dictum.

TABVLA LVIII.

B

IMPERATOR VESPASIANVS AVGVSTVS RESTITVIT. Orbis cum Gubernaculo: in honorem Auguſti primò fuit hic nummus ſignatus, mox à T. Veſpaſiano reſtitutus; quod Auguſti prouidentia terrarum orbis gubernaretur.

M. COCCEIVS M. F. NERVA. III. VIR. Tres circuli cum inſcriptione.. ASIA. EVROPA. AFRICA. Triumuir hic monetalis M. Cocceius Nerua, nummum hunc ſignauit in Auguſti honorem, quod victorijs ſuis Aſiam, Europam, & Africam peragraſſet, debellatis paſsim hoſtibus.

C. CIB. D. D. PVBL. Goltzius interpretatur, Corona Ciuica C
data decreto Publico. eſt enim Querna Corona ob ſeruatos ciues.

CAESAR AVGVSTVS. Duo lauri rami vel arbuſcula. inter alia quæ Romani in Auguſti honorē decreuêre, fuit vt Lauro ſemper conoraretur, ac vt ante eius domum Lauri ponerentur; teſte Dione. Ouidius lib. III. Triſtium eleg. I.

Cur tamen appoſita velatur ianua Lauro?
Cingit & Auguſtas arbor opaca comas?
An quia perpetuos meruit domus iſta Triumphos?
An quia Leucadio Semper amata Deo?

Plinius lib. XV. cap. XX. *Laurus triumphis propriè dicatur, vel gratiſſima domibus ianitrix Cæſarum Pontificumque, quæ ſola & domos exornat, & ante limina excubat.* D

TABVLA LIX.

DE L. Aquilio Floro P. Turpiliano III. viris Monetalibus, de Dea Feronia, & Libera, ſuprà dictum. nunc quædā tantūmodo de Coronis Ciuicis prætermiſſa dicemus.

OB

A OB CIVES SERVATOS. Corona Querna, cui incluſus Clypeus Votiuus. S. P. Q. R. CL. V. Querna Corona quæ non dabatur niſi ciue ſeruato in acie, ideò & Ciuica dicta. Militaris virtutis inſigne clariſsimum : *Iam pridem verò*, Plinio teſte, *Clementiæ Imperatorum, poſtquam Ciuilium bellorum profano meritum cœpit videri, Ciuem non occidere, cedunt his Murales, Vallareſq́; & Aureæ, quanquam pretio antecedentes, cedunt & Roſtratæ*; ſed lubet diſertiſsimi viri audire verba de Ciuica corona ex libro XVI. cap. IV. *Ciuica Iligna primò fuit, poſteà magis placuit ex Eſculo Ioui ſacra. variatumq́ue & cum quercu eſt, ac data vbiq́ue quæ fuerat,*
B *cuſtodito tantùm honore glandis. additæ leges arctæ, & ideo ſuperbæ (quaſq́; conferre libeat cum illa Græcorum ſumma, quæ ſub ipſo Ioue datur, cuiq́; muros patria gaudens rumpit) Ciuem ſeruare, hoſtem occidere, vtq́ue eum locum, in quo ſit actum, hoſtis obtineat eo die, vtq́ue ſeruatus fateatur, aliàs teſtes nihil proſunt: vt ciuis fuerit, Auxilia quamuis Rege ſeruato decus id non dant; nec creſcit honos idem Imperatore Conſeruato, quoniam conditores, in quocumque ciue ſummum eſſe voluerunt. Accepta, licet vti perpetuò. Ludos ineunti ſemper aſſurgi, etiam ab Senatu in more eſt: Sedendi ius in proximo Senatui, Vacatio munerum omnium, ipſi Patriq́; & auo paterno. Quatuordecim eas accepit Siccius Dentatus, vt retulimus ſuo loco, Sex Capitolinus, is quidem & de Duce Seruilio. Africanus de Patre accipere noluit, apud Trebiam. O mores æternos! qui tanta opera honore ſolo donauerint, & cùm reliquas Coronas auro commendarent, Salutem ciuis in pretio eſſe noluerunt, clara profeſſione ſeruari quidem hominem nefas eſſe lucri cauſſa.*

TABVLA LX. LXI. LXII. LXIII. LXIV. LXV. LXVI.

SEquentes ſeptem tabulæ, continent tantùm Triûmuirorum Monetalium nomina, qui ſub Auguſto, Auro, Argento Aere, flando feriundoq́ue præerant. Coronæ etiam aliquot ciuicæ, ob ciues ſeruatos habent. aliæ verò, AVGVSTVS TRIBVNITIAE POTEST. in alijs verò inſtrumenta quæ ad Monetam ſpectant viſuntur, Incus, Malleus & Forceps.

TABVLA LXVIII. (actually 61

AVGVSTVS. Genitura Auguſti ſub ſigno Capricorni fœliciſsima cuius tantâ fiduciâ habuit, vt Thema ſuum vulgauerit, nûmoſq́; percuſſerit, nota ſideris Capicorni, ſub quo natus fuit adſũt Cornuacopię

 vel

vel orbis, cum gubernaculo, quod illo regnans, terrarum orbis fœlicitate & omnium rerum abundantia frueretur. A

TABVLA LXIIX.

COronæ Laureæ Auguſto à Senatu in perpetuum conceſſæ, non ſecus ac Iulio Cæſari, quas ille per ſingulos Tribunitiæ Poteſtatis annos à primo ad XXXVI. in nomiſmatibus ſignauit.

TABVLA LXIX.

B

CONSVLI XI. PATRI PATRIAE S. P. Q. R. his nummis, Conſulatuum atque annorum Tribunitiæ poteſtatis Auguſti ſeries, & numerus quibus aliquando Pontificis Maximi, aliquando & Imperatoris titulus adiectus. Cum S. C.

TABVLA LXX.

L. MESCINIVS RVFVS III. VIR. Baſis eſt cum inſcriptione. IMPERATORI CAESARI AVGVSTO LVDIS SAECVLARIBVS. XV. S. F. Seu. QVINDECEMVIRI SACRIS FACIENDIS. Triumuir Monetalis fuit L. Meſcinius Rufus, qui nummum hunc in honorem Auguſti cudit, quod ludos Sæculares multo tempore intermiſſos Quindecemuir ſacris faciundis edidit. C Fuerunt autem celebrati hi Ludi anno V. C. DCCXXXVI. C. Furnio. C. Iunio Silano Conſulibus. Origo autem Sæcularium Ludorum à Varrone deſcribitur lib. I. de ſcenicis originibus: *Cùm multa portenta fierent, & murus ac turris quæ ſunt intra portam Collinam & Eſquilinam, de cælo eſſent tacta, & ideo libros Sibyllinos XV. Viri adiſſent, renunciârunt ut Diti patri, & Proſerpinæ Ludi Terentini in Campo Martio fierent, & hoſtiæ furuæ immolarentur, utque Ludi Cen-* D *teſimo quoquo anno fierent.* alij tamen Centeſimo Decimo fuiſſe celebratos referunt, inter quos Horatius carmine, quod ipſis Sæcularibus cantatum fuit.

Certus undenos Decies per annos,
Orbis ut Cantus referatque Ludos,
Ter die clara, totiesque grata
Nocte frequentes.

Spectabat autem ad Quindecemuirorum Collegium ſæcularium ludorum cura, quod eodem carmine Poëta docet.

Quæque

A *Quæque Auentinum tenet, Algidumq́;*
Quindecim Dianæ preces Virorum
Curet, & votis puerorum amicas
Applicet aures.

Tacitus lib. XI. Annalium: *ijſdem Conſulibus, Ludi Sæculares Octingenteſimo poſt Romam conditam, quarto & ſexageſimo quàm Auguſtus ediderat, ſpectati ſunt; vtriuſq; Principis rationes prætermitto, ſatis narratas libris quibus res Imperatoris Domitiani compoſui; nam is quoque edidit Ludos Sæculares,*
B *ijſque affui Sacerdotio Quindecemuirali præditus, ac tum Prætor. quod non iactanter refero, ſed quia Collegio Quindecimuirum antiquitus ea cura, & Magiſtratus potiſſimum exſequebantur officia cærimoniarum.* Alij verò ideo Sæculares dictos volunt, quod ſemel tantùm ætate hominis fierent, vt multa alia quæ rara ſunt, poſt ſæculum euenire, loquentium conſuetudo vſurpat; vnde Præconis voce ſolebant conuocari ad Ludos, *qui nec ſpectati, nec ſpectandi iterum forent.* Suetonius in Claudio. Cap. XXI. *Fecit & Sæculares, quaſi anticipatos ab Auguſto, nec legittimo tempore reſeruatos, quamuis is in Hiſtorijs ſuis prodat, intermiſſos eos Auguſtum multò poſt diligentiſſimè, annorum ratione ſubducta, in ordinem redegiſſe; quare vox Præconis irriſa eſt, inuitantis more ſollenni ad Ludos, quos nec ſpectaſſet quiſquam, nec ſpectaturus eſſet, cùm ſupereſſent adhuc qui ſpectauerant, & quidam Hiſtrionum producti olim, tunc quoque producerentur.*
C De his vidẽdus Onuphrius Panuinius, Politianus, Cenſorinus de die Natali, Valerius Maximus Lib. II.

Circus cum Metis & Obeliſco, in quo currentes quadrigę: non dubito quin Circus Maximus ſit, inter pulcherrima Romanæ vrbis ornamenta: quem primus Tarquinius exſtruxit; Cæſar verò Dictator integrum poſtea reſtaurauit, ampliauitque; de quo Plinius lib. XXXVI. cap.
D XV. *Nam vt Circum maximum à Cæſare Dictatore exſtructum longitudine ſtadiorum trium, latitudine vnius, ſed cum ædificijs iugerum quaternum ad ſedem CCLX. millium inter magna opera dicamus.* Poſtea verò eundem reſtaurauit exornauitque Auguſtus, vt auctor eſt Caſsiodorus Lib. III. Variarum Epiſt. LI. *Sed mundi Dominus ad potentiam ſuam opus extollens, mirandam etiam Romanis Fabricam, in Vallem Murciam tetendit Auguſtus, vt immenſa moles firmiter præcincta montibus contineretur, vbi magnarum rerum iudicia clauderentur.* Huc proculdubio ſpectat præſens nummus, ſed Auguſtus non fecit mirandam hanc molem, ſed Tarquinius & Cæſar, vt diximus, ſed reſtaurauit, non ſecus ac in Traiani nummis etiam ſpectatur Circus, quia teſte Dione is Circum Maximum collapſum

Elegan-

Elegantiorem & ampliorem reſtituit. Sed conſulendus Onuphrius, libro de ludis Circenſibus. A

C. SVLPICIVS PLAETORINVS. duo Togati in Roſtris ſedentes, quos probabiliter Auguſtum & Agrippam dicimus; Duplicia autem Roſtra fuerunt, Vetera nempe ita dicta, & Iulia ſeu Noua: de Veteribus pleni ſunt auctorum libri. de Nouis Dion, de Auguſti funere. *feretro poſito ad Roſtra, pro illis Druſus Orationem de ſcripto recitauit, Cæterū pro Roſtris Iulijs, Tiberius ex S. C. ad populum perorauit.*

M. POSTVMIVS ALBINVS L. PORCIVS CAPITO II. VIRI Togatus quidam cum ramo lauri aut oleæ in ſiniſtra, dextra virò neſcio quid geſtat. B

AVGVSTVS DIVI. F. LVDOS SAECVLARES FECIT. Fulуius Vrſinus, alijq; Antiquitatis periti, ſimulachrum hoc, cum Apice, Clypeo & Caduceo, Salij eſſe ferunt, cuiuſmodi & in Domitiani nūmis conſpicitur, in quo ludi Sæculares Sextum ab eo facti, notati ſunt.

TABVLA LXXI.

C

LVCIVS CAESAR AVGVSTI FILIVS AVGVR CONSVL DESIGNATVS PRINCEPS IVVENTVTIS. Lucius Cæſar Agrippæ filius, ab Auguſto cum Caio Fratre adoptatus fuit, & Augur creatus, ideo Lituus & Tripus cum Patera, vt videtur, niſi forte Clypeus ſit.

CAIVS, LVCIVS, CAESARES AVGVSTI F. CONSVLES DESIGNATI PRINCIPES IVVENTVTIS. Caius & Lucius Togati cum Clypeis & haſtis puris, adeſt Sympulū & Lituus. Suetonius. *Caium & Lucium adoptauit domi per Aes & libram, Emptos à Patre Agrippa, teneroſquè adhuc ad curam Reipub. admouit, & Conſules Deſignatos, circum Prouincias exercituſque dimiſit.* De quibus & Tacitus I. Annalium. *Nam genitos Agrippa Caium & Lucium, in familiam Cæſarum induxerat, necdum poſita prætexta puerili, Principes Iuuentutis appellari, Conſules deſignari, ſpecie recuſantis flagrantiſſimè cupiuerat.* Vtrumq; non multis intercedentibus menſibus non ſine veneni ſuſpicione, & Liuiæ & Tiberij fraude amiſit. Suetonius. Caium & Lucium in duo de viginti menſium ſpatio amiſit ambos, Caio in Lycia, Lucio Maſsiliæ defunctis, D

quorum

A quorum corpora refert Dion, à Tribunis militum Romam apportata fuiſſe, parmasque & haſtas quas aureas ab Equitibus acceperāt, in Curia ſuſpenſas fuiſſe, cuius rei memoria in hoc nummo ſunt & alij duo nummi, Cai & Luci Cæſarum, in quibus & Clypæi cum haſtis, & Sacrorum inſtrumenta.

ΠΤΟΛΕΜΑΙΔΟΣ ΙΕΡΑ ΣΥΓΚΛΗΤΟΣ. *Ptolemaidos ſacrum Concilium*; Tripus cum fulmine & Lauri ramo. Ptolemaides olim plures fuerunt, nam in Aethiopia ad Sinum Arabicum, Epithercas à Plinio cognominata, in Lybiæ etiam Pentapolitana regione Ptolameis Barce fuit, in Aegypto etiam & Cilicia eius nominis vrbes fuerunt.

B L. LENTVLVS FLAMEN MARTIALIS. Flamines à Numa fuiſſe inſtitutos refert Varro: dicti autem Flamines, quod Licio in Apice velati erant, ac caput cinctum filio habebant. Flamines autem quaſi Filamines dicti; tres autem precipui erant Flamines, Dialis Ioui, Martialis Marti, Quirinalis Romulo dicatus. Prima dignitas erat Dialis, huic proximus Martialis, in honorem Martis qui Romuli pater credebatur.

TABVLA LXXII.

C C. POPPAEVS SABINVS AEDILIS CVRVLIS. Duæ Sellæ Curules Coronatæ, quibus fulmen adeſt. C. hic Poppæus Sabinus anno V. C. DCCLXII. cum Q. Sulpicio Camerino Conſul fuit.

Q. SALVIVS IMP. COS. DESIG. Saluiam gentem Ferentino oppido atque ex Principibus Etruriæ oriundam, refert Suetonius in Othone: an hic Q. Saluius idem ſit, quem aliqui Saluiedenum vocant, video ambigere ſcriptores. Dion refert Q. Saluidienum obſcuriſsimo loco natum, ab Auguſto Conſulem deſignatum fuiſſe. Eumque poſtea interfectum, quod Auguſtum inſidijs petijſſet.

D PONT. MAX. Clementię ſedentis ſimulachrum cum haſta pura & oleæ ramo.

IMP. CAESAR DIVI F. Clypeum hunc clauiculatum vocant aliqui, Sebaſtianus verò Erizzo non malè ſuſpicatur pateram eſse, qua in ſacrificijs ſuſcipiebant Victimarum cruorem.

PVBLIVS STOLO. ANCILIA. cum Apice. regnante Numa Pompilio ſcutum breue & rotundum cælo lapſum eſt, & cum Aruſpices reſpōdiſſent, illic fore ſummū imperiū, vbi illud eſſet, diligentia Numę ne quandoq; ab hoſtibus poſsit auferri, adhibito Mamurio fabro, multa ſimilia facta ſunt & in tēplo Martis locata, Virgilius Aeneidos VIII.

Hic exultantes Salios, nudosq́ꝫ Lupercos A
Lanigeroſq́ꝫ Apices, & lapſa Ancilia cælo.

Dicebatur autem Ancile, teſte Seruio, aut quaſi vndiq; circũciſum, aut quaſi ἀμφίχειλον, ſeu vndique labrum habens.

AVGVSTVS. Corona eſt ex Cranijs boum, & oblongis baccis, & patellis, cum Candelabro inſtar Tripodis in medio. Veteres enim, vt pietatem ſuam in Deos teſtarentur, capita Taurorum vel boum, detracta pelle cum varijs fructibus, præ templi foribus ſuſpendebant, quę Encarpia vocabant.

B

TABVLA LXXIII.

IOVI TONANTI, Templum Iouis Tonantis, & in medio ſtans Iupiter cum fulmine & haſta pura. Suetonius cap. XXIX. *Ioui Tonanti ædem conſecrauit, liberatus periculo cùm expeditione Cantabrica per nocturnum iter Lecticam eius fulgur perſtrinxiſſet, ſeruumq́; prælucentem exanimaſſet.* Cap. etiam XC. *Cùm dedicatam in Capitolio ædem Tonanti Ioui aſſiduè frequentaret, ſomniauit, queri Capitolinum Iouem, cultores ſibi abduci, ſeque reſpondiſſe Tonantem pro ianitore ei appoſitũ, ideoq́ꝫ mox tintinnabulis faſtigium ædis redimiuit, quod ea ferè ianuis dependebant.* Plura apud Dionem C lib. LIV.

Q. PAPIRIVS CARBO. Q. TERENTIVS MONTANVS II. VIR QVAESTOR. Templum in cuius frontiſpicio inſcriptum IVNONI. à latere verò CILLA. an vitium aliquod in ſcriptura ſit, dubito, vt Loco Silla, Cilla ſcriptum ſit.

IOVI OLYMPIO. Templum Ioui Olympio Sacrum, Olympię olim in Græcia fuit celeberrimum, Statua Iouis Phidię manu inclytum. Erat etiam Athenis inchoatum Iouis Olympij templum à Piſiſtrato; de quo Liuius lib. XLI. *Magnificentiæ verò in Deos, vel Iouis Olympij templum Athenis, in terris vnum inchoatum pro magnitudine Dei poteſt eſſe teſtis.* Romæ an fuerit Olympij Iouis templum, hactenus non vidi qui aſſe- D reret.

S. C. Templum Rotundum, cui vtrimque adſtant baſes cum animali aliquo, quod fortè in Auguſti honorem dedicatum fuit.

C. MARIVS. C. F. PR. Q. III. VIR. Duo togati cum Corona radiata, an Apollo cum Auguſto incertum, nam eius ſe filium eſſe lubens credebat.

Sacrarium hoc videtur eſſe, cum inſcriptione, IMP. CAESARI. in quo viſuntur tres ſtatuæ, in honorem Auguſti proculdubio exſtructum.

AVGV-

A AVGVSTVS. Ara cum encarpijs, & duabus Capellis, viuo enim
Angusto templa & aras Romanos poſuiſſe vel Horatius oſtendit lib.II.
Epiſt.I.

Præſenti tibi maturos largimur honores,
Iurandasq́; tuum per nomen ponimus aras.

CAESAR DIVI F. Apollo rupi inſidens cum cythara aut ple-
ctro. Auguſtus volebat credi ſe Apollinis Filium, hinc in famoſa illa
cena quę vulgò dicebatur δωδεκάθεος. apud Suetonium Cap. LXX.
Diſcumbentibus conuiuis, Deorum habitu ipſe pro Apolline ornatus fuit. Sed
B clariùs Cap. XLIV. *in Aſclepiadis θεολογουμένων libris lego, Acciam cum ad
ſollenne Apollinis ſacrum media nocte venißet, poſita in templo lectica, dum cæ-
teræ Matronæ dormirent, obdormiße; Draconemq́; repente irrepſiße ad eam;
pauloque poſt egreßum, illamq́; experge factam quaſi à concubitu mariti purifi-
caſſe ſe, & ſtatim in corpore eius extitiße maculam velut depicti Draconis, nec
potuiße vnquam eximi; adeò vt mox publicis balneis perpetuò abſtinuerit: Augu-
ſtum natum menſe decimo, & ob hoc Apollinis filium exiſtimatum. Eadem Accia
priuſquam pareret, ſomniauit inteſtina ſua ferri ad ſydera, explicariq́; per om-
nem terrarum cæliq́; ambitum. Somniauit & Pater Octauius vtero Acciæ Iu-
bar Solis exortum* eadem apud Dionem Lib. XLV. Seruius etiam ad
C verſum illum Virgilij IV. Eccloga.

Caſta Faue Lucina, tuus iam regnat Apollo.

Dicit Auguſtum, Apollinem vocatum à Poëta, & Simulachrum illi fa-
ctum cum Apollinis cunctis inſignibus.

ROMAE ET AVGVSTO. Templum hoc in honorem Romæ
& Auguſti exſtructum cum duabus Victorijs quę palmam & Coronam
habent. Suetonius cap. LII. *Templa quamuis ſciret etiam Proconſulibus de-
cerni ſolere, in nulla tamen prouincia niſi communi ſuo Romæq́; nomine recepit,
nam in vrbe quidem pertinaciſſimè abſtinuit hoc honore, atq́; etiam Argenteas
ſtatuas olim ſibi poſitas conflauit omnes, ex quibus aureas cortinas Apollini Pala-
tino dedicauit.* Dion tamen auctor eſt, lib. LI. Auguſtum permiſiſſe Aſia-
D ticis, vt ſibi templa conderent, Aſianis quidem Pergami, Bithynijs Ni-
comediæ.

APOLLINI. Templum hoc Apollini Palatino exſtructum ab Au-
guſto. Suetonius. *Templum Apollinis in ea parte Palatinæ domus excitauit,
quam fulmine ictam deſiderari à Deo Aruſpices pronunciârunt; quo loco iam ſe-
nior ſæpe etiam Senatum habuit, decuriasque iudicum recognouit.* Propertius
Lib. IV.

Muſa Palatini referamus Apollinis ædem,
Res eſt Calliopæ digna fauore tuo.

PACI PERPETVAE. Templum Pacis,& in medio Ara propter A Vniuerſalem pacem, quam poſt Actiacam pugnam imperio Romano Auguſtus conciliauit, qua de cauſſa, ſuprà vidimus in nummis, PAX ORBIS TERRARVM.

COMMVNITAS ASIAE. Templum ROMAE ET AVGVSTO ab Aſiæ communitate dedicatum.

TABVLA LXXIV.

KOINON AΘENAION. *Athenienſium Communitas.* Templum B cum Ara ab Athenienſibus Auguſto conſtructum. Deſtinauerant Reges amici templum Iouis Olympij Athenis perficere, & Auguſto dedicare. Suetonius Cap. LX. *Reges amici atque Socij, & ſinguli in ſuo quiſq; regno Cæſareas vrbes condiderunt, & cuncti ſimul Ædem Iouis Olympij Athenis antiquitus inchoatam, perficere communi ſumptu deſtinauerant, Genioq; eius dedicare.* Ante verò Auguſtum nemini Romanorum moris fuit, viuis templa & aras ponere, vt Dion obſeruauit lib. LI. Sed poſt Auguſtum cæteris etiam Imperatoribus honos hic habitus, quem morem Prudentius luculenter tangit:

Hunc morem Veterum docili iam ætate ſequuta C
Poſteritas, menſa atq; Adytis, & Flamine, & Aris
Auguſtum coluit; vitulo placauit & agno,
Strata ad puluinar iacuit, reſponſa popoſcit.
Teſtantur tituli, produnt Conſulta Senatus,
Cæſareum Iouis ad ſpeciem ſtatuentia templum.

KOINΩNIA KOPINΘIΩN. *Corinthiorum Communitas.* Corinthij etiam illi diuinos honores habuerunt, & meritò, in memoriam ſcilicet Iulij Cæſaris, qui Corinthum ex ruderibus excitauit & Coloniam duxit. D

M. MESSALINVS M. F. III. VIR. Hercules clauæ cum Spolio Leonis innixus.

KYΔΩNOΣ. *Cydonis.* Templum eſt cum Acroterijs, & Victorijs; in medio Simulachrum, Auguſti fortè, cum Haſta & Patera.

BALBVS PROPRAETORE. Herculis claua, Balbus Gadibus oriundus, vbi Hercules in maximo honore, non mirum eius Dei inſignia etiam nummis exprimi.

HPAKΛEΩTAN. *Heraclea.* Etiam templum in Auguſti honorem erexit.

M. A.

A M. A. Herculis Claua inter duas Cytharas, in Herculis & Apollinis fortè memoriam,quorum hic ſigna manifeſta.

ΚΑΙΣΑΡΕΩΝ ΦΙΛΙΠΠΟΠΟΛΙΤΩΝ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. *Cæſaræenſium Philippopolitarum.* De Cæſarea Philippi ſuprà dictum. Et hoc templum eſt Auguſto ſacrum,in quo ſtatua eius ſedentis ſpecie cum haſta & patera.

ΟΥΗΙΔΙΟΣ ΠΩΛΛΙΩΝ. ΚΑΙΣΑΡΕΩΝ. *Vedius Pollio. Cæſaræenſium.* Vedius Pollio libertini Generis, equeſtris ordinis, ob crudelitatem in ſeruos & luxum celebris; cuius Seneca meminit lib. III. de ira: *Fregerat vnus ex ſeruis eius Criſtallinum; rapi eum Vedius iuſſit,nec vulgari quidem periturum morte: Murænis obijci iubebatur, quas ingens piſcina continebat. quis nō hoc illum putaret Luxuriæ cauſſa facere? ſæuitia erat; euaſit è manibus puer, & confugit ad Cæſaris pedes: nihil aliud petiturus, quam vt aliter periret, nec eſca fieret: motus eſt nouitate crudelitatis Cæſar, & illum quidem mitti, Cryſtallina autem omnia coram ſe frangi iuſſit, complerique Piſcinam.* Plinius lib. IX. cap. XXIII. *Inuenit in hoc animali, documenta ſæuitiæ Vedius Pollio eques Romanus, ex amicis Diui Auguſti: viuarijs earum immergens damnata mancipia, non tanquam ad hoc feris terrarum non ſufficientibus, ſed quia in alio genere totum pariter hominem diſtrahi ſpectare non poterat.* Obijt hic Pollio anno V. C. DCCXXXIX. Quem licèt viuum Auguſtus frequentaſſet, mortuo tamen, licèt hæres ex Dodrante ſcriptus, nullum honorem habuit, immò & ædes ipſius, ne quod eius monimentum (quod Pollio in primis affectauerat) exſtaret, diruit, porticumque ibi exſtruxit Liuiæ nomine; vt auctor eſt Dion lib. LIIII.

ΜΕΝΑΝΔΡΟΣ ΠΑΡΡΑΣΙΟΥ. *Menander Parraſij.* Templum eſt multis Columnis ornatū, & infra Capricornus, à latere Caduceus cum quatuor ariſtis, quod in Auguſti honorē exſtructum eſſe cuiuis patet.

TABVLA LXXV.

ΝΙΚΟΜΗΔΕΩΝ ΤΗΣ ΙΕΡΑΣ ΚΑΙ ΑΣΥΛΟΥ. *Nicomedenſium ſacræ ſcilicet ciuitatis, & Aſyli.* Auguſti figura ſtans in medio templi, quod à Nicomedenſibus in Auguſti honorem cum Aſylo exſtructum fuit.

Iouis caput cum litteris Barbaricis.

ΑΓΞΥΡΟΣ. *Anxuris.* Iouis Anxuris Caput. de quo Seruius lib. Aeneidos VII. *Circa hunc tractum Campaniæ colebatur puer Iupiter qui*

qui Anxurus dicebatur, quaſi ἄνευ Συρȣ̃. i. Sine nouacula, quia barbam raſiſſet nunquam, & Iuno virgo, quæ Feronia dicebatur. de quo Virgilius. A

----- queis Iupiter Anxurus aruis
Præſidet, & viridi gaudens Feronia Luco.

Erat autem Anxur Volſcorum oppidum antiquiſsimum, altè ſitum, atque in paludes propendens, quæ poſtea Terracina dicta teſte Feſto, de quo Horatius lib. I. Satyr. V.

Impoſitum ſaxis latè candentibus Anxur.

Multi putant vocandum Iouem Axurem, quaſi ἀξυρόν ſiue imberbem; quos nummus noſter conuincit, qui non imberbem, ſed egregiè barbatum Iouem exhibet. B

ΕΦΕΣΙΩΝ ΠΡΟΤΩΝ ΑΣΙΑΣ. *Epheſiorum quæ prima Aſiæ ciuitas.* Diana eſt Epheſia, brachijs nudis, multis mammis prædita, & duobus tridentibus innixa inter duos ceruos, inferiori parte corporis inſtar Hermæ ſeu Termini, Calathum capite videtur geſtare. multas illi mammas adpingunt, quia naturam illa deſignat, quæ res natas alit vniuerſas.

ΚΥΡΑΝΕΙΩΝ ΤΗΣ ΙΕΡΑΣ ΚΑΙ ΑΥΤΟΝΟΜΟΥ. *Cyranenſium Ciuitatis Sacræ & proprijs legibus vtentis.* Iupiter Ammon cum arietinis Cornibus, qui in Cyrenaica regione colebatur. Plinius lib. V. cap. V. *Cyrenaica eadem & Pentapolitana regio, illuſtratur Ammonis oraculo, quod à Cyrenis abeſt CCCC. M. Paſsuum fonte Solis, vrbibus maximè quinque, Berenice, Arſinoe, Ptolemaide, Apollonia, ipſa Cyrene.* de cuius origine Iulius Solinus cap. XXX. *Maior Syrtis oſtentat oppidum, Cyrenas vocant, quod Battus Lacedæmonius Olympiade quinta & quadrageſima, Rege Martio res Romanas tenente, anno poſt Troiam captam, quingenteſimo octogeſimo ſexto condidit, quæ domus Callimachi Poëtæ fuit & Patria.* C

ΕΠΙΣΤΡ. ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ ΚΑΙ ΕΦΕΣΙΩΝ ΟΜΟΝΙΑ. *Pergamenorum & Epheſiorum Concordia.* Templum eſt cum Dianæ Epheſiæ & Aeſculapij ſimulachris. Pergamus Aſiæ minoris clariſsimum oppidum; ab aliquibus in Phrygia maiore collocatur, ab alijs verò Myſiæ Helleſpontiæ adſcribitur. Galeni Medicorum Principis patria. Aeſculapij templo nobilitatum, quem ſummo cultu incolæ & vicini omnes venerabantur; de quo Statius Papinius. D

Pergameas intraſſe domos, vbi maximus ægris
Auxiliator adeſt, & feſtinantia ſiſtens
Fata, ſalutifero mitis Deus incubat angui.

Erat

A Erat autem Pergamum arx quondam egregiè munita in monte cōdita, in qua Lyſimachi Regis Theſauri ſeruabantur à Philetæro Tyaneſi Eunucho: qui ſublata Lyſimachi ſtirpe, & Seleuco Nicatore, ac Ptolomæo Cerauno interfectis; pecunias atque arcem ſibi conſeruauit, dum validioribus & vicinioribus pollicitando & obſequendo morem gerebat: huic erant fratres Eumenes & Attalus, à quibus Pergami Reges fluxerunt, qui imperium paulatim auxerunt, & vrbem multis ornamētis adornârunt, ad Attalum Philomatorem qui moriens P. R. hæredem inſtituit.

B

TABVLA LXXVI.

TIBERIVS CAESAR DIVI AVGVSTI F. AVGVSTVS P. M. TRIB. POT. XXIV. S. C. Auerſa nummi pars DIVO AVGVSTO. S. P. Q. R. Quadrigæ Elephantorum. nummus hic poſt Auguſti Apotheoſim, à Tiberio Cæſare in eius honorem ſignatus: obijt autem Auguſtus anno ab V. C. DCCLXVII. COSS. Sexto C Pompeio & Sexto Apuleio, cùm vixiſſet annos LXXV. Menſes decem, dies viginti ſex, Dione teſte. Magni illi multique decreti honores, inter quos, nummus hic oſtendit Thenſam cum Elephantis, Circenſibus Ludis ſollenni Pompa decretos, quod ex Suetonio patet in Claudio cap. II. *Auiæ Liuiæ diuinos honores, & Circenſi pompa currum Elephantorum Auguſtæo ſimilem decernendum curauit.* Moris enim erat in Circenſi Pompa, cum ſimulachris Deorum, inferri Principis vel Imperatoris imaginem, in Thenſa, & Ferculo, quod ante Iulium Cæſarem nemini contigit. Erat autem Thenſa, vt auctor eſt Sicinnius Capito apud Feſtum, *Vehiculum, quo exuuiæ Deorum Ludicris Circenſibus in Circum ad Puluinar feruntur, fuit* D *& ex ebore, vt apud Titinium in barbato, & ex Argento.* Iulio Cęſari illa decreta fuit, Dione teſte lib. XLIII. *Statuam quoq; tunc eburneam Cæſaris, ac poſt Thenſam in Circenſibus pompis, cum Deorum ſimulachris vehi iuſſerunt, aliamq; imaginem cum inſcriptione Dei Inuicti: in fano Quirini poſuerunt.*

GERMANICVS CAESAR TIBERI AVGVSTI F. DIVI AVG. N. COS. II. auerſa parte etiam Quadrigæ Elephantorum, cum Triumphali Auguſti ſtatua à S. P. Q. R. poſitæ.

CONSENSV SENATVS ET EQVESTRIS ORDINIS. S. P. Q. R. Statua Auguſti ſedentis ſpecie, cum Lauri ramo in dextra, & orbe in ſiniſtra, quæ illo defuncto à Senatu Populoque Romano communi conſenſu poſita fuit.

IMPERATOR TITVS VESPASIANVS AVGVSTVS RESTITVIT. Nummum hunc Optimus Imperator in Auguſti memoriam reſtituit. A

DIVVS AVGVSTVS PATER. Statua Auguſti radiato capite, cum Haſta pura & Lauri ramo.

IMPERATOR TITVS CAESAR VESPASIANVS AVGVSTVS PONT. MAX. TRIB. POT. PATER PATRIAE COS. VIII. RESTITVIT. Vir quidam Galea & Thorace armatus, & Paludamento indutus, porrecta manu: ab vna parte Seminudus quis aſsidet cum haſta pura,& orbe in ſiniſtra, adſtat illi Victoria quæ Coronam illi offert, ab altera B parte mulier cum Cornucopiæ, cui Aquila ad pedes. infra mulier nuda cum Delphino, iuxta quam vir cum tauro. Videtur Auguſtus eſſe receptus inter Deos cum Marte vel Quirino. ſed de antiquitate nummi dubito.

TABVLA LXXVII. LXXVIII.

CONSECRATIO. Ara eſt cum fulmine, & Aquila inſculpta, Tiberius Cæſar Auguſtum conſecrauit Cælo, & inter Deos C retulit, in cuius rei memoriam omnes huius Tabulę & ſubſequẽtes nummi ſignati ſunt.

CONSECRATIO. Aquila cum fulmine. Fingebant Veteres Romani, animas Imperatorum ab Aquila in cælum deferri. Artemidorus in Oneirocriticis: *Mos enim vetus eſt, hos mortuos tum fingere tum pingere, Aquilis inſidentes, & per huiuſmodi opificia colere.* vnde Dion vbi de funere Auguſti agit. *Poſtquam Cadauer rogo in Campo Martio impoſitũ fuit, primùm omnes Pontifices illud circum ierunt, deinde Equites, tum Legionarij reliquiq; milites, & ij demum qui cuſtodiæ præfuerunt, omnia præmia quæ ob ſua in bello egregia facta, ab ipſo accepiſſent, ſuper eum conijcientes. Poſt hæc Centu*- D *riones acceptis facibus, iuſſu Senatus rogum ſuccendunt: eo abſumpto, Aquila ex eo emiſſa euolauit, quaſi animam Auguſti in cælum ferens.* Herodianus etiam Lib. IV. de funere Seueri Imp. *Mox ab extremo minimoque tabernaculo, tanquam è faſtigio quodam, ſimul cum ſubiecto igne Aquila dimittitur, quæ in cælum creditur ipſam Principis animam deferre.* Sed non ſatis fuit ritus hoſce obſeruaſſe, in Auguſti funere & conſecratione, ſed vt verè Deus crederetur, Eques quidam Romanus iurauit, vidiſſe ſe Auguſtum incælum adſcendentem. Dion Lib. LVI. *Cæterùm Liuia Numerio cuidam Attico Senatori & Prætori Decies Seſtertiũm*

dono

A *dono dedit, quod iurauerat vidiſſe ſe Auguſtum in Cælum adſcendentem, quemadmodum antiquitus Romulum Proculus vidiſſe perhibetur.*

CONSECRATIO. Ara cum igne. Auguſto inter Deos relato ſacrificabant. Dion: tum verò immortalitatem ei tribuerunt, Flamineſque, & Sacerdotem Liuiam (quæ tunc Iuliæ etiam Auguſtæ cognomenta acceperat) conſtituerunt, lictoreque in ſacrificijs vti permiſerunt.

IMPERATOR NERO CLAVDIVS CAESAR AVGVSTVS GERM. RESTITVIT. Ara eſt ſine igne cum Acroterijs ſuis, B infra ſcriptum. PROVIDENTIA.

TABVLA LXXIX.

Tabula hæc varias Fulminis figuras quæ ad Auguſti Conſecrationem referri debent exhibet. Inſcriptiones autem tantùm ſunt Imperatorum, qui nummos hos in Auguſti honorem reſtituerunt.

C

TABVLA LXXX.

AETERNITATIS AVGVSTAE. Templũ hoc in honorẽ Auguſti factum. Dion: *decretum quoque Romæ Auguſto Sacrarium à Senatu; à Liuia autem & Tiberio factum. alibi quoquè, multis locis ei fana exſtructa ſunt à populis partim volentibus, partim inuitis. Nolæque domus in qua deceſsit, in templum mutata, dum eius Romæ Templum ædificabatur; auream ipſius imaginem in æde Martis lecto impoſitam collocauerunt, omnique eam cultu, quo in poſterum vſuri eſſent, venerati ſunt.*

D DIVA IVLIA DIVI AVG. Liuia Auguſti vxor, Tiberij mater ab Auguſta teſtamento in familiam Iuliam adoptata fuit, nomenque Auguſtæ illi inditũ. Tacitus I. Annalium. *Nihil primo Senatus die agi paſſus, niſi de ſupremis Auguſti, cuius teſtamentum illatum per Virgines Veſtæ, Tiberium & Liuiam hæredes habuit. Liuia in familiam Iuliam nomenq; Auguſtæ adſumebatur.* Diua verò vocata, non à Tiberio, nam is vetuit ne cœleſtis illi religio decerneretur, teſte Tacito, lib. V. Annalium & Dione lib. LVIII. Sed Claudius rerum potitus, auiæ Liuiæ diuinos honores & Circenſi pompa currum Elephantorum Auguſtæo ſimilẽ decernendum curauit vt Suetonius refert in Claudio.

AETER-

AETERNITATIS AVGVSTAE CVSTOS. Templum egregiæ ſtructuræ, & varijs Statuis ornatum. in medio duę figuræ ſtantes, forte Auguſti & Liuię, nam in eius honorem conditũ fuiſſe clarum eſt. A

S. C. ſtatua ſedentis ſpecie cum haſta & patera, vel Diuę Iulię eſt, vel Clementiæ.

CONSECRATIO. S. C. Pauo eſt expanſa cauda, quemadmodum Aquila credebatur Heroum & Imperatorum animas ad cælum ferre, ita etiam illuſtrium fœminarum animas Pauo Iunonis ales in cælum ad Iunonem tollit; vnde in nummis Fauſtinæ maioris & minoris, videmus illas Pauoni inſidentes in cælum vehi.

Duæ Figuræ ſtantes, vnà cum Lauri ramo & Haſta pura, altera illi B Coronam imponit: videtur Auguſtus Liuiæ vxoris capiti laurum imponere.

AVGVSTO DEO. Auguſtus radiato capite cum haſta & patera.

S. P. Q. R. IVLIAE AVGVSTAE. Currus eſt tectus cum ſubjunctis mulis, quem carpentum propriè vocabant, Matronis vehiculium dedicatum, quod ſolebat in defunctæ honorem per Circum duci. Suetonius in Claudio. cap. II. *Parentibus inferias publicas, & hoc amplius Patri Circenſes annuos natali die, matri Carpentum quod per Circum duceretur.*

DIVA AVGVSTA. Diuæ Iuliæ ſimulachrum ſedens cum haſta C pura, & ariſtis aliquot cum papauere; fuiſſe verò Liuiam conſecratam Iunonis nomine oſtendit Poëta Prudentius.

Adiecère ſacrum fieret quo Liuia Iuno,
Non minus infamis Thalami ſortita cubile,
Quam cum fraterno caluit Saturnia Lecto.

Duobus vltimis nummis templa in honorem Auguſti ſtructa.

TIBERIVS CAESAR DIVI AVG. F. AVGVSTVS P. M. TRIB. POT. XXIIII. S. C. reſpondet hæc inſcriptio alicui nummo ſuperiorum in quo honores Auguſti aut Liuiæ.

D

TABVLA LXXXI.

IVLIA AVGVSTA. GENITRIX ORBIS. Iulia cum ſemiluna in capite, & orbe infra poſito. nummus hic non à Tiberio, ſed potius Claudio percuſſus in honorem Auiæ; nam Tiberius matri modicos tantum honores decreuit. Claudius verò in Diuorum numerum retulit. Populus verò Romanus Iuliæ valde addictus, adeò vt illam Matrem Patriæ vocarent, quia multis ſaluti fuit, & Auguſtum ad mitiora conſilia perduxit, plurimorumque liberos educauit, filiasque elocauit; vt auctor eſt Dion, ob hæc & plura beneficia Genitrix fortè orbis vocata.

MARCVS

A MARCVS AGRIPPA TRIB. POTES. COS. TERTIVM. Quanti Auguſtus Agrippam fecerit, oſtendit Tribunitia Poteſtas, & tertius Conſulatus, alijque in illum congeſti honores.

C. ET L. CAESARES AVGVSTI FILII CONSVLES DESIGNATI PRINCIPES IVVENTVTIS. De his ſuprà dictũ.

ΤΙΒΕΡΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ. ΣΕΒΑΣΤΟΣ. ΙΟΥΛΙΑ ΣΕΒΑΣΤΗΣ. *Tiberius Cæſar Auguſtus & Iulia Auguſta.*

ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΣ ΚΑΙΣΑΡ ΤΙΒ. ΥΙΟΣ. ΤΙΒΕΡΙΟΣ ΚΑΙΚΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΥ ΥΙΟΣ. *Germanicus Cæſar Tiberij Filius. Tiberius Cæſar*
B *Auguſti Filius.*

GERMANICVS CAESAR TIB. AVG. F. CONSVL. ITERVM. De Germanico Druſi filio, eiuſque indole & immatura morte ſuo loco diximus.

F I N I S.

NOMISMATA
TIBERI
CÆSARIS.


AV
AR
Æ
1
1
TI·CAESAR AVGVSTI F·COS·II·TR·POT·VI·
2
TI·CAESAR AVG·F·PON·COS·II·TR·POT·VII·IMP·III·
3
TI·CAESAR AVGVSTI F·IMPERATOR IIII
Æ
Æ
Æ
4
TI·CAESAR TR·POT·X·IMP·V
5
ΤΙ·ΙΟΥΛΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΥ ΥΙΟΣ
6
TI·CAESAR AVGVSTI F·IMPERATOR V
Æ
Æ
Æ
7
TI·CAESAR AVGVSTI F·IMPERAT·V·
8
TIB·ΚΑΙΣΑΡ ΚΑΙ ΙΟΥΛΙΑ ΣΕΒΑΣΤΟΥ ΘΥΓΑΤΗΡ
9
TI·CAESAR AVG·F·PONT·TR·POT·XII·IMP·V
Æ
AV
Æ
10
TI·CAESAR AVGVSTI F·IMPER·VI·
11
TI·CAESAR AVGVSTI F·IMP·VII
12
TI·CAESAR AVGVSTI F·IMPERAT·VII·
CAP·
I



2
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
TI·CAESAR AVG·F·PONT·COS·II·TR·POT·XIII·IMP·VII·
TI·CAESAR AVGVSTI F·TR·POT·XIIII·
TI·CAESAR AVGVSTI F·TR·POT·XV·
TI·CAESAR AVGVSTI F·TRIB·POT·XVI·
TIB CEB L 15
TI·CAESAR DIVI AVG·F·AVGVSTVS·TR·POT·XVII·
TI·DIVI F· AVGVSTVS
ΤΙΒΕΡΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ ΙΟΥΛΙΑ ΣΕΒΑΣΤΗ
TI·CAESAR AVG·
TI·CAESAR DIVI AVG·F·AVGVSTVS
TIB·KAICAP ΘΕΟΥ CEBACTOY YIOC AYTOKPATΩP
TI·CAESAR DIVI AVGVSTI F·AVGVSTVS
CAP·
I



Æ
Æ
Æ
25
IMP·CAESAR TI·AVGVSTVS DIVI AVGVSTI F.
26
ΘΕΙΟΥ CΕΒΑCΤΟΥ ΥΙΟC ΑΥΤΟΚΡΑ·ΤΙΒ·ΚΑΙCΑΡ
27
AVGVSTVS TI·CAESAR
Æ
Æ
Æ
28
ΤΙΒΕΡΙΟC CΕΒΑCΤΟC
29
ΑΥΤΟ·ΤΙΒΕΡΙΟΥ ΣΕΒΑΣΤΟΥ ΚΑΙΣΑΡΟΣ
30
ΤΙ·ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ
Æ
Æ
Æ
31
ΤΙ·ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ
32
M T
33
ΤΙΒ·ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ
Æ
Æ
Æ
34
AVGVSTVS TI·CAESAR
35
ΤΙΒ·ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ ΥΙΟΣ ΘΕΙΟΥ ΣΕΒΑΣΤΟΥ
36
AVGVSTVS TI·CAESAR
CAP·
I

4
Æ
Æ
Æ
37
TI·KAIΣAP ΣEBAΣTOΣ APXIE PEYΣ MEΓAΣ
38
TI·CAESAR DIVI AVGVSTI F·AVGVSTVS P·M·
39
TIBEPIOΣ KAIΣAP ΣEBAΣTOΣ AYT·K·APX·MEΓ
Æ
Æ
Æ
40
IMP·TI·CAESAR AVGVSTVS PONT·MAX·
41
TI·CAESAR AVG·F·IMP·PON·M·
42
TI·CAESAR DIVI AVG·F·AVG·P·M·
Æ
Æ
Æ
43
TI·CAESAR DIVI AVG·F·AVGVST·IMP·P·VII·
44
TI·CAESAR DIVI AVG·F·AVGVSTVS IMP·VIII
45
TI·CAESAR DIVI AVG·F·AVGVSTVS IMP·VII·
Æ
Æ
Æ
46
TIB·KAICAP CEBACTOC APXI·MEΓ·ΔHM·EΞOYC·
IH
47
TI·CAESAR DIVI AVG·F·AVGVST·P·M·TR·P·XIX·COS·III·
48
TI·KAIΣAP ΣEBAΣTOΣ ΔHMAPX·EΞOYΣIAΣ K.
CAP·
I


5
Æ Æ Æ
49 TI·CAESAR DIVI AVG·F·AVGVSTVS I·M·TR·P·XXII·COS·IIII·
50 TIB·ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ ΑΡΧΙΕΡ·ΜΕΓ·ΔΗΜΑΡΕΞΟΥΣ·ΚΓ· ΥΠΑΤΟΣ Δ
51 TI·CAESARI AVGVSTO D·D·COS·V·
Æ Æ Æ
52 TI·CAES·AVG·PON·MAX·TRIB·POT·XXXIIII
53 TI·CAESAR AVGVSTVS P·M·TR·POT·XXV·IMP·VIII
54 TI·CAES·AVGVSTVS PON·MAX·TRIB·POT·XXXI·
Æ Æ Æ
55 TI·CAESAR AVG· TR·P·XXXVII
56 ΑΥΤ·ΤΙ·ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ ΘΕΙΟΥ ΣΕΒ·ΥΙΟΣ ΔΗ·ΕΞΟ· ΚΗ
57 TI·CAESAR DIVI AVG·F·AVGVSTVS IMP·VIII
Æ Æ Æ
58 TI·CAESAR AVG·P·M·TR·P·XXIX· IMP·VIII·
59 TI·CAES·AVG·P·M·TR·P·XXX
60 TI·CAESAR DIVI AVG·F·AVGVST·IMP·VIII
CAP· I


6
Æ
Æ
Æ
61
62
63
TI·CAESAR DIVI AVG·F·AVGVST·P·M·TR·P·XXXII
TI·CAESAR DIVI AVG·F·AVGVST·P·M·TR·POT·XXXIII
TI·CAESAR DIVI AVG·F·AVGVST·P·M·TR·POT·XXXIIII
Æ
Æ
Æ
64
65
66
TI·CAESAR DIVI AVG·F·AVGVSTVS P·M·TR·P·XXXV
ΤΙΒΕΡΙΟΥ ΚΑΙΣΑΡΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΥ
TI·CAESAR DIVI AVG·F·AVGVST·P·M·TR·POT·XXXVII
Æ
Æ
Æ
67
68
69
TI·CAESAR DIVI AVG·F·AVGVST·P·M·TR·POT·XXXIIX
TI·CAESAR DIVI AVGVSTI F·AVGVSTVS IMPER·VIIII
C I
TI·CAES·DIVI AVG·F·AVG·IMPERATOR IX
70
71
72
CAP·
I


Ꞥ I
Æ A
Æ 3
I γ
AVGVR PON
IMPER·III·
II ε
POTESTATE VI PONTIFEX TRIBVNICIA
S C
III ε
POTESTATE VII PONTIFEX TRIBVNICIA
S C
Æ 3
Æ A . . B
Æ 3
IIII ε
POTESTATE VIII PONTIFEX TRIBVNICIA
S C
V γ
AVGVR TI·CAESAR AVGVSTI F·
VI ε
POTESTATE IX PONTIFEX TRIBVNICIA
S C
Æ 7
Æ B
Æ 6
VII ε
POTESTATE X PONTIFEX TRIBVNICIA
S C
VIII γ
COS·II·IMP·V·PONT·TR·POT·XII
S C
IX ε
POTESTATE XI PONTIFEX TRIBVNICIA
S C
Æ 12
Æ 12
Ꞥ II
X δ
COS·II AVGVR PONTIF·TRIB·POT·XIII
S C
XI ε
POTESTATE XIIII PONTIFEX TRIBVNICIA
S C
XII γ
AVGVR PONTIF·
TR·POT·XVI
CAP·
II


PONT·MAXIM·COS·III·IMP·VII T·R·POT·XXII
PONTIF·MAXIM·TRIBVN·POTEST·XVII
S C
PONTIF·MAXIM·TRIBVN·POTEST·XXIIX
S C
PACE PERP· AVG·
C·NERO·ET·DRVSVS·CAESARES QVINQ·C·VIN·
L·FV·SPARSO· II·VIR· M·D·I· L·SAVRNINO·
C·C·A·
L·VETTIACVS· M·CATO·
·II·VIR·
C·V· T·T·
PIETAS
IVSTITIA
Α ΕΠΙΣΙ ΛΑΝΟΙΥ ΑΝΤΙΟ ΧΕΩΝ ЄΜ


9
DIVO AVGVSTO S·P·Q·R·
DIVVS·AVGVSTVS·PATER·
S CLEMENTIAE C
ROM·ET·AVG·
S PONTIF·MAX·TR·C POT·XXX·IIX
SALVS·AVGVSTA·
XXIIII·PONTIF·MAXIM·TRIBV·POTEST·
S·C
CIVITATIBVS·ASIAE·RESTITVTIS·
XXII·POT·MAXIM·TRIBVN·POTEST·
S·C


TR·POT·XXIIII·TI·CAESAR·DIVI·AVG·F·AVG·P·M·
S·C
TR·POT·XXXVII·TI·CAESAR·DIVI·AVG·F·AVGVS·T·P·M·
S·C
TR·POT·XXXVII·TI·CAESAR·DIVI·AVG·F·AVGVS·T·P·M·
S·C
TR·POT·XXIIII·TI·CAESAR·DIVI·AVG·F·AVGVS·T·P·M·
S·C
TR·POT·II·DRVSVS·CAESAR·TI·AVG·F·DIVI·AVG·N·PONT·
S·C
TR·POT·ITER · DRVSVS·CAESAR·TI·AVGVS·TI·F·
S·C
S·P·Q·R·
IVLIAE
AVGVST
TR·POT·XXIIII·TI·CAESAR·DIVI·AVG·T·AVGVS·T·P·M·
S·C
BAΣTOC

EPΩ
TI·CAESAR
MAXIM. PONTIF.
MAXIM. PONTIF.
DIVI F.
DIVOS AVGVST.

A

VITA
TIBERII CAESARIS,
AVCTORE
B. ## C. SVETONIO TRANQVILLO.

PATRICIA gens Claudia (fuit enim & alia I.
plebeia, nec potentia minor nec dignitate) or-
ta eſt ex Regillis, oppido Sabinorum. Inde Ro-
mam recens conditam, cum magna clientum
manu commigrauit, auctore Tito Tatio con-
ſorte Romuli: vel, quod magis conſtat, Atta
Claudio gentis principe, poſt reges exactos ſex-
C to ferè anno, à patribus in patricios cooptata.
Agrum inſuper trans Anienem clientibus, locúmque ſibi ad ſepulturam
ſub Capitolio publicè accepit. Deinceps procedente tempore, duode-
triginta conſulatus, dictaturas quinque, cenſuras ſeptem, triumphos
ſeptē, duas ouationes adepta eſt. Cùm prænominibus cognominibusq;
varijs diſtingueretur, Lucij prænomen conſenſu repudiauit, poſtquam
è duobus gentilibus præditis eo, alter latrocinij, cædis alter conuictus
eſt. Inter cognomina autem, & Neronis aſſumpſit, quo ſignificatur lin-
gua Sabina fortis ac ſtrenuus.

MVLTA multorum Claudiorum egregia merita, multa etiam II.
D ſecus admiſſa in Remp. exſtant. Sed vt præcipua commemorem, Ap-
pius Cæcus ſocietatem cum rege Pyrrho, vt parum ſalubrem iniri diſ-
ſuaſit. Claudius Caudex, primus freto claſſe tranſiecto, Pœnos Sicilia
expulit. Claudius Nero aduenientem ex Hiſpania cum ingentibus co-
pijs Aſdrubalem, prius quàm Hannibali fratri coniungeretur, oppreſ-
ſit. Contrà Claudius Appius Regillianus decemuir legibus ſcribendis
virginem ingenuam per vim, libidinis gratia, in ſeruitutem aſſerere co-
natus, cauſſa fuit plebi ſecedendi rurſum à patribus. Claudius Druſus,
ſtatua ſibi cum diademate ad Appij Forum poſita, Italiam per clientelas
occupare tentauit. Claudius Pulcher apud Siciliam non paſcentibus in
auſpicando pullis, ac per contemtum religionis mari demerſis, quaſi vt

biberent, quando eſſe nollent, prælium nauale inijt: ſuperatusque, cùm A dictatorem dicere à ſenatu iuberetur, velut iterum illudens diſcrimini publico, Ilyciam viatorem ſuum dixit. Exſtant & fœminarum exempla diuerſa æquè: ſiquidem gentis eiuſdem vtraque Claudia fuit, & quæ nauem cum ſacris matris deûm Idææ obhærentem Tiberino vado extraxit, precata propalam, vt ita demum ſe ſequeretur, ſi ſibi pudicitia conſtaret: & quæ nouo more iudicium maieſtatis apud populum mulier ſubijt, quòd in conferta multitudine ægrè procedente carpento, palàm optauerit, vt frater ſuus Pulcher reuiuiſceret, atque iterum claſſem amitteret, quò minor turba Romæ foret. Præterea notiſsimum eſt, B Claudios omnes, excepto dumtaxat P. Clodio, qui ob expellendũ vrbe Ciceronem, plebeio homini, atque etiam natu minori, in adoptionem ſe dedit, optimates aſſertoréſque vnicos dignitatis ac potentiæ patriciorum ſemper, fuiſſe, atque aduerſus plebem adeò violentos ac contumaces, vt ne capitis quidem quiſquam reus apud populum mutare veſtem aut deprecari ſuſtinuerit: nonnulli in altercatione & iurgio tribunos plebis pulſauerint. Etiam virgo Veſtalis fratrem iniuſſu populi triumphãtem, adſcenſo ſimul curru, vſque in Capitolium proſecuta eſt, ne vetare aut intercedere fas cuiquam tribunorum eſſet.

III. EX hac ſtirpe Tiberius Cæſar genus trahit, & quidem vtrumque: C paternum, à Tiberio Nerone; maternum, ab Appio Pulchro: qui ambo Appij Cæci filij fuerunt. Inſertus eſt & Liuiorum familiæ, adoptato in eam materno auo. Quæ familia, quamquam plebeia, tamen & ipſa admodum floruit, octo conſulatibus, cenſuris duabus, triumphis tribus: dictatura etiam ac magiſterio equitum honorata: clara & inſignibus viris, ac maximè Salinatore, Druſisq;. Salinator vniuerſas tribus in cenſura notauit leuitatis nomine, quòd cùm ſe poſt priorem conſulatum multa irrogata condemnaſſent, conſulem iterum cenſorémque feciſſent. Druſus hoſtium duce Drauſo cominus trucidato, ſibi poſteríſque ſuis cognomen inuenit. Traditur etiam proprætore ex prouincia Gallia retuliſſe aurum, Senonibus olim in obſidione Capitolij datum: nec, vt fama, extortum à Camillo. Eius abnepos, ob eximiam aduerſus Gracchos operam patronus ſenatus dictus, filiũ reliquit, quẽ in ſimili diſſenſione multa variè molientem, diuerſa factio per fraudẽ interemit.

IV. PATER verò Tiberij, quæſtor C. Cæſaris, Alexandrino bello claſsi præpoſitus, plurimum ad victoriam contulit. Quare & Pontifex in locum P. Scipionis ſubſtitutus, & ad deducendas in Galliam colonias, in queis Narbona & Arelate erãt, miſſus eſt. Tamen Cæſare occiſo, cunctis turbarum metu abolitionem facti decernentibus, etiam de præmijs tyrannicidarum referendum cenſuit. Prætura deinde functus,

cùm

A cùm exitu anni diſcordia inter Triumuiros exorta eſſet, retentis vltrà iuſtum tempus inſignibus, L. Antonium conſulem Triumuiri fratrem ad Peruſiam ſecutus, deditione à cæteris facta, ſolus permanſit in partibus, ac primò Præneſte, inde Neapolim euaſit: ſeruiſque ad pileum fruſtra vocatis, in Siciliam profugit. Sed indignè ferens, nec ſtatim ſe in conſpectum Sex. Pompeij admiſſum, & faſcium vſu prohibitum, ad M. Antonium traiecit in Achaiam. Cum quo breui reconciliata inter omnes pace, Romam redijt, vxorémque Liuiam Druſillam, & tũc grauidam, & antè iam apud ſe filium enixam, petenti Auguſto conceſsit. Nec multò pòſt diem obijt, vtroque liberorum ſuperſtite Tiberio Druſoque B Neronibus.

TIBERIVM quidam Fundis natum exiſtimauerunt, ſecuti leuem coniecturam, quòd materna eius auia Fundana fuerit, & quòd mox ſimulacrum Felicitatis ex ſenatuſconſulto publicatum ibi ſit. Sed vt plures, certioréſque tradunt, natus eſt Romæ in Palatio, XVI. Kal. Decemb. M. Aemilio Lepido iterum, L. Munatio Planco COSS. poſt bellum Philippenſe. Sic enim in faſtos Actaque publica relatum eſt. Nec tamen deſunt qui partim antecedente anno, Hirtij ac Panſæ, partim inſequente, Seruilij Iſaurici Antoniiq; conſulatu, genitum eum ſcribant. V.

C INFANTIAM pueritiámque habuit luxurioſam, & exercitatam: comes vſquequaque parentum fugæ: quos quidem apud Neapolin ſub irruptionem hoſtis nauigium clam petentes, vagitu ſuo pæne bis prodidit: ſemel, cùm à nutricis vbere, item cùm à ſinu matris raptim auferretur ab ijs qui pro neceſsitate temporis mulierculas leuare onere tentabant. Per Siciliam quoque & Achaiam circumductus, ac Lacedæmonijs publicè, quòd in tutelam Claudiorum erant, demandatus, digrediens inde itinere nocturno, diſcrimen vitæ adijt: flamma repentè è ſiluis vndique exorta, adeóque omnem comitatum circumplexa, vt Liuię pars veſtis & capilli amburerentur. Munera, quibus à Pompeia Sext. D Pompeij ſorore in Sicilia donatus eſt, chlamys & fibula, item bullæ aureæ, durant, oſtenduntúrque adhuc Baijs. Poſt reditum in vrbem à M. Gallio ſenatore teſtamento adoptatus, hereditate adita, mox nomine abſtinuit: quod Gallius aduerſarum Auguſto partium fuerat. Nouem natus annos, defunctum patrem pro Roſtris laudauit. Dehinc pubeſcens, Actiaco triumpho currum Auguſti comitatus eſt, ſiniſteriore funali equo, cùm Marcellus Octauiæ filius dexteriore veheretur. Præſedit & Actiacis ludis, & Troianis Circenſibus, ductor turmæ puerorum maiorum. VI.

VIRILI toga ſumta, adoleſcentiam omnẽ, ſpatiumq; inſequẽtis VII.

ætatis vſque ad principatus initia, per hæc ferè tranſegit: Munus gladiatorium in memoriam patris, & alterum in aui Druſi dedit, diuerſis temporibus, ac locis: primum in foro, ſecundum in Amphitheatro: rudiarijs quoq; quibuſdam reuocatis, auctoramento centenûm millium. Dedit & ludos, ſed abſens: cuncta magnificè, impenſa matris ac vitrici. Agrippinam M. Agrippa genitam, neptem Cæcilij Attici equitis Romani, ad quem ſunt Ciceronis epiſtolæ, duxit vxorem: ſublatoq; ex ea filio Druſo, quamquam bene conuenientem, rurſumq; grauidam, dimittere, ac Iuliam Auguſti filiam confeſtim coactus eſt ducere: non ſine magno angore animi, cùm & Agrippinæ conſuetudine teneretur, & Iuliæ mores improbaret; vt quam ſenſiſſet, ſui quoque ſub priore marito appetentem, quod ſanè vulgò etiam exiſtimabatur. Sed Agrippinam & abegiſſe poſt diuortium doluit: & ſemel omnino ex occurſu viſam, adeò contentis & tumentibus oculis proſecutus eſt, vt cuſtoditum ſit ne vmquam in conſpectum eius poſthac veniret. Cum Iulia primò concorditer, & amore mutuò vixit: mox diſſedit, & aliquanto grauius, vt etiam perpetuò ſecubaret, intercepto communis filij pignore, qui Aquileię natus infans exſtinctus eſt. Druſum fratrem in Germania amiſit, cuius corpus pedibus toto itinere prægrediens, Romam vſq; peruexit. A B

VIII. CIVILIVM officiorum rudimentis regem Archelaum, Trallianos & Theſſalos, varia quoſq; de cauſſa Auguſto cognoſcente defendit. Pro Laodicenis, Thyatirenis, Chiis terræ motu afflictis, opemq; implorantibus, ſenatum deprecatus eſt. Fannium Cæpionem, qui cum Varrone Murena in Auguſtum conſpirauerat, reum maieſtatis apud iudices fecit, & condemnauit. Interque hæc duplicem curam adminiſtrauit annonæ, quæ arctior inciderat: & repurgandorum tota Italia ergaſtulorum, quorum Domini in inuidiam venerant: quaſi exceptos ſupprimerent, non ſolùm viatores, ſed & quos ſacramenti metus ad huiuſmodi latebras compuliſſet. C

IX. STIPENDIA prima expeditione Cantabrica tribunus militum fecit: deinde ducto ad Orientem exercitu, regnum Armeniæ Tigrani reſtituit, ac pro tribunali diadema impoſuit. Recepit & ſigna quæ M. Craſſo ademerant Parthi. Poſthæc comatam Galliam anno ferè rexit, & barbarorum incurſionibus, & principum diſcordia inquietam. Exhinc Rhæticum Vindelicúmque bellum, inde Pannonicum, inde Germanicum geſsit. Rhætico atque Vindelico, gentes Alpinas: Pannonico, Breucos & Dalmatas ſubegit. Germanico, quadraginta millia dedititiorum traiecit in Galliam, iuxtáque ripam Rheni ſedibus aſsignatis collocauit. quas ob res, & ouans, & curru vrbem ingreſſus eſt: primus, vt quidam putant, triumphalibus ornamentis honoratus, nouo D

nec

A nec antea cuiquam tributo genere honoris. Magiſtratus & maturiùs inchoauit, & pænè iunctim percurrit, quæſturam, præturam, conſulatum: interpoſitoq; tempore, COS. iterum, etiam tribunitiam poteſtatem in quinquennium accepit.

TOT proſperis confluentibus, integra ætate ac valetudine ſtatuit repentè ſecedere, ſeque è medio quàm longiſsimè amouere. Dubium, vxoris ne tædio, quam neque criminari aut dimittere auderet, neq; vltrà perferre poſſet; an vt vitato aſsiduitatis faſtidio, auctoritatem abſentia tueretur, atque etiam augeret, ſi quando indiguiſſet ſui Reſp. Quidam exiſtimant adultis iam Auguſti liberis, loco & quaſi poſſeſsione, B vſurpati à ſe diu ſecundi gradus, ſponte ceſsiſſe: exemplo M. Agrippæ, qui M. Marcello ad munera publica admoto, Mitylenas abierit: ne aut obſtare, aut obtrectare præſens videretur. Quam cauſſam & ipſe, ſed poſteà, reddidit. Tunc autem honorum ſatietatem, ac requiem laborum prætendens, commeatum petijt. Neque aut matri ſuppliciter precanti, aut vitrico, deleri ſe etiam in ſenatu conquerenti, veniam dedit. Quin & pertinaciùs retinentibus, cibo per quatriduum abſtinuit. Facta tandem abeundi poteſtate, relictis Romæ vxore & filio, confeſtim Oſtiam deſcendit: ne verbo quidem cuiquam proſequentium reddito, paucóſque admodum in digreſſu oſculatus. X.

C AB Oſtia oram Campaniæ legens, imbecillitate Auguſti nuntiata, paullùm ſubſtitit. Sed increbreſcente rumore, quaſi ad occaſionem maioris ſpei commoraretur, tantùm non aduerſis tempeſtatibus Rhodum enauigauit, amœnitate & ſalubritate inſulæ iam inde captus, cùm ad eam ab Armenia rediens appuliſſet. Heic modicis contentus ædibus, nec multo laxiore ſuburbano, genus vitæ ciuile admodum inſtituit: ſine lictore aut viatore gymnaſia interdum obambulans: mutuaque cum Græculis officia vſurpans, propè ex æquo. Fortè quodam in diſponendo die, manè prædixerat, quidquid ægrorum in ciuitate eſſet, viſitare ſe velle: id à proximis aliter exceptum eſt: iuſsiq; ſunt omnes ægri in pu-D blicam porticum deferri, ac per valetudinum genera diſponi. Perculſus igitur inopinata re, diu quid ageret incertus, tandem ſingulos circuit: excuſans factum etiam tenuiſsimo cuique, & ignoto. Vnum hoc tantummodo, neque præterea quidquam notatum eſt, in quo exercuiſſe ius tribunitiæ poteſtatis viſus ſit: Cùm circa ſcholas & auditoria profeſſorum aſsiduus eſſet, moto inter antiſophiſtas grauiore iurgio, non defuit qui eum interuenientem & quaſi ſtudioſiorem partis alterius conuitio inceſſeret. Senſim itaque regreſſus domum, repentè cum apparitoribus prodijt: citatumq; pro tribunali voce præconis conuitiatorem rapi iuſsit in carcerē. Comperit deinde Iuliam vxorē ob libidines XI.

atque adulteria damnatam, repudiúmque ei ſuo nomine, ex auctoritate A Auguſti, remiſſum: & quamquam lætus animo, tamen officij duxit, quantum in ſe eſſet, exorare filiæ patrem frequentibus litteris, & vel vtcumque meritæ, quidquid vmquam dono dediſſet, concedere. Tranſacto autem tribunitiæ poteſtatis tempore, confeſſus tandem nihil aliud ſeceſſu deuitaſſe ſe quàm æmulationis cum Caio Lucioque ſuſpicionem, petijt vt ſibi ſecuro iam ab hac parte, corroboratis his, & ſecundum locum facilè curãtibus, permitteretur reuiſere neceſsitudines, quarum deſiderio teneretur. Sed neq; impetrauit: vltroq; etiam admonitus eſt, dimitteret omnem curam ſuorum, quos tam cupidè reliquiſſet.

XII. REMANSIT ergo Rhodi contra voluntatem: vix per matrem B conſecutus vt ad velandam ignominiam, quaſi legatus ab Auguſto abeſſet. Enimuerò tunc non priuatum modò, ſed etiam obnoxium, & trepidum egit, mediterraneis agris abditus, vitanſq; prætenauigantium officia, quibus frequentabatur aſsiduè: nemine cum imperio, aut magiſtratu tendente quoquam, quin diuerteret Rhodum. Et acceſſerunt maioris ſolicitudinis cauſſæ. Namque priuignum Caium, Orienti præpoſitum, cùm viſendi gratia traieciſſet Samum, alieniorem ſibi ſenſit ex criminationibus M. Lollij comitis & rectoris eius. Venit etiam in ſuſpicionem per quoſdam beneficij ſui centuriones, à commeatu caſtra repetentes, mandata ad complures dediſſe ambigua, & quæ tentare ſingulorum animos ad nouas res viderentur. De qua ſuſpicione certior ab Auguſto factus, non ceſſauit efflagitare aliquem cuiuſlibet ordinis, cuſtodem factis atque dictis ſuis. C

XIII. EQVI quoque & armorum ſolitas exercitationes omiſit: redegitque ſe depoſito patrio habitu, ad pallium, & crepidas: atque in tali ſtatu biennio ferè permanſit, contemtior in dies, & inuiſior: adeò vt imagines eius & ſtatuas Nemauſenſes ſubuerterint: ac familiari quodã conuiuio mentione eius orta exſtiterit qui Caio polliceretur, Confeſtim ſe, ſi iuberet, Rhodum nauigãturum, caputque exſulis (ſic enim appellabatur) relãturum. Quò præcipuè, non iam metu, ſed diſcrimine, coactus eſt tam ſuis quàm matris impenſiſsimis precibus reditum expoſtulare: impetrauitq;, adiutus aliquantum etiam caſu. Deſtinatum Auguſto erat, nihil ſuper ea re, niſi ex voluntate maioris filij, ſtatuere. Is fortè tunc M. Lollio offenſior, facilis exorabiliſq; in vitricum fuit. Permittente ergo Caio, reuocatus eſt: verùm ſub conditione, ne quam partem curámve Reip. attingeret. D

XIV. REDIIT octauo poſt ſeceſſum anno, magna, nec incerta ſpe futurorum, quam & oſtentis, & prædictionibus ab initio ætatis conceperat. Prægnans enim Liuia, cùm an marem editura eſſet, varijs captaret

A captaret ominibus , ouum incubanti gallinæ ſubductum, nunc ſua
nūc miniſtrarum manu per vices vſque eò fouit, quoad pullus inſigniter
criſtatus excluſus eſt. Ac de infante Scribonius mathematicus præclara
ſpopondit: etiam regnaturum quandoque, ſed ſine regio inſigni:
ignota ſcilicet tunc adhuc Cæſarum poteſtate. Et ingreſſo primam ex-
peditionem, ac per Macedoniam ducente exercitum in Syriam, accidit,
vt apud Philippos ſacratæ olim victricium legionum aræ, ſponte ſubi-
tis collucerent ignibus: & mox cùm Illyricum petens, iuxta Patauium
adîſſet Geryonis oraculum, ſorte tracta, qua monebatur vt de conſul-
B tationibus in Aponi fontem talos aureos iaceret: euenit vt ſummum nu-
merum iacti ab eo oſtenderent: hodieque ſub aqua viſuntur ij tali. Ante
paucos verò quàm reuocaretur dies, aquila, numquam anteà Rhodi cō-
ſpecta, in culmine domus eius aſſedit: & pridie quàm de reditu certior
fieret, veſtimenta mutanti, tunica ardere viſa eſt. Thraſyllum quoque
mathematicum, quem vt ſapientię profeſſorem conturbernio admoue-
rat, tunc maximè expertus eſt, affirmantem naue præuiſa gaudium af-
ferri, cùm quidem illum duriùs, & contra prædicta cadentibus rebus, vt
falſum, & ſecretorum temerè conſcium, eo ipſo momento dum ſpatia-
tur vnà, præcipitare in mare deſtinâſſet.

C ROMAM reuerſus, deducto in forum filio Druſo, ſtatim è Ca- XV.
rinis ac Pompeiana domo, Eſquilias in hortos Mæcenatianos tranſmi-
grauit: totumq; ſe ad quietem contulit, priuata modò officia obiens, ac
publicorum munerum expers. Caio & Lucio intra triennium defunctis,
adoptatur ab Auguſto ſimul cum fratre eorum M. Agrippa: coactus
priùs ipſe Germanicum fratris ſui filium adoptare. Nec quidquam poſt-
eà pro patrefamiliâs egit: aut ius quod adoptione amiſerat, ex vlla parte
retinuit. Nam neque donauit, neq; manumiſit: nec hereditatem qui-
dem, aut legata percepit vlla aliter quàm vt peculio referret accepta: ni-
hil ex eo tempore prætermiſſum eſt ad maieſtatem eius augendam, ac
D multò magis poſtquam, Agrippa abdicato atque ſepoſito, certum erat,
vni ſpem ſucceſsionis incumbere.

DATA rurſus poteſtas tribunitia in quinquennium: delegatus XVI.
pacandæ Germaniæ ſtatus: Parthorum legati, mandatis Auguſto Ro-
mæ redditis, eum quoque adire in prouinciam iuſsi. Sed nunciata Illyri-
ci defectione, tranſijt ad curam noui belli: quod grauiſsimum omnium
externorum bellorum poſt Punica, per XV. legiones, parémque au-
xiliorum copiam, triennio geſsit: in magnis omnium rerum difficulta-
tibus, ſummáque frugum inopia. Et quamquam ſæpius reuocaretur,
tamen perſeuerauit: metuēs, ne vicinus & præualens hoſtis inſtaret vltrò
cedentibus. Ac perſeuerantiæ grande pretium tulit: toto Illyrico, quod
inter

inter Italiam, regnúmque Noricum, & Thraciam, & Macedoniam in- A
terque Danubium flumen, & ſinum maris Adriatici patet, perdomito
& in ditionem redacto.

XVII. CVI gloriæ amplior adhuc ex opportunitate cumulus acceſsit. Nam ſub id ferè tempus Quintilius Varus, cum tribus legionibus in Germania perijt: nemine dubitante, quin victores Germani iuncturi ſe Pannonijs fuerint, niſi debellatum prius Illyricum eſſet. Quas ob res triumphus ei decretus eſt, multíque & magni honores. Cenſuerunt etiam quidam, vt Pannonicus, alij vt Inuictus, nonnulli vt Pius cognominaretur. Sed de cognomine interceſsit Auguſtus, eo contentum re- B
promittens, quod ſe defuncto ſuſcepturus eſſet. Triumphum ipſe diſtulit, mœſta ciuitate clade Variana, Nihilò minùs vrbem prætextatus, & laurea coronatus intrauit: poſitúmque in Septis tribunal, ſenatu adſtante, conſcendit: ac medius inter duos COSS. cum Auguſto ſimul ſedit: vnde, populo conſalutato, circum templa deductus eſt.

XVIII. PROXIMO anno repetita Germania, cùm animaduerteret, Varianam cladem temeritate & negligentia ducis accidiſſe, nihil non de conſilij ſententia egit: ſemper aliâs ſui arbitrij, contentúſque ſe vno, tũc præter conſuetudinem cum pluribus de ratione belli communicauit. C
Curam quoque ſolito exactiorem pręſtitit. Traiecturus Rhenum, commeatum omnem ad certam formulam adſtrictum non antè tranſmiſit, quàm conſiſtens apud ripã exploraſſet vehiculorum onera: ne qua deportarentur, niſi conceſſa aut neceſſaria. Trans Rhenum verò eum vitæ ordinem tenuit, vt ſedens in ceſpite nudo cibum caperet: ſæpe ſine tentorio pernoctaret: præcepta ſequentis diei omnia, & ſi quid ſubiti muneris iniungendum eſſet, per libellos daret: addita monitione, vt de quo quiſque dubitaret, ſe, nec alio interprete, quacumque vel noctis hora vteretur.

XIX. DISCIPLINAM acerrimè exegit: animaduerſionum & ignominiarum generibus ex antiquitate repetitis: atque etiam legato legionis, quòd paucos milites cum liberto ſuo trans ripam venatum miſiſſet, ignominia notato. Prælia, quamuis minimum fortunæ caſibusq; permitteret, aliquantò conſtantiùs inibat, quoties lucubrante ſe ſubitò ac nullo propellente, decideret lumen, & exſtingueretur. confidens, vt aiebat, oſtento, ſibi ac maioribus ſuis in omni ducatu expertiſsimo. Sed re proſperè geſta, non multum abfuit quin à Bructero quodam occideretur: cui inter proximos verſanti, & trepidatione detecto, tormentis expreſſa confeſsio eſt cogitati facinoris.

XX. A GERMANIA in vrbem poſt biennium regreſſus, triumphum,

A phum, quem diſtulerat, egit: proſequentibus etiã legatis, quibus triumphalia ornamenta impetrârat. Ac priùs quàm in Capitolium flecteret, deſcendit è curru, ſeque præſidenti patri ad genua ſubmiſit. Batonem Pannonium ducem ingentibus donatum præmijs, Rauennam tranſtulit: gratiam referens, quòd ſe quondam cum exercitu iniquitate loci circumcluſum, paſſus eſſet euadere: Prandium dein populo mille menſis, & congiarium trecenos nummos viritim dedit. Dedicauit & Concordię ædem: item Pollucis & Caſtoris, ſuo fratriſq; nomine, de manubijs.

AC non multo pòſt lege per COSS. lata vt prouincias cum Au- XXI.
B guſto communiter adminiſtraret, ſimulque cenſum ageret, condito luſtro in Illyricum profectus eſt. Et ſtatim ex itinere reuocatus, iam quidem affectum, ſed tamen ſpirantem adhuc Auguſtum reperit: fuitque vnà ſecretò per totum diem. Scio vulgo perſuaſum, quaſi egreſſo poſt ſecretum ſermonẽ Tiberio, vox Auguſti per cubicularios excepta ſit: Miſerum populum Romanum, qui ſub tam lentis maxillis erit. Nec illud quidem ignoro, aliquos tradidiſſe, Auguſtum palàm nec diſsimulanter morum eius diritatem adeò improbaſſe, vt nonnumquam remiſsiores hilarioreſq; ſermones ſuperueniente eo abrumperet: ſed expugnatum precibus vxoris adoptionem non abnuiſſe: vel etiam ambitione tractũ,
C vt tali ſucceſſore deſiderabilior ipſe quandoque fieret. Adduci tamen nequeo quin exiſtimem, circumſpectiſsimum & prudentiſsimum principem, in tanto præſertim negotio, nihil temerè feciſſe: ſed vitijs virtutibuſq; Tiberij perpenſis, potiores duxiſſe virtutes: præſertim cùm & Reip. cauſſa adoptare ſe eum pro concione iurauerit: & epiſtolis aliquot, vt peritiſsimum rei militaris, vtque vnicum populi Rom. præſidium proſequatur. Ex quibus in exemplũ pauca hinc inde ſubieci. Vale iucundiſsime Tiberi, & rem gere feliciter, ἐμοὶ καὶ ταῖς Μούσαις στρατηγῶν. Iucundiſsime, & ita ſim felix, vir fortiſsime, & dux νομιμώτατε. Vale. &, Ordinem æſtiuorum tuorum? Ego verò, mi Tiberi, & inter
D tot rerum difficultates, καὶ τοσαύτην ῥαθυμίαν τῶν στρατευομένων non potuiſſe quemquam prudentiùs gerere ſe, quàm tu geſſeris exiſtimo. Hi quoque, qui tecum fuerunt omnes, confitentur verſum illum in te poſſe dici,

Vnus homo nobis vigilando reſtituit rem.

Siue, inquit, quid incidit, de quo ſit cogitandum diligentiùs, ſiue quid ſtomachor valde, mediusfidius Tiberium meum deſidero: ſuccurritq; verſus ille Homericus:

Τούτου δ᾽ ἑσπομένοιο, καὶ ἐκ πυρὸς αἰθομένοιο
Ἄμφω νοστήσαιμεν, ἐπεὶ πέρι οἶδε νοῆσαι.

Attenuatum te eſſe continuatione laborum, cùm audio & lego, Dij A
me perdant niſi cohorreſcit corpus meum: teque rogo vt parcas tibi: ne
ſi te languere audierimus, & ego & mater tua exſpiremus, & de ſumma
imperij ſui populus Rom. periclitetur. Nihil intereſt valeam ipſe nec ne,
ſi tu non valebis. Deos obſecro vt te nobis conſeruent, & valere nunc &
ſemper patiantur, ſi non populum Rom. peroſi ſunt.

XXII. EXCESSVM Auguſti non priùs palàm fecit quàm Agrippa
iuuene interemto. Hunc tribunus militum cuſtos appoſitus occidit, le-
ctis codicillis quibus vt id faceret, iubebatur. Quos codicillos dubium
fuit, Auguſtúſne moriens reliquiſſet, quò materiam tumultus poſt ſe
ſubduceret: an nomine Auguſti Liuia, & ea conſcio Tiberio an ignaro, B
dictaſſet. Tiberius renuntianti tribuno factum eſſe quod imperaſſet,
Neque imperaſſe ſe, & redditurum eum ſenatui rationem reſpondit:
inuidiam ſcilicet in præſentia vitans. Nam mox ſilentio rem oblit-
terauit.

XXIII. IVRE autem tribunitiæ poteſtatis coacto ſenatu, inchoatáque
allocutione derepente velut impar dolori congemuit: vtque non ſolùm
vox, ſed & ſpiritus deficeret, optauit: ac perlegendum librum Druſo
filio tradidit. Illatum deinde Auguſti teſtamentum, non admiſsis ſi-
gnatoribus niſi ſenatorij ordinis, cæteris extra curiam ſigna agnoſcen-
tibus recitauit per libertum. Teſtamenti initium fuit: Quoniam ſi- C
niſtra Fortuna Caium & Lucium filios mihi eripuit, Tiberius Cæſar
mihi ex parte dimidia, & ſextante heres eſto. Quo & ipſo aucta eſt ſuſpi-
cio opinantium, ſucceſſorem adſcitum eum neceſsitate magis quàm iu-
dicio: quando ita præfari non abſtinuerit.

XXIV. PRINCIPATVM, quamuis neque occupare confeſtim, ne-
que agere dubitaſſet, & ſtatione militum, hoc eſt, vi & ſpecie domina-
tionis aſſumta, diu tamen recuſauit impudentiſsimo animo: nunc ad-
hortantes amicos increpans, vt ignaros quanta bellua eſſet Imperium:
nunc precantem ſenatum, & procumbentem ſibi ad genua, ambiguis
reſponſis & callida cunctatione ſuſpendens: vt quidam patientiam rum- D
perent, atque vnus in tumultu proclamaret, Aut agat, aut deſiſtat: alter
coràm exprobraret, Cæteros quod polliciti ſint, tardè præſtare: ſed
ipſum quod præſtet, tardè polliceri. Tandem quaſi coactus, & querens
miſeram & oneroſam iniungi ſibi ſeruitutem, recepit imperium: nec
tamen aliter quàm vt depoſiturum ſe quandoque ſpem faceret. Ipſius
verba ſunt hæc: Dum veniam ad id tempus quo vobis æquum poſsit
videri, dare vos aliquam ſenectuti meæ requiem.

XXV. CVNCTANDI cauſſa erat, metus vndique imminentium
diſcri-

A diſcriminum: vt ſæpe lupum ſe auribus tenere diceret. Nam & ſeruus Agrippæ, Clemens nomine, non contemnendam manum in vltionem domini comparârat: & L. Scribonius Libo vir nobilis res nouas clàm moliebatur: & duplex ſeditio militum in Illyrico & in Germania exorta eſt. Flagitabant ambo exercitus multa extra ordinem: ante omnia, vt æquarentur ſtipendio prætorianis Germaniciani. Quidam etiam principem detrectabant non à ſe datum: ſummáque vi Germanicum, qui tum ijs præerat, ad capeſſendam Remp. perurgebant, quamquam obfirmatè reſiſtentem. Quem maximè caſum timens, partes ſibi, quas ſe-
B natui liberet, tuendas in Rep. depopoſcit: quando vniuerſæ ſufficere ſolus nemo poſſet: niſi cum altero, vel etiam cum pluribus. Simulauit & valetudinem, quò æquiore animo Germanicus celerem ſucceſsionem, vel certè ſocietatem principatus, operiretur. Compoſitis ſeditionibus, Clementem quoque fraude deceptum, redegit in poteſtatem: Libonem, ne quid in nouitate acerbiùs fieret, ſecundo demum anno in ſenatu coarguit, medio temporis ſpatio tantùm cauere contentus. Nam & inter pontifices ſacrificanti ſimul, pro ſeceſpita plumbeum cultrum ſubjiciẽdum curauit: & ſecretum petenti nonniſi adhibito Druſo filio dedit: dextrâmque obambulantis: veluti incumbens, quoad perageretur ſer-
C mo, continuit.

VERVM liberatus metu, ciuilem admodum inter initia, ac XXVI. paullò minus quàm priuatum egit. Ex plurimis maximisq; honoribus, præter paucos & modicos non recepit. Natalem ſuum plebeijs incurrentem Circenſibus, vix vnius bigæ adiectione honorari paſſus eſt. Templa, flamines, ſacerdotes decerni ſibi prohibuit: etiam ſtatuas, atque imagines, niſi permittente ſe poni: permiſitque ea ſola conditione, ne inter ſimulacra deorum, ſed inter ornamenta ædium ponerentur. Interceſsit & quò minùs in acta ſua iuraretur: & ne menſis September, Tiberius: October, Liuius, vocarentur. Prænomen quoque IMPERA-
D TORIS, cognomenq; PATRIS PATRIAE, & ciuicam in veſtibulo coronam recuſauit. Ac ne AVGVSTI quidẽ nomen, quamquam hereditarium, vllis niſi ad reges ac dynaſtas epiſtolis addidit. Nec ampliùs quàm omnino tres conſulatus, vnum paucis diebus, alterum tribus menſibus, tertium abſens vſq; in Idus Maias geſsit.

ADVLATIONES adeò auerſatus eſt, vt neminem ſenatorum aut officij aut negotij cauſſa ad lecticam ſuam admiſerit: conſularem verò ſatisfacientem ſibi, ac per genua orare conantem, ita ſuffugerit, vt caderet ſupinus: atque etiam ſi quid in ſermone, vel in continua oratione blãdiùs de ſe diceretur, nõ dubitaret interpellare, ac reprehẽdere, & commutare continuò. Dominus appellatus à quodam, denuntiauit XXVII.

ne ſe ampliùs contumeliæ cauſſa nominaret. Alium dicentem, ſacras eius occupationes: & rurſus alium, auctore eo ſenatum ſe adijſſe, verba mutare, & pro auctore, ſuaſorem: pro ſacris, laborioſas dicere coëgit. A

XXIIX. SED aduerſus conuitia malosque rumores & famoſa de ſe ac ſuis carmina firmus ac patiens, ſubinde iactabat, In ciuitate libera linguam mentemque liberas eſſe debere. Et quondam ſenatu cognitionem de eiuſmodi criminibus ac reis flagitante: Non tantum, inquit, otij habemus vt implicare nos pluribus negotijs debeamus. Si hanc feneſtram aperueritis, nihil aliud agi ſinetis: omnium inimicitiæ hoc prætextu ad vos deferentur. Exſtat & ſermo eius in ſenatu perciuilis: Siquidem locutus aliter fuerit, dabo operam vt rationem factorum meòrum dictorumq; reddam: ſi perſeuerauerit, inuicem eum odero. B

XXIX. ATQVE hæc eo notabiliora erant, quòd ipſe in appellandis venerandisque ſingulis, & vniuerſis, propè exceſſerat humanitatis modum. Diſſentiens in curia à Q. Haterio, Ignoſcas, inquit, rogo, ſi quid aduerſus te liberiùs, ſicut ſenator, dixero. Et inde omnes alloquens, Dixi & nunc & ſæpe aliâs P. C. bonum & ſalutarem principem, quem vos tanta & tam libera poteſtate inſtruxiſtis, ſenatui ſeruire debere, & vniuerſis ciuibus ſæpe, & plerumque etiam ſingulis: neque id dixiſſe me pœnitet, & bonos & æquos & fauentes vos habui dominos, & adhuc habeo. C

XXX. QVIN etiam ſpeciem libertatis quandam induxit, conſeruatis ſenatui ac magiſtratibus & maieſtate priſtina & poteſtate: neque tam paruum quidquam, neque tam magnum publici priuatique negotij fuit, de quo non ad P. C. referretur. De vectigalibus ac monopolijs, de exſtruendis reficiendíſve operibus, etiam de legendo vel exauctorando milite, ac legionum & auxiliorum deſcriptione: denique quibus imperium prorogari, aut extraordinaria bella mandari, quid & qua forma regum litteris reſcribi placeret. Præfectum alæ, de vi & rapinis reum, cauſſam in ſenatu dicere coëgit. Numquam curiam niſi ſolus intrauit: lectica quondam introlatus æger, comites à ſe remouit. D

XXXI. QVAEDAM aduerſus ſententiam ſuam decerni ne queſtus quidem eſt. Negante eo, deſtinatos magiſtratus abeſſe oportere, vt præſentes honori acquieſcerent, prætor deſignatus liberam legationem impetrauit. Iterum cenſente vt Trebianis legatam in opus noui theatri pecuniam ad munitionem viæ transferre concederetur, obtinere non potuit quin rata voluntas legatoris eſſet. Cùm ſenatuſconſultum per diſceſsionem ſorte fieret, tranſeuntem eum in alteram partem, in qua pauciores erant, ſecutus eſt nemo. Cætera quoque nonniſi per magiſtratus

& iure

A & iure ordinario agebantur: tanta COSS. auctoritate, vt legati ex Africa adierint eos, querentes trahi ſe à Cæſare, ad quem miſsi forent. Nec mirum, cùm palam eſſet ipſum quoque eiſdem aſſurgere & decedere via.

CORRIPVIT conſulares exercitibus præpoſitos, quòd non de rebus geſtis ſenatui ſcriberent: quodq; de tribuendis quibuſdam militaribus donis ad ſe referrent: quaſi non omnium tribuendorum ipſi ius haberent. Prætorem collaudauit, quòd honore inito, conſuetudinem antiquam retuliſſet de maioribus ſuis pro concione memorandi. Quorundam illuſtrium exſequias vſque ad rogum frequentauit. Parem mo- XXXII.
B derationem minoribus quoque & perſonis & rebus exhibuit: cùm Rhodiorum magiſtratus, quòd litteras publicas ſine ſubſcriptione ad ſe dederant, euocaſſet, ne verbo quidem inſectatus, ac tantummodo iuſſos ſubſcribere, remiſit. Diogenes grammaticus diſputare ſabbatis Rhodi ſolitus, venientem, vt ſe extra ordinem audiret, non admiſerat: ac per ſeruulum ſuum in ſeptimum diem diſtulerat. Hunc Romæ ſalutandi ſui cauſſa pro foribus adſtantem, nihil ampliùs quàm vt poſt ſeptimum annum rediret, admonuit. Præſidibus onerandas tributo prouincias ſuadentibus reſcripſit, Boni paſtoris eſſe tondere pecus, non deglubere.

C PAVLLATIM principem exercuit, præſtititque: etſi varium diu, commodiorem tamen ſæpius, & ad vtilitates publicas proniorem. Ac primò eatenus interueniebat ne quid perperam fieret. Itaque & conſtitutiones quaſdam ſenatus reſcidit: & magiſtratibus pro tribunali cognoſcentibus plerumque ſe offerebat conſiliarium, aſsidebátq; miſtim, vel ex aduerſo in parte primori: & ſi quem reorum elabi gratia rumor eſſet, ſubitus aderat: iudicéſque aut è plano, aut è quæſitoris tribunali, legum & religionis, & noxæ de qua cognoſcerent, admonebat: atque etiam ſi qua in publicis moribus deſidia aut mala conſuetudine labarent, corrigenda ſuſcepit. XXXIII.

D LVDORVM ac munerum impenſas corripuit: mercedibus ſcenicorum reſciſsis, paribúſque gladiatorum ad certum numerum redactis. Corinthiorum vaſorum pretia in immenſum exarſiſſe, tréſque mullos XXX. millibus nummûm veniſſe, grauiter conqueſtus, adhibendum ſupellectili modum cenſuit: annonámque macelli, ſenatus arbitratu, quotannis temperandam: dato ædilibus negotio, popinas ganeáſque vſque eò inhibendi, vt ne opera quidem piſtoria proponi venalia ſinerent. Et vt parcimoniam publicam exemplo quoque iuuaret, ſollennibus ipſe cœnis pridiana ſæpe ac ſemeſa opſonia appoſuit, dimidiatúmque aprum: affirmans, Omnia eadem habere quæ totum. Quo- XXXIV.

 tidiana

tidiana oſcula prohibuit edicto: item ſtrenarum commercium, ne vltra Kalend. Ianuarias exerceretur. Conſueuerat & quadruplam ſtrenam & de manu reddere: ſed offenſus interpellari ſe toto menſe ab ijs qui poteſtatem ſui die feſto non habuiſſent, vltrà non reddidit. A

XXXV. MATRONAS proſtratæ pudicitiæ, quibus accuſator publicus deeſſet, vt propinqui more maiorum de communi ſententia coërcerent, auctor fuit. Equiti Rom. iuriſiurandi gratiam fecit, vt vxorem in ſtupro generi compertam dimitteret, quam ſe numquam repudiaturum antè iurauerat. Fœminæ famoſæ, vt ad euitandas legum pœnas iure ac dignitate matronali exſoluerentur, lenocinium profiteri cœperant: & B ex iuuentute vtriuſque ordinis profligatiſsimus quiſq;, quò minùs in opera ſcenæ arenæque edenda ſenatuſconſulto tenerentur, famoſi iudicij notam ſponte ſubibant. eos eáſque omnes, ne quod refugium in tali fraude cuiquam eſſet, exſilio affecit. Senatori latum clauum ademit, cùm cognouiſſet ſub Kal. Iulij demigraſſe in hortos, quò viliùs poſt diem ædes in vrbe conduceret. Alium & quæſtura remouit, quòd vxorem pridie ſortitione ductam, poſtridie repudiaſſet.

XXXVI. EXTERNAS cærimonias, Aegyptios Iudaicóſque ritus compeſcuit: coactis qui ſuperſtitione ea tenebantur, religioſas veſtes cum inſtrumento omni comburere. Iudæorum iuuentutem, per ſpeciem ſa- C cramenti, in prouincias grauioris cæli diſtribuit: reliquos gentis eiuſdẽ, vel ſimilia ſectantes, vrbe ſubmouit, ſub pœna perpetuæ ſeruitutis, niſi obtemperaſſent. Expulit & mathematicos: ſed deprecantibus, ac ſe artem deſituros promittentibus, veniam dedit.

XXXVII. IN primis tuendæ pacis à graſſaturis ac latrocinijs ſeditionumq; licentia curam habuit. Stationes militum per Italiam ſolito frequentiores diſpoſuit. Romæ caſtra conſtituit, quibus Prætorianæ cohortes, vagæ ante id tempus & per hoſpitia diſperſæ, continerentur. Populares tumultus exortos grauiſsimè coërcuit: & ne orirentur ſedulò cauit. Cæde in theatro per diſcordiam admiſſa, capita factionum & hiſtriones, pro- D pter quos diſsidebatur, relegauit: nec vt reuocaret, vmquam vllis populi precibus potuit euinci. Cùm Polentina plebs funus cuiuſdam primipilaris non priùs ex foro miſiſſet, quàm extorta pecunia per vim heredibus ad gladiatorium munus: cohortem ab vrbe, & aliam à Cotij regno, diſsimulata itineris cauſſa, detectis repentè armis, concinentibuſque ſignis, per diuerſas portas in oppidum immiſit: ac partem maiorem plebis ac decurionum in perpetua vincula coniecit. Aboleuit & ius, moremque aſylorum, quæ vſquam erant. Cyzicenis in ciues Romanos violentiùs quædam auſis, publicè libertatem ademit, quam Mithridatico bello meruerant. Hoſtiles motus, nulla poſtea expeditione ſuſcepta,

per le-

A per legatos compeſcuit: nec per eos quidem, niſi cunctanter & neceſſariò. Reges infeſtos ſuſpectóſque comminationibus magis & querelis quàm vi repreſsit. Quoſdam per blanditias atque promiſſa extractos ad ſe non remiſit: vt Maraboduum Germanum, Thraſcypolim Thracem, Archelaum Cappadocem, cuius etiam regnum in formam prouinciæ redegit.

BIENNIO continuo poſt adeptum imperium, pedem porta non extulit: ſequenti tempore, præter quàm in propinqua oppida, & cùm longiſsimè, Antio tenus nuſquam abfuit; idque perrarò & paucos B dies, quamuis prouincias quoque & exercitus reuiſurum ſe ſæpe pronuntiaſſet: & propè quotannis profectionem prępararet: vehiculis comprehenſis, commeatibus per municipia & colonias diſpoſitis. Ad extremum vota pro itu & reditu ſuo ſuſcipi paſſus, vt vulgò iam per iocum Callipides vocaretur: quem curſitare ac ne cubiti quidem menſuram progredi, prouerbio Græco notatum eſt. XXXVIII

SED orbatus vtroque filio, quorum Germanicus in Syria, Druſus Romæ obierat, ſeceſſum Campaniæ petijt: conſtanti & opinione & ſermone pæne omnium, quaſi neque rediturus vmquam, & citò mortē etiam obiturus: quod paullò minùs vtrumq; euenit. Nam neq; Romam C ampliùs redijt: ſed & paucos poſt dies iuxta Terracinam in prætorio, cui ſpeluncæ nomen erat, incœnante eo, complura & ingentia ſaxa fortuitò ſupernè delapſa ſunt: multisq; conuiuarum & miniſtrorum eliſis, præter ſpem euaſit. XXXIX.

PERAGRATA Campania, cùm Capuæ Capitolium, Nolæ templum Auguſti, quam cauſſam profectionis prætenderat, dedicaſſet, Capreas ſe contulit: præcipuè delectatus inſula, quòd vno paruoq; littore adiretur, ſepta vndique præruptis immenſæ altitudinis rupibus, & profundo maris. Statimque reuocante aſsidua obteſtatione populo, propter cladem, qua apud Fidenas, ſupra XX. hominum millia, gla- D diatorio munere, amphitheatri ruina perierant, tranſijt in continentem, poteſtatemque omnibus adeundi ſui fecit: tantò magis quòd ab vrbe egrediens, ne quis ſe interpellaret, edixerat, ac toto itinere adeuntes ſubmouerat. XL.

REGRESSVS in inſulam, Reip. quidem curam vſque adeò abiecit, vt poſtea non decurias equitum vmquam ſuppleuerit: non tribunos militum præfectóſq;, nō prouinciarū præſides vllos mutauerit: Hiſpaniam & Syriam per aliquot annos ſine conſularibus legatis habuerit: Armeniam à Parthis occupari, Mœſiam à Dacis Sarmatiſque: Gallias à Ger- XLI.

à Germanis vaſtari neglexerit: magno dedecore imperij, nec minori A
diſcrimine.

XLII. CAETERVM ſecreti licentiam nactus, & quaſi ciuitatis o-
culis remotus, cuncta ſimul vitia malè diu diſsimulata, tandem profu-
dit: de quibus ſigillatim ab exordio referam. In caſtris tiro etiam tum,
propter nimiam vini auiditatem, pro Tiberio, Biberius: pro Claudio,
Caldius: pro Nerone, Mero vocabatur. Poſtea princeps in ipſa publi-
corum morum correctione cum Pomponio Flacco & L. Piſone noctem
continuumque biduum epulando potandoque conſumſit: quorum al-
teri Syriam prouinciam, alteri præfecturam vrbis confeſtim detulit, co-
dicillis quoque iucundiſsimos & omnium horarum amicos profeſſus. B
Seſtio Gallo libidinoſo, ac prodigo ſeni, olim ab Auguſto ignominia
notato, & à ſe ante paucos dies apud ſenatum increpito, cœnam ea lege
condixit, ne quid ex conſuetudine immutaret aut demeret: vtque nudis
puellis miniſtrantibus cœnaretur. Ignotiſsimum quæſturæ candidatum
nobiliſsimis antepoſuit, ob epotam in conuiuio, propinante ſe, vini am-
phoram. Aſellio Sabino HS. ducenta donauit, pro dialogo, in quo
boleti, & ficedulæ, & oſtreæ, & turdi certamen induxerat. Nouum deni-
que officium inſtituit à voluptatibus, præpoſito equite Rom. T. Cæſo-
nio Priſco.

XLIII. SECESSV verò Capreenſi, etiam ſellariam excogitauit, ſe- C
dem arcanarum libidinum: in quam vndique conquiſiti puellarum &
exoletorum greges, monſtroſiq; concubitus repertores, quos ſpintrias
appellabat, triplici ſerie connexi, inuicem inceſtarent ſe coram ipſo, vt
adſpectu deficientes libidines excitaret. Cubicula plurifariam diſpoſita
tabellis ac ſigillis laſciuiſsimarum picturarum & figurarum adornauit,
librisq; Elephantidis inſtruxit: ne cui in opera edenda exemplar impe-
tratæ ſchemæ deeſſet. In ſiluis quoque ac nemoribus paſsim Venereos
locos commentus eſt, proſtantéſque per antra & cauas rupes ex vtriuſq;
ſexus pube, Paniſcorum & Nympharum habitu: palamq; iam & vul-
gato nomine inſulæ abutentes, Caprineum dictitabant. D

XLIIII. MAIORE adhuc & turpiore infamia flagrauit: vix vt referri au-
diríve, nedum credi fas ſit. Quaſi pueros primæ teneritudinis, quos pi-
ſciculos vocabat, inſtitueret, vt natanti ſibi inter femina verſarentur, ac
luderent: lingua morſuque ſenſim appetentes, atque etiam quaſi infan-
tes firmiores, nec dum tamen lacte depulſos, inguini ceu papillæ admo-
ueret: pronior ſanè ad id genus libidinis & natura & ætate. Quare Par-
rhaſij quoq; tabulam, in qua Meleagro Atalanta ore morigeratur, lega-
tam ſibi ſub conditione, vt ſi argumento offenderetur, decies
pro ea HS. acciperet: non modò prætulit, ſed & in cubiculo
dedica-

A dedicauit. Fertur etiam in ſacrificando quondam captus facie miniſtri, acerram præferentis, nequîſſe abſtinere, quin pæne vix dum re diuina peracta, ibidem ſtatim ſeductum conſtupraret, ſimulque fratrem eius tibicinem: atque vtrique mox, quòd mutuò flagitium exprobrabant, crura fregiſſe.

FOEMINARVM quoque, & quidem illuſtrium, capitibus quantopere ſolitus ſit illudere, euidentiſsimè apparuit Mallonię cuiuſdam exitu: quam perductam, nec quidquam ampliùs pati conſtantiſsimè recuſantem, delatoribus obiecit: ac ne ream quidem interpellare deſijt, Ecquid pœniteret: donec ea, relicto iudicio, domum ſe arripuit, ferróque tranſegit, obſcœnitate oris hirſuto atque olido ſeni clarè exprobrata. Vnde nota in Atellanico exodio proximis ludis aſſenſu maximo excepta, percrebruit: Hircum vetulum capris naturam ligurrire. XLV.

PECVNIAE parcus ac tenax, comites peregrinationum expeditionumque numquam ſalario, cibarijs tantùm, ſuſtentauit: vna modò liberalitate ex indulgentia vitrici proſecutus, cùm tribus claſsibus factis pro dignitate cuiuſque primæ ſexcenta ſeſtertia, ſecundæ quadringenta diſtribuit, ducenta tertię, quam non amicorum ſed gratorum appellabat. XLVI.

C PRINCEPS neque opera vlla magnifica fecit. Nam & quæ ſola ſuſceperat, Auguſti templum, reſtitutionemque Pompeiani theatri, imperfecta poſt tot annos reliquit: neque ſpectacula omnino edidit: & ijs, quæ ab aliquo ederentur, rariſsimè interfuit, ne quid expoſceretur, vtique poſtquam comœdum Actium coactus eſt manumittere. Paucorum ſenatorum inopia ſuſtentata, ne pluribus opem ferret, negauit ſe alijs ſubuenturum, niſi ſenatui iuſtaș neceſsitatum cauſſas probaſſent. Quo peracto pleroſque modeſtia & pudore deterruit: in quibus Ortalum Q. Hortenſij oratoris nepotem, qui permodica re familiari auctore Auguſto, quatuor liberos tulerat. XLVII.

D PVBLICE munificentiam bis omnino exhibuit: propoſito millies HS. gratuitò in triennij tempus: & rurſus quibuſdam dominis inſularum, quæ in monte Cœlio deflagrârant, pretio reſtituto. Quorum alterum magna difficultate nummaria populo auxilium flagitante coactus eſt facere, cùm per ſenatuſconſultum ſanxiſſet vt fœneratores duas patrimonij partes in ſolo collocarent, debitores totidem æris alieni ſtatim ſoluerent, nec res expediretur: alterum ad mitigandam temporum atrocitatem. Quod tamen beneficium tanti æſtimauit, vt mōtem Cœlium appellatione mutata vocari Auguſtum iuſſerit. Militi poſt duplicata ex Auguſti teſtamento legata nihil vmquā largitus eſt, præterquam ſingula millia denariorū pretorianis, quòd Seiano ſe nō accōmodaſſent: XLVIII.

& quædam munera Syriacis legionibus, quòd ſolæ nullam Seiani imaginem inter ſigna coluiſſent: atque etiam miſsiones veteranorum rariſſimas fecit, ex ſenio mortem, ex morte compendium captans. Ne prouincias quidem vlla liberalitate ſubleuauit: excepta Aſia, deiectis terræ motu ciuitatibus. A

XLIX. PROCEDENTE mox tempore etiam ad rapinas conuertit animum. Sat conſtat, Cn. Lentulum augurem, cui cenſus maximus fuerit, metu & angore ad faſtidium vitæ ab eo actum, & vt ne quo niſi ipſo herede moreretur. Condemnatam & generoſiſsimam fœminam Lepidam, in gratiam Quirini conſularis prædiuitis, & orbi, qui dimiſ- B ſam eam è matrimonio poſt vigeſimum annum veneni olim in ſe comparati arguebat: præterea Galliarum & Hiſpaniarum, Syriæq; & Græciæ principes confiſcatos ob tam leue ac tam impudens calumniarum genus: vt quibuſdam non aliud ſit obiectum, quàm quòd partem rei familiaris in pecunia haberent. plurimis etiam ciuitatibus & priuatis veteres immunitates & ius metallorum ac vectigalium ademta. ſed & Vononem regem Parthorum, qui pulſus à ſuis, quaſi in fidem populi Romani cum ingenti gaza Antiochiam ſe receperat, ſpoliatum perfidia, & occiſum.

L. ODIVM aduerſus neceſsitudines, in Druſo primùm fratre de- C texit: prodita eius epiſtola, qua ſecum de cogendo ad reſtituendam libertatem Auguſto agebat: deinde & in reliquis. Iuliæ vxori tantum abfuit, vt relegatæ quod minimum eſt, officij aut humanitatis aliquid impertiret, vt ex conſtitutione patris vno oppido clauſam, domo quoque egredi, & commercio hominum frui vetuerit: ſed & peculio conceſſo à patre præbitisq; annuis fraudauit, per ſpeciem publici iuris, quod nihil de his Auguſtus teſtamento cauiſſet. Matrem Liuiam grauatus, velut partes ſibi ęquas potentię vindicantem, & congreſſum eius aſsiduum vitauit: & longiores ſecretioresque ſermones, ne eius conſilijs, quibus tantùm interdum & ægrè vti ſolebat, regi videretur. Tulit etiam perin- D dignè actum à ſenatu, vt titulus ſuis quaſi Auguſti ita & Liuiæ filius adjiceretur. Quare non parentem patriæ appellari nō vllum inſignem honorem recipere publicè paſſus eſt. Sed & frequenter admonuit, quòd non maioribus nec fœminæ conuenientibus negotijs abſtineret: præcipuè vt animaduertit incendio iuxta ædem Veſtæ & ipſam interueniſſe: populumque & milites, quò enixiùs opem ferrent abhortatam, ſicut ſub marito ſolita eſſet.

LI. DEHINC ad ſimultatem vſque proceſsit, hac vt ferunt de cauſſa: Inſtanti ſæpius, vt ciuitate donatum in decurias allegeret, negauit alia ſe conditione allecturum, quàm ſi pateretur adſcribi albo, extortum

A tortum id ſibi à matre. At illa commota, veteres quoſdam ad ſe Auguſti codicillos de acerbitate & intolerantia morum eius è ſacrario protulit, atque recitauit. Hos & cuſtoditos tamdiu, & exprobratos tam infeſtè, adeò grauiter tulit, vt quidam putent inter cauſſas ſeceſſus hanc ei vel præcipuam fuiſſe. Toto quidem triennio, quo viuente matre afuit, ſemel omnino eam, nec amplius quàm vno die, ac paucisſimis vidit horis: ac mox, neque ægrę adeſſe curauit, defunctamque, & dum aduentus ſui ſpem facit, complurium dierum mora, corrupto demum & tabido corpore funeratam prohibuit conſecrari: quaſi id ipſa mandaſſet. Teſtamentum quoque eius pro irrito habuit, omnesq; amicitias & familiari-
B tates, etiam quibus ea funeris curam moriens demandârat, intra breue tempus afflixit: vno ex his equeſtris ordinis viro & in antliam condemnato.

FILIORVM neque naturalem Druſum, neque adoptiuum Germanicum patria charitate dilexit. Alterius vitijs infenſus: nam Druſus animi fluxioris, remisſioríſque vitæ erat. Itaque ne mortuo quidem perinde affectus eſt: ſed tantum non ſtatim à funere ad negotiorum conſuetudinem redijt, iuſtitio longiore inhibito. Quin & Ilienſium legatis paullò ſeriùs conſolantibus, quaſi obliterata iam doloris memoria irridens: Se quoque reſpondit vicem eorum dolere, quòd egregium ci- LII.
C uem Hectorem amiſiſſent. Germanico vſque adeò obtrectauit, vt & præclara facta eius pro ſuperuacuis eleuaret: & glorioſisſimas victorias, ceu damnoſas Reip. increparet. Quòd verò Alexandriam, propter immenſam & repentinam famem, inconſultò ſe adiſſet, queſtus eſt in ſenatu. Etiam cauſſa mortis fuiſſe ei per Cn. Piſonem legatum Syriæ creditur: quem mox huius criminis reum putant quidam mandata prolaturum, niſi ea ſecreta obſtarent. Per quæ multifariam increpitum, & per noctes creberrimè acclamatum eſt, Redde Germanicum. Quam ſuſpicionem confirmauit ipſe poſtea: coniuge etiam ac liberis Germanici crudelem in modum afflictis.

D NVRVM Agrippinam, poſt mortem mariti, liberiùs quiddam queſtam, manu apprehendit: Græcoque verſu, Si non dominaris, inquit, filiola, iniuriam te accipere exiſtimas? Nec vllo mox ſermone dignatus eſt. Quondam verò inter cœnam porrecta à ſe poma guſtare non auſam, etiam vocare deſijt, ſimulans, ſe veneni crimine accerſitum: cùm præſtructum vtrumque conſultò eſſet, vt & ipſe tentandi gratia offerret, & illa quaſi certisſimum exitium caueret. Nouisſimè calumniatus, modò ad ſtatuam Auguſti, modò ad exercitus confugere velle, Pandatariam relegauit: conuitiantiq; oculum per centurionem verberibus excuſsit. Rurſus mori inedia deſtinanti, per vim ore diducto, infulciri LIII.

cibum iuſsit. Sed & perſeuerantem, atque ita abſumtam, criminoſiſsimè inſectatus eſt, cùm diem quoque natalem eius inter nefaſtos referendum ſuaſiſſet. Imputauit etiam, quòd non laqueo ſtrangulatam in Gemonias abiecerit: proque tali clementia interponi decretum paſſus eſt, quo ſibi gratiæ agerentur, & Capitolino Ioui donum ex auro ſacraretur. A

LIIII. CVM ex Germanico tres nepotes, Neronem & Druſum & Caium: ex Druſo vnum Tiberium haberet, deſtitutus morte liberorum, maximos natu de Germanici filijs, Neronem & Druſum P. C. commendauit: diemque vtriuſque tirocinij, congiario plebi dato, celebrauit. B Sed vt comperit, ineunte anno, pro eorum quoque ſalute publicè vota ſuſcepta: egit cum ſenatu, Non debere talia præmia tribui, niſi expertis & ætate prouectis: atque ex eo, patefacta interiore animi ſui nota, omnium criminationibus obnoxios reddidit: variaque fraude inductos, vt & concitarentur ad conuitia, & concitati perderentur, accuſauit per litteras, amariſsimè congeſtis etiam probris, & iudicatos hoſtes fame necauit: Neronem, in inſula Pontia; Druſum, in ima parte Palatij. Putant Neronem ad voluntariam mortem coactum, cùm ei carnifex, quaſi ex ſenatus auctoritate miſſus, laqueos & vncos oſtentaret: Druſo autem adeò alimenta ſubducta, vt tomentum è culcita C tentauerit mandere: amborum ſic reliquijs diſperſis, vt vix quandoque colligi poſſent.

LV. SVPER veteres amicos ac familiares, viginti ſibi è numero principum ciuitatis depopoſcerat, velut conſiliarios in negotijs publicis. Horum omnium vix duos aut tres incolumes præſtitit: cæteros, alium alia de cauſſa perculit. Inter quos cum plurimorum clade Aelium Seianum quem ad ſummam potentiam, non tam beneuolẽtia prouexerat, quàm vt eſſet cuius miniſterio ac fraudibus liberos Germanici circumueniret: nepotémque ſuum ex Druſo filium naturalem ad ſucceſsionem imperij confirmaret. D

LVI. NIHIL lenior in conuictores Græculos, quibus vel maximè acquieſcebat. Zenonem quendam exquiſitiùs ſermocinantem, cùm interrogaſſet, quænam illa tam moleſta dialectos eſſet: & ille reſpondiſſet, Doridem: relegauit Cinariam: exiſtimans exprobatum ſibi veterem ſeceſſum, quòd Doricè Rhodij loquantur. Item cùm ſoleret ex lectione quotidiana quæſtiones ſuper cœnam proponere: comperiſſétque, Seleucum grammaticum à miniſtris ſuis perquirere quos quoque tempore tractaret auctores, atq; ita præparatum venire: primùm à contubernio remouit, deinde etiam ad mortem compulit.

LVII. SAEVA ac lenta natura ne in puero quidem latuit, quam Theodorus

A dorus Gadareus rhetoricæ præceptor & perſpexiſſe primus ſagaciter, &
aſsimilaſſe aptiſsimè viſus eſt: ſubinde in obiurgando appellans eum,
πηλὸν αἵματι πεφυραμένον. Sed aliquanto magis in principe eluxit,
etiam inter initia, cùm adhuc fauorem hominum moderationis ſimula-
tione captaret. Scurram, qui prætereunte funere elato mortuo manda-
rat vt nuntiaret Auguſto, nondum reddi legata, quæ plebi reliquiſſet,
attractum ad ſe, recipere debitum, ducique ad ſupplicium imperauit, &
patri ſuo verum referre. Nec multo pòſt in ſenatu Pompeio cuidam, e-
quiti Romano, quiddam perneganti, dum vincula minatur, affirmauit
B fore vt ex Pompeio Pompeianus fieret: acerba cauillatione ſimul homi-
nis nomen inceſſens, veterumque partium fortunam.

SVB idem tempus, conſulente prætore, an iudicia maieſtatis cogi LVIII.
iuberet, exercendas eſſe leges reſpondit, & atrociſsimè exercuit. Statuæ
quidam Auguſti caput demſerat, vt alterius imponeret. Acta res in ſe-
natu. Et quia ambigebatur, per tormenta quæſita eſt. Damnato reo,
paullatim hoc genus calumniæ eò proceſsit, vt hæc quoque capitalia eſ-
ſent: circa Auguſti ſimulacrum ſeruum cecidiſſe: veſtimenta mutaſſe:
nummo vel anulo effigiem impreſſam, latrinæ aut lupanari intuliſſe, di-
ctum vllum factúmve eius exiſtimatione aliqua læſiſſe. Perijt denique
C & is qui honores in colonia ſua eodem die decerni ſibi paſſus eſt, quo de-
creti & Auguſto olim erant.

MVLTA prætereà, ſpecie grauitatis ac morum corrigendo- LIX.
rum, ſed & magis naturæ obtemperans, ita ſæuè & atrociter facti-
tauit: vt nonnulli verſiculis quoq; & præſentia exprobrarent, & futura
denuntiarent mala:

Aſper & immitis, breuiter vis omnia dicam?
Diſpeream ſi te mater amare poteſt.
Non es eques. quare? non ſunt tibi millia centum:
Omnia ſi quæras, & Rhodos exſilium eſt.
D Aurea mutaſti Saturni ſæcula, Cæſar:
Incolumi nam te, ferrea ſemper erunt.
Faſtidit vinum, quia iam ſitit iſte cruorem:
Tam bibit hunc auidè, quàm bibit antè merum.
Adſpice felicem ſibi, non tibi Romule, Sullam:
Et Marium, ſi vis adſpice, ſed reducem.
Nec non Antoni ciuilia bella mouentis,
Nec ſemel infectas adſpice cæde manus.
Et dic Roma perit: regnabit ſanguine multo,
Ad regnum quiſquis venit ab exſilio.

Quæ primò quaſi ab impatientibus Romæ dominij, ac non tam ex

animi ſententia, quàm bile & ſtomacho fingerentur, volebat accipi. Dicebatque identidem, Oderint, dum probent. Deinde vera planè certaq; eſſe ipſe fecit fidem. A

LX. IN paucis diebus quàm Capreas attigit, piſcatori, qui ſibi ſecretum agenti grandem mullum inopinanter obtulerat, perfricari eodem piſce faciem iuſsit: territus, quòd is à tergo inſulæ per aſpera & deuia erepſiſſet ad ſe. Gratulanti autem inter pœnam, quòd non & locuſtam, quam prægrandem ceperat, obtuliſſet, locuſta quoque lacerari os imperauit. Militem prætorianum, ob ſurreptum è viridario pauonem capite puniјt. In quodam itinere lectica qua vehebatur, vepribus impedita, exploratorem viæ primarum cohortium centurionem ſtratum humi pæne ad necem verberauit. B

LXI. MOX in omne genus crudelitatis erupit, numquam deficiente materia: cùm primò matris, deinde nepotum & nurus, poſtremò Seiani familiares atque etiam notos perſequeretur. Poſt cuius interitum vel ſæuiſsimus exſtitit: quo maximè apparuit, non tam ipſum à Seiano concitari ſolitum, quàm Seianum quærenti occaſiones ſubminiſtraſſe. Et ſi commentario, quem de vita ſua ſummatim breuiterque compoſuit, auſus eſt ſcribere, Seianum ſe puniſſe, quòd comperiſſet furere aduerſus Germanici liberos filij ſui: quorum ipſe alterum ſuſpecto iam, alterum oppreſſo demum Seiano interemit. Sigillatim crudeliter facta eius exſequi longum eſt: generatim velut exemplaria ſæuitiæ enumerare ſat erit. Nullus à pœna hominum ceſſauit dies: ne religioſus quidem ac ſacer. Animaduerſum in quoſdam ineunte anno nouo: accuſati damnatique multi cùm liberis atque etiam vxoribus ſuis. Interdictum, ne capite damnatos propinqui lugerent: decreta accuſatoribus præcipua præmia, nonnumquam & teſtibus. Nemini delatorum fides abrogata. Omne crimen pro capitali receptum, etiam paucorum ſimpliciumque verborum. Obiectum eſt poëtæ, quòd in tragœdia Agamemnonem probris laceſsiſſet: obiectum & hiſtorico, quòd Brutum Caſsiumq; vltimos Romanorum dixiſſet: animaduerſum eſt ſtatim in auctores, ſcriptáque abolita, quamuis probarentur aliquot ante annos, etiam Auguſto audiente recitata. Quibuſdam cuſtodiæ traditis, non modò ſtudendi ſolatium ademtum, ſed etiam ſermonis & colloquij vſus. Citati ad cauſſam dicendam, partim ſe domi vulnerauerunt, certi damnationis, & ad vexationem ignominiámque vitandam: partim in media curia venenum hauſerunt, & tamen colligatis vulneribus, ac ſemianimes palpitantéſque in carcerem rapti. Nemo punitorum non & in Gemonias abiectus vncoque tractus. Viginti vno die abiecti tractiq; ſunt: inter eos pueri & fœminæ. Immaturæ puellæ, quia more tradito nefas eſſet

(C and D marginal letters: C beside "Sigillatim crudeliter facta"; D beside "animaduerſum eſt ſtatim in auctores")

A eſſet virgines ſtrangulari, vitiatæ priùs à carnifice, dein ſtrangulatæ. Mori volentibus vis adhibita viuendi. Nam mortem adeò leue ſupplicium putabat, vt cùm audiſſet vnum è reis, Carnulium nomine, anticipaſſe eam, exclamauerit, Carnulius me euaſit. Et in recognoſcendis cuſtodijs, precanti cuidam pœnæ maturitatem, reſpondit, Nondum tecum in gratiam redij. Annalibus ſuis vir conſularis inſeruit, frequenti quondam conuiuio, cui & ipſe affuerit, interrogatum eum ſubitò & clarè à quodam nano adſtante menſæ inter copreas, cur Paconius, maieſtatis reus, tam diu viueret: ſtatim quidem petulantiam linguę ob-
B iurgaſſe, cæterùm poſt paucos dies ſcripſiſſe ſenatui vt de pœna Paconij quàm primùm ſtatueret.

AVXIT intenditque ſæuitiam, exacerbatus indicio de morte filij ſui Druſi: quem cùm morbo & intemperantia perijſſe exiſtimaret, vt tandem veneno interemptum fraude Liuillæ vxoris atque Seiani cognouit, neque tormentis neque ſupplicio cuiuſquam pepercit: ſoli huic cognitioni adeò per totos dies deditus & intentus, vt Rhodieſem hoſpitem, quem familiaribus litteris Romam euocarat, aduenIſſe ſibi nuntiatum, torqueri ſine mora iuſſerit, quaſi aliquis ex neceſſarijs quæſtioni adeſſet: deinde errore detecto, & occidi, ne diuulgaret iniuriam. Car- LXII.
C nificinæ eius oſtenditur locus Capreis, vnde damnatos poſt longa & exquiſita tormenta, præcipitari coram ſe in mare iubebat: excipiente claſſiariorum manu, & contis atque remis elidente cadauera: ne cui reſidui ſpiritus quidquam ineſſet. Excogitauerat autem inter genera cruciatus, etiam vt larga meri potione per fallaciam oneratos, repentè veretris deligatis, fidicularum ſimul vrinæque tormento diſtenderet. Quòd niſi eum & mors præueniſſet, & Thraſyllus conſultò, vt aiunt, differre quædam, ſpe longioris vitæ compuliſſet: plures aliquanto necaturus, ac ne reliquis quidem nepotibus parſurus creditur: cùm & Caium ſuſpectum haberet, & Tiberium vt ex adulterio conceptum aſpernaretur. Nec ab-
D horret à verò: namq; identidem Felicem Priamum vocabat, quòd ſuperſtes omnium ſuorum extitiſſet.

QVAM verò inter hæc non modò inuiſus ac deteſtabilis, ſed prætrepidus quoque atque etiam contumelijs obnoxius vixerit, multa indicia ſunt. Haruſpices ſecretò ac ſine teſtibus conſuli vetuit. Vicina verò vrbi oracula etiam diſijcere conatus eſt: ſed maieſtate Præneſtinarum ſortium territus, deſtitit: cùm obſignatas deuectaſque Romã non reperiſſet in arca, niſi relatas rurſus ad templum. Vnum & alterum conſulares oblatis prouincijs, non auſus à ſe dimittere, vſque adeò detinuit, donec ſucceſſores poſt aliquot annos præſentibus daret: quum LXIII.

interim

interim manente officij titulo, etiam delegaret plurima: aſsiduéque illi per legatos & adiutores ſuos exſequenda curarent. A

LXIV. NVRVM ac nepotes nunquam aliter poſt damnationem, quàm catenatos, obſutáq; lectica, loco mouit: prohibitis per militem obuijs ac viatoribus reſpicere vſquam, vel conſiſtere.

LXV. SEIANVM res nouas molientem, quamuis iam & natalem eius publicè celebrari, & imagines aureas coli paſsim videret: vix tandem & aſtu magis ac dolo, quàm principali auctoritate, ſubuertit. Nam primò, vt à ſe per ſpeciem honoris dimitteret, collegam ſibi aſſumſit in quinto conſulatu. quem longo interuallo abſens ob id ipſum ſuſceperat. B
Deinde ſpe affinitatis ac tribunitiæ poteſtatis deceptum, inopinantem criminatus eſt pudenda miſerandaq; oratione: cùm inter alia P. C. precaretur, mitterent alterum è conſulibus, qui ſenem ſe, & ſolum in conſpectum eorum cum aliquo militari præſidio perduceret. Sic quoque diffidens, tumultumque metuens, Druſum nepotem, quem vinculis adhuc Romæ continebat, ſolui, ſi res poſceret, ducemque conſtitui præceperat. Aptatis etiam nauibus ad quaſcumque legiones meditabatur fugam, ſpeculabundus ex altiſsima rupe identidem ſigna, quæ ne nuntij morarentur, tolli procul, vt quidque foret factum, mandauerat. Verùm & oppreſſa coniuratione Seiani, nihilò ſecurior C
aut conſtantior, per nouem proximos menſes non egreſſus eſt villa quæ vocatur Iouis.

LXVI. VREBANT inſuper anxiam mentem varia vndique conuitia, nullo non damnatorum omne probri genus coram, vel per libellos in orcheſtra poſitos, ingerente. Quibus quidem diuerſiſsimè afficiebatur: modò, vt præ pudore ignota & celata cuncta cuperet: nonnumquam eadem contemneret, & proferret vltro atque vulgaret: Quin & Artabani Parthorum regis laceratus eſt litteris, parricidia & cædes & ignauiam & luxuriam obijcientis, monentiſque vt voluntaria morte, maximo iuſtiſsimóque ciuium odio quamprimùm ſatisfaceret. Poſtremò ſemet- D
ipſe pertæſus talis epiſtolæ principio, tantum non ſummam malorum ſuorum profeſſus eſt.

LXVII. QVID ſcribam vobis Patres Conſcripti, aut quomodo ſcribam, aut quid omnino non ſcribam, hoc tempore? Dij me, Deæque peius perdant, quàm quotidie perire ſentio, ſi ſcio. Exiſtimant quidam, præſciſſe hæc eum peritia futurorum: ac multò antè quanta ſe quandoque acerbitas & infamia maneret, proſpexiſſe. Ideoque vt imperium inierit, & PATRIS PATRIAE appellationem, & ne in acta ſua iuraretur, obſtinatiſsimè recuſaſſe: ne mox maiore dedecore impar tantis honoribus inueniretur. Quod ſanè & ex oratione eius, quam de vtraque re ha-

A re habuit, colligi poteſt : vel cùm ait, Similem ſe ſemper ſui futurum : nec vnquam mutaturum mores ſuos, quamdiu mentis ſanæ fuiſſet : ſed exempli cauſſa cauendum, ne ſe ſenatus in acta cuiuſquam obligaret, qui aliquo caſu mutari poſſet. Et rurſus : Si quando autem, inquit, de moribus meis, deuotóque vobis animo dubitaueritis : quod priùs quàm eueniat, opto vt me ſupremus dies huic mutatæ veſtræ de me opinioni eripiat : nihil honoris adjiciet mihi PATRIS appellatio : vobis autem exprobrabit, aut temeritatem delati mihi eius cognominis, aut inconſtantiam con-
B trarij de me judicij.

CORPORE fuit amplo atque robuſto : ſtatura, quæ iuſtam excederet. Latus ab humeris & pectore : cæteris quoque membris vſque ad imos pedes æqualis & congruens, ſiniſtra manu agiliore ac validiore. articulis ita firmis, vt recens & integrum malum digito terebraret : caput pueri, vel etiam adoleſcentis, talitro vulneraret. Colore erat candido, capillo pone occipitium ſubmiſsiore, vt ceruicem etiam obtegeret, quod gentile in illo videbatur. Facie honeſta : in qua tamen crebri, & ſubtiles tumores, cum prægrandibus oculis : & qui quod mirum eſſet, noctu etiam & in tenebris
C viderent, ſed ad breue, & cùm primum à ſomno patuiſſent, demum rurſum hebeſcebant. Incedebat ceruice rigida & obſtipa : adducto fere vultu, plerumque tacitus : nullo aut rariſsimo etiam cum proximis ſermone, eoque tardiſsimo : nec ſine molli quadam digitorum geſticulatione. Quæ omnia ingrata, atque arrogantiæ plena, & animaduertit Auguſtus in eo, & excuſare tentauit ſæpe apud ſenatum ac populum, profeſſus Naturæ vitia eſſe, non animi. Valetudine proſperrima vſus eſt, tempore quidem principatus pæne toto propè illæſa : quamuis à trigeſimo ætatis anno arbitratu eam ſuo rexerit, ſine adiumento conſilióue medi-
D corum LXVIII.

CIRCA Deos ac religiones negligentior : quippe addictus mathematicæ : perſuaſioniſque plenus, cuncta fato agi. Tonitrua tamen prætermodum expaueſcebat : & turbatiore cœlo numquam non coronam lauream capite geſtauit, quòd fulmine afflari negetur id genus frondis. LXIX.

ARTES liberales vtriuſque generis ſtudioſiſsimè coluit. In oratione Latina ſecutus eſt Coruinum Meſſallam : quem ſenem adoleſcens LXX.

obſeruauerat. Sed affectatione & moroſitate nimia obſcurabat ſtylum: vt aliquanto ex tempore quàm à cura præſtantior haberetur. Compoſuit & carmen lyricum, cuius eſt titulus, Conqueſtio de L. Cæſaris morte. Fecit & Græca poëmata, imitatus Euphorionem, & Rhianum, & Parthenium: quibus poëtis admodum delectatus, ſcripta eorum & imagines, publicis bibliothecis inter veteres & præcipuos auctores dedicauit: & ob hoc plerique eruditorum certatim ad eum multa de his ediderunt. Maximè tamen curauit notitiam hiſtoriæ fabularis, vſque ad ineptias atque diriſum. Nam & grammaticos, quod genus hominum præcipuè, vt diximus, appetebat, eiuſmodi ferè quæſtionibus experiebatur: Quæ mater Hecubæ: Quod Achilli nomen inter virgines fuiſſet: Quid Sirenes cantare ſint ſolitæ. Et quo primùm die, poſt exceſſum Auguſti, Curiam intrauit: quaſi pietati ſimul ac religioni ſatis facturus, Minois exemplo, thure quidem ac vino, verùm ſine tibicine, ſupplicauit: vt ille olim in morte filij. A B

LXXI. SERMONE Græco, quamquam aliâs promtus & facilis, non tamen vſquequaq; vſus eſt. Abſtinuítque maximè in Senatu: adeò quidem vt Monopolium nominaturus, priùs veniam poſtulârit, quòd ſibi verbo peregrino vtendum eſſet: atque etiam in quodam decreto patrum, cùm ἔμβλημα recitaretur, commutandam cenſuerit vocem, & pro peregrina noſtratem requirendam: aut ſi non reperiretur, vel pluribus, & per ambitum verborum rem enuntiandam. Militem quoque Græcè teſtimonium interrogatum, niſi Latinè reſpondere vetuit. C

LXXII. BIS omnino toto ſeceſſus tempore, Romam redire conatus, ſemel triremi vſque ad proximos Naumachiæ hortos ſubuectus eſt: diſpoſita ſtatione per ripas Tiberis, quæ obuiam prodeuntes ſubmoueret. Iterum Appiâ vſque ad ſeptimum lapidem, ſed proſpectis modò nec aditis vrbis mœnibus redijt. Primò incertum qua de cauſſa, poſtea oſtento territus. Erat ei in oblectamentis ſerpens draco, quem ex conſuetudine manu ſua cibaturus, cùm conſumtum à formicis inueniſſet, monitus eſt vt vim multitudinis caueret. Rediens ergo prope Campaniam Aſturę in languorē incidit. Quo paullùm leuatus, Circeios pertēdit. Ac ne quā ſuſpicionē infirmitatis daret, caſtrenſibus ludis nō interfuit ſolùm, ſed etiam miſſum in harenam aprū iaculis deſuper petijt: ſtatímque latere conuulſo, &, vt exæſtuârat afflatus aura, in grauiorem recidit D

A recidit morbum. Suſtentauit tamen aliquamdiu, quamuis Miſenum vſque deuectus, nihil ex ordine quotidiano prætermitteret, ne conuiuia quidem ac cæteras voluptates, partim intemperantia, partim diſsimulatione. Nam Chariclem medicum, quòd commeatu abfuturus è conuiuio egrediens, manum ſibi oſculandi cauſſa apprehendiſſet, exiſtimans tentatas ab eò venas ſibi, remanere ac recumbere hortatus eſt, cœnámque protraxit. Nec abſtinuit conſuetudine, quin tunc quoque inſtans in medio triclinio, adſtante lictore, ſingulos valere dicentes appellaret.

B INTERIM cùm in actis ſenatus legiſſet, dimiſſos ac ne auditos quidem quoſdam reos, de quibus ſtrictim, & nihil aliud quàm nominatos ab indice ſcripſerat: pro contemto ſe habitum fremens, repetere Capreas quoquo modo deſtinauit, non temerè quidquam niſi ex tuto auſurus. Sed & tempeſtatibus & ingraueſcente vi morbi retentus, paullò pòſt obijt in villa Luculliana, octauo & ſeptuageſimo ætatis anno, tertio & vigeſimo imperij, decimo ſeptimo Kalend. Aprilis, Cn. Acerronio Proculo, C. Pontio Nigro COSS. Sunt qui putent venenum ei à Caio datum lentum atque tabificum. Alij in remiſsione fortuitæ febris cibum deſideranti negatum: nonnulli puluinum iniectum, cùm extra-C ctum ſibi deficienti anulum mox reſipiſcens requisîſſet. Seneca eum ſcribit, Intellecta defectione, exemptum anulum quaſi alicui traditurum parumper tenuiſſe: dein rurſus aptaſſe digito, & compreſſa ſiniſtra manu iacuiſſe diu immobilem: ſubitò vocatis miniſtris, ac nemine reſpondente, conſurrexiſſe, nec procul à lectulo deficientibus viribus concidiſſe. LXXIII.

SVPREMO natali ſuo Apollinem Temenitem & amplitudinis & artis eximiæ aduectum Syracuſis, vt in bibliotheca noui templi poneretur, viderat per quietem affirmantem ſibi, Non poſſe ſe ab ipſo dedicari. Et ante paucos quàm obiret, dies, turris Phari terræ motu D Capreis concidit. Ac Miſeni cinis è fauilla & carbonibus ad calefaciendum triclinium illatus, exſtinctus: & iam diu frigidus exarſit repente prima veſpera, atque in multam noctem pertinaciter luxit. LXXIV.

MORTE eius ita lætatus eſt populus, vt ad primum nuntium diſcurrentes, pars Tiberium in Tiberim clamitarent: pars Terram Matrem Deóſq; Manes orarent, ne mortuo ſedem vllam niſi inter impios darent: alij vncum & Gemonias cadaueri minarentur, exacerbati ſuper memoriam priſtinæ crudelitatis, etiam recenti atrocitate. Nam cùm ſenatuſconſulto cautum eſſet, vt pœna damnatorum in decimum ſemper diem differretur, forte accidit, vt quorundam ſupplicij dies is eſſet, quo nuntiatum de Tiberio erat. Hos implorantes hominum LXXV.

fidem, quia, abſente adhuc Caio, nemo exſtabat qui adiri interpellari- A
que poſſet: cuſtodes, ne quid aduerſus conſtitutum facerent, ſtrangula-
uerunt, abiecerúntque in Gemonias. Creuit igitur inuidia: quaſi, etiam
poſt mortem tyranni, ſæuitia permanente. Corpus vt moueri à Miſeno
cœpit, conclamantibus pleriſque, Atellā potiùs deferendum, & in Am-
phitheatro ſemiuſtulandum, Romam per milites deportatum eſt, cre-
matúmque publico funere.

LXXVI TESTAMENTVM duplex ante biennium fecerat: alterum
ſua, alterum liberti manu, ſed eodem exemplo: obſignaueratque etiam
humillimorum ſignis. Eo teſtamento heredes æquis partibus reliquit, B
Caium ex Germanico, & Tiberium ex Druſo, nepotes: ſubſtituitq; in-
uicem. Dedit & legata pleriſque: inter quos virginibus Veſtalibus, ac
militibus vniuerſis, plebíque Romanæ viritim, atque etiam ſeparatim
vicorum magiſtris.

FINIS.

A

LVDOVICI NONNI
COMMENTARIVS
IN
B TIBERI CAESARIS
NOMISMATA.

TABVLA PRIMA.

C TIBERIVS CAESAR AVGVSTI FILIVS CONSVL II. TRIBVNITIA POTESTATE VI. Tiberius Claudius Nero, Tiberij Filius, primum Conſulatum adeptus fuit Anno V. C. DCCXL. Collega P. Quintilio Varo. Secundum verò geſsit Collega Cn. Calpurnio Piſone, anno DCCXLVI. Quo tempore etiam ab Auguſto Tribunitiam Poteſtatem in quinquenuium accepit.

TIBERIVS CAESAR AVGVSTI FILIVS PONTIFEX
D CONSVL II. TRIBVNITIA POTESTATE VII. IMPERATOR. III. Anno V. C. DCCLVII. Tribunitiam poteſtatem VII. geſsit.

TIBERIVS CAESAR TRIBVNITIA POTESTATE. X. IMPERATOR. V. Incidit hic honos in Annum DCCLX.

ΤΙΒΕΡΙΟΣ ΙΟΥΛΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΥ ΥΙΟΣ. *Tiberius Iulius Cæſar Auguſti Filius.* Defunctis Caio & Lucio Agrippæ ex Iulia Filijs, ab Auguſto adoptatis. Tiberius Liuiæ matris potiſsimum opera ab Auguſto adoptatur, quare illi nomen poſtea Tiberius Iulius,

quod in familiam Iuliam adſumptus eſſet, quod & Faſti Capitolini A
confirmant. TIBERIVS IVLIVS AVGVSTI FILIVS DIVI
NEPOS. CAESAR PONTIFEX. TRIBVNICIA POTESTA-
TE. VII. CONSVL. II. IMPERATOR. III. Sunt autem effigies
hæ Tiberi & Iuliæ vxoris.

ΤΙΒΕΡΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ ΚΑΙ ΙΟΥΛΙΑ ΣΕΒΑΣΤΟΥ ΘΥΓΑΤΗΡ.
Tiberius Cæſar, & Iulia Auguſti Filia. Iulia Auguſti ex Scribonia, Filia
quæ primùm Marcello Octauiæ Sororis Filio nupta; mox verò M. A-
grippæ. Quo defuncto Auguſtus Tiberio priuigno ſuo illam deſpondit;
quam inuitus duxit, quod mores eius improbaret: Coactusque Agrip-
pinam, M. Agrippa genitam (neptem Pomponij Attici Equitis Roma- B
ni, ad quem ſunt M. Ciceronis Epiſtolæ) etiam prægnantem dimitte-
re; vt auctor eſt Suetonius in Tiberio, Cap. VII. Quæ cum ſeſe omni-
bus probris contaminaſſet, ab Auguſto relegata fuit. De qua Seneca lib.
VI. de Beneficijs cap. XXXII. *Diuus Auguſtus filiam vltra impudicitiæ ma-
ledictum relegauit, & flagitia Principalis domus in publicum emiſit: admiſſos
gregatim adulteros, pererratam nocturnis comeſſationibus ciuitatē, forum ipſum
ac roſtra, ex quibus Pater Legem de adulterijs tulerat, Filiæ in ſtupra placuiſſe,
quotidianum ad Marſyam concurſum: cùm ex adultera in quæſtuariam verſa,
ius omnis Licentiæ ſub ignoto adultero peteret.* Hæc mox exul in Rhegino-
rum oppido initio principatus Tiberi exſtincta fuit. Tacitus lib. I. An- C
nalium. *Eodem anno Iulia ſupremum diem obijt, ob impudicitiam olim à Patre
Auguſto Pandataria inſula, mox oppido Rheginorum, qui Siculum fretum acco-
lunt clauſa; fuerat in matrimonio Tiberij, florentibus Caio & Lucio Cæſaribus,
ſpreueratque vt imparem: nec alia tam intima Tiberio cauſſa cur Rhodum abſce-
deret; imperium adeptus, extorrem, infamem & poſt interfectum Poſtumum A-
grippam, omnis ſpei egenam, inopia ac tabe longa peremit, obſcuram fore necem
loginquitate exſilij ratus.*

TABVLA II. D

TIBERIVS CAESAR AVGVSTI F. PONTIFEX
CONSVL II. TRIBVNITIA POTESTATE XII. IM-
PERATOR. VII. Anno V. C. DCCLII. Tribunitiam po-
teſtatem XII. geſsit: viuente autem Auguſto XVI. hunc honorem itera-
uit; quo anno ſiue V. C. DCCLVI. Auguſtus obijt.

TIBERIVS CAESAR DIVI AVGVSTI F. AVGVSTVS.

TRI-

A TRIBVNITIA. POTESTATE. XVII. Mortuo Auguſto Nolæ in Campaniæ, anno DCCLVI. ad XIV. Kalendas Septembris, Tiberius imperium accepit & Auguſti cognomen; ita faſti Capitolini. TIBERIVS IVLIVS AVGVSTI F. DIVI N. CAESAR COGNOMEN AVGVSTI CVM IMPERIO ACCEPIT. Faſtis nummi conſonant. Sed Suetonium miror, qui Tiberium perpaucos omnino honores recepiſſe teſtatur & Auguſti nomen vix aſſumſiſſe dicit cap. XXVI. *Prænomen quoque Imperatoris, cognomenque Patris patriæ, & ciuicam in veſtibulo Coronam recuſauit. Ac ne Auguſti quidem nomen,* B *quanquam hæreditarium, vllis niſi ad Reges ac Dynaſtas epiſtolis, addidit.*

ΤΙΒΕΡΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ. ΙΟΥΛΙΑ ΣΕΒΑΣΤΗ. *Tiberius Cæſar Auguſtus. Iulia Auguſta.* Tiberij & Iuliæ Matris vultus; illa enim defuncto Auguſto in familiam Iuliam adoptata fuit. Tacitus lib. I. Annalium. *Liuia in familiam Iuliam, nomenque Auguſtæ adſumebatur.* Vnde in nummis paſsim Iuliæ nomen, nuſquam Liuiæ occurrit. Senatus P. Q. R. varijs honoribus illam adficere tentârunt. Tacitus lib. I. Ann. *Multa Patrum & in Auguſtam adulatio, alij Parentem patriæ, alij Matrem patriæ appellandam, plerique vt nomini Cæſaris adſcriberetur Iuliæ* C *Filius, cenſebant.*

ΤΙΒΕΡΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ. ΘΕΙΟΥ ΣΕΒΑΣΤΟΥ ΥΙΟΣ ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ. *Tiberius Cæſar Diui Auguſti Filius Imperator.* Poſt Auguſti exceſſum hic nummus ſignatus.

TABVLA III.

IMPERATOR CAESAR TIBERIVS AVGVSTVS DIVI AVGVSTI F. Tota hæc tabula, Tiberium oſtendit Auguſtum & Imperatorem vocatum.

ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡΟΣ ΤΙΒΕΡΙΟΥ ΚΑΙΣΑΡΟΣ ΘΕΙΟΥ D ΣΕΒΑΣΤΟΥ ΥΙΟΣ. *Imperatoris Tiberij Cæſaris Diui Auguſti filius.*

ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡΟΣ ΤΙΒΕΡΙΟΥ ΣΕΒΑΣΤΟΥ ΚΑΙΣΑΡΟΣ *Imperatoris Tiberij Auguſti Cæſaris.*

ΤΙΒΕΡΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ ΥΙΟΣ ΘΕΙΟΥ ΣΕΒΑΣΤΟΥ. *Tiberius Cæſar Auguſtus Filius Diui Auguſti.*

TIBERIVS CAESAR AVGVSTVS. Aquila adeſt cum Lauri ramo.

TABV-

A

TABVLA IV.

TIBEPΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ ΑΡΧΙΕΡΕΥΣ ΜΕΓΑΣ. *Tiberius Cæſar Auguſtus Pontifex Maximus.* Imperatoriæ dignitati Pontificatum Maximum annexum fuiſſe ſuprà diximus. Cæteræ etiam nummi huius tabellæ, dignitatem hanc exprimunt.

ΤΙΒΕΡΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ ΑΡΧΙΕΡΕΥΣ ΜΕΓΑΣ B ΔΗΜΑΡΧΙΚΗΣ ΕΞΟΥΣΙΑΣ. ΙΗ. *Tiberius Cæſar Auguſtus Pontifex Maximus Tribunitia Poteſtate.* XVIII.

TIBERIVS CAESAR DIVI AVGVSTI F. AVGVSTVS. P. M. TRIBVNITIA POTESTATE XIX. CONSVL III. Tertio Imperij eius anno nummus hic ſignatus fuit, quo tempore & tertium Conſulatum geſsit, Collega Germanico Cæſare II. Anno V. C. DCCLXXI.

ΤΙΒΕΡΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ ΔΗΜΑΡΧΙΚΗΣ ΕΞΟΥΣΙΑΣ. Κ. *Tiberius Cæſar Auguſtus Tribunitia Poteſtate.* XX.

C

TABVLA V.

TIBERIVS CAESAR DIVI AVGVSTI F. AVGVSTVS PONTIFEX MAXIMVS TRIBVNITIA POTESTATE XXII. CONSVL IV. Imperij Anno ſexto ſignatus hic nummus. Quartum verò Conſulatum geſsit anno V. C. DCCLXXIV. Collega Druſo Nerone Filio.

ΤΙΒΕΡΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ ΑΡΧΙΕΡΕΥΣ ΜΕΓΑΣ D ΔΗΜΑΡΧΙΚΗΣ ΕΞΟΥΣΙΑΣ. ΚΓ. ΟΥΠΑΤΟΣ. Δ. *Tiberius Cæſar Auguſtus Pontifex Maximus Tribunitia Poteſtate* XXIII. *Conſul* IV.

TIBERIO CAESARI AVGVSTO D. D. CONSVL. V. L. Aelio Seiano Collega, quintum Conſulatum geſsit Anno V. C. DCCLXXXIV. quē ideo ſuſcepit, vt Seianum ſibi ſuſpectum amoueret. Suetonius cap. LXV. *Nam primo, vt à ſe per ſpeciem honoris* (*Seianum*) *dimitteret, Collegam ſibi aſſumſit, in quinto Conſulatu, quem longo interuallo abſens ob id ipſum ſuſceperat.*

ΑΥΤΟΚ-

A ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ΤΙΒΕΡΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ ΘΕΙΟΥ ΣΕΒΑΣΤΟΥ ΥΙΟΣ ΔΗΜΑΡΧΙΚΗΣ ΕΞΟΥΣΙΑΣ. ΚΗ. *Imperator Tiberius Cæſar Auguſtus, Diui Auguſti filius, Tribunitia Poteſtate XXVIII.* Reliqui omnes nummi Tribunitiæ poteſtatis annos referunt vſque ad XXX.

TABVLA VI.

B

TIBERIVS CAESAR DIVI AVGVSTI F. AVGVSTVS PONTIFEX MAXIMVS TRIBVNITIA POTESTATE XXXII. in annum imperij XVI. incidit Tribunitia poteſtas XXXII. Cæteri autem vſque ad XXXIIX. continuant Tribunitiam poteſtatem.

TABVLA VII.

C

AVGVR PONTIFEX IMPERATOR. III. auerſæ nomiſmatum partes nunc explicandæ. Lituus eſt cum Gutto & Sympulo vel Capedine ſacrorum inſtrumenta, ob dignitatem Auguralem & Pontificiam, nec vllam difficultatem video in Tabulæ huius interpretatione, ſæpius enim repetita ſunt: in Decimo nummo, Lituus eſt cum Clypeo votiuo, Cæteri verò Adſpergillũ. Securiculam & Seceſpitam, vel Tripodem cum his inſignibus habent.

TABVLA VIII.

D

TRIBVNITIA POTESTATE XXII. PONTIFEX MAXIMVS CONSVL. III. IMPERATOR VII. Duo Cornuacopię, quæ Caduceum alatum complectuntur, temporum fœlicitatem ſignificant, omniumque rerum vbertatem.

TRIBVNATIA POTESTATE XVII. PONTIFEX MAXIMVS. mulier Stolata Sellæ inſidens, vna manu haſtam puram, altera

Pateram videtur geſtare. primo Tiberij anno nummus hic cuſus; nam viuo Auguſto, XVI. Tribunitia poteſtate ornatus fuit. aliquibus videtur Veſta eſſe; alijs Dea Salus; ſunt qui Liuiæ Auguſtæ Tiberij matris honori attribuant: Sed his nullo pacto aſſentiri poſſum, nam Tiberius eius honoribus maximè aduerſatus fuit. Tacitus lib. V. Annalium: *Honoreſquè memoriæ eius ab Senatu largè decretos, quaſi per modeſtiam imminuit, paucis admodum receptis, & addito ne cæleſtis religio decerneretur, ſic ipſam maluiſſe.* A

PONTIFEX MAXIMVS TRIBVNITIA POTESTATE XXVIII. Caduceus cum alis, temporum fœlicitatem innuit, quæ tamen ſub Tiberio infœliciſsima fuit. B

PACE AVGVSTA PERPETVA. Templum Iani gemini clauſum, quod Corona quernea includitur. in Auguſti honorem nummus hic ſignatus, qui compoſitis paſsim bellis Ianum ter clauſit, vt ſuprà dictum. Nam Tiberij æuo non defuerunt bella cum Germanis & Parthis; vnde non video cur illi attribuemus Pacem perpetuam.

C. NERO ET DRVSVS CAESARES QVINQ. VIN. Inſcriptio huius nomiſmatis non admodum mihi proba videtur, prænomen enim hoc Neronis alibi non legitur; inter Cai nomiſmata non ſemel occurrit NERO ET DRVSVS CAESARES, filij erant Germanici Cæſaris ex Agrippina; Cai fratres, vtrumq; Tiberius occidit criminante Seiano, vt videre eſt apud Tacitum. C

LVCIO FVRIO SPARSO. LVCIO SATVRNINO. II. VIRIS. Fuêre hi Duûmuiri Coloniæ alicuius deducendæ, quod Bos indicat.

Templum egregiæ ſtructuræ, & ſignis varijs ornatum, quale & inter Auguſti nomiſmata occurrit, fortè in Auguſti honorem id exſtructum.

PIETAS. Deæ Pietatis ſignũ velato capite. Moris enim erat Romæ, vt Sacrificaturi caput velarent, ita enim vates Aeneam monuerat. D

Purpureo velare comas adopertus amictu.

Cuius facti rationem reddit Plutarchus. *Romani Deos adeuntes velato capite numina venerari ſolent, hoc ſigno animi demiſsionem profeſsi. Itaque & relati inter Diuos, inter mortales eo habitu ſubmiſsionem præ ſe ferunt.* De quo more plura in Iulio diximus.

IVSTI-

A IVSTITIA. Muliebre caput diademate ornatum. Chryſippus apud A. Gellium lib. XIV. Cap. IV. Iuſtitiam depingit, forma atque filo Virginali, adſpectu vehementi & formidabili, luminibus oculorum acribus: neque humilis neque atrocis, ſed reuerendæ cuiuſdam triſtitiæ dignitate. quod oportet Iudicem qui Iuſtitiæ Antiſtes ſit, grauem, ſanctum, ſeuerum, incorruptum, inadulabilem, contraque improbos, nocentesque immiſericordem atque inexorabilem eſſe. Diademate verò ornatam dicunt, quod Regium munus ſit Iuſtitiam adminiſtrare.

B M. CATO. L. VETTIACVS. II. VIRI. Duo boues cum aratro, quod inſigne Coloniæ deducendæ. in parte verò Superiori. C. C A. Fortè Colonia Calaguris, de qua ſuprà non ſemel mentio facta.

TABVLA IX.

QVadrigæ Triumphalis vacuæ abſque vlla inſcriptione.

II. Caput iuuenile promiſsis capillis, cum Laurea, cui adſtat Lyra; litteræ ſunt obſoletæ aut potiùs Barbaricæ, credo eſſe Apollinis caput.

DIVO AVGVSTO. S. P. Q. R. Currus Triumphalis cum quatuor Elephantis, in quo Auguſtus vehitur cum haſta pura & Patera. Thenſa eſt quæ illi poſt Apotheoſim à S. P. Q. R. decreta fuit, quæ ſolenni pompa per Circum ducebatur.

ROMAE ET AVGVSTO. Templum cum duplici Victoria quæ columnis inſiſtunt, palmam & ſertum geſtantes; hic nummus in honorem Auguſti ſignatus, ſiquidem is nunquam ſibi templa ſoli paſſus eſt poni, niſi adiecto Romæ nomine. nam quod Sebaſtianus Erizzo ſibi perſuadet, Tiberio eſſe dedicatum, toto cælo aberrat, vel Suetonio credat, in Tiberio cap. XXVI. *Templa flamines, Sacerdotes, decerni ſibi prohibuit, etiam ſtatuas atque imagines niſi permittente ſe poni, permiſitq; ea ſola conditione, ne inter Simulachra Deorum, ſed inter ornamenta ædium ponerentur.* Scio ex Tacito conſtare Aſiæ ciuitates Tiberio decreuiſſe templum, quod Smyrnæ ædificatum fuit; ſed illud non Romæ & Auguſto, ſed, *Decreuêre Aſiæ vrbes Templum Tiberio, matriq; eius ac Senatui*. Sic eodem Libro Tacitus. *Per idem tempus Hiſpania vlterior miſſis ad Senatum legatis orauit vt exemplo Aſiæ delubrum Tiberio, matriq; eius exſtrueret.*

DIVVS AVGVSTVS PATER. Auguſtus ſellæ inſidens cum haſta pura, & corona radiata, & Lauri ramo vel fulgure in manu, ad Apotheoſim eius ſpectat. A

CLEMENTIA. S. C. Clypeus quem ambit Corona Ciuica, in cuius medio eſt Dea Cleme͂tia, in alijs verò Tiberij nummis, MODERATIO legitur. Primis Tiberij annis nummus hic ſignatus, nam licèt naturæ eſſet aſperæ & immitis, ſubdola tamen diſsimulatione multo tempore illam occultauit; quare à multis Clementiæ illi laus tributa. Suetonius huc videtur reſpexiſſe. *Atque hæc eò notabiliora erant quod ipſe appellandis venerandiſque, & vniuerſis, propè exceſſerat humanitatis modum diſſentiens in Curia à Q. Haterio, ignoſcas inquit rogo, ſi quid aduerſus te liberius ſicut Senator dixero, & deinde omnes alloquens dixit; nunc & ſæpe alias P. C. bonum & ſalutarem Principem quem vos tanta & tam libera poteſtate inſtruxiſtis, Senatui ſeruire debere, & vniuerſis ciuibus ſæpe, & plerumq; etiam ſingulis, neque id dixiſſe me pœnitet, & bonos & æquos & fauentes vos habui Dominos* Refert Sebaſtianus Erizzo apud ſcriptores ſe comperiſſe, Tiberio ob Clementiam hanc, aureum ſcutum in Capitolio dedicatum fuiſſe. Scio Aram Clementiæ Tiberij tempore conſecratam. Tacitus ſub finem lib. IV. Ann. *Ita quanquam diuerſis ſuper rebus conſulerentur, aram Clementiæ, aram Amicitiæ, effigieſq; circum Cæſaris ac Seiani cenſuêre.* B C

PONTIFEX MAXIMVS TRIBVNITIA POTESTATE XXXIIX. Orbis cum nauis Gubernaculo. Principis nempe Prouidentia orbem terrarum gubernari indicat.

SALVS AVGVSTA. Vel in Liuiæ honorem nummus hic ſignatus, vel Deę Saluti attribuitur. in alijs nummis Salus pingitur inſtar Matronæ, quæ ſerpenti cibum porrigat, in alijs verò dextera Serpentem tenet. D

Duplex Cornucopiæ cum Caduceo alato, vtrumque puerile caput implet, fructuum loco. Antiquitatis periti putant hos filios Druſi Tiberij F. alij ipſum Druſum cũ Fratre Gemello: verò propius eſt ad Druſi filios geminos eſſe referendum, monente Tacito, Annalium II. *Cæterùm recenti adhuc mœſtitia Soror Germanici Liuia, nupta Druſo, duos virilis ſexus ſimul enixa, quod rarum lætumque etiam modicis penatibus, tanto gaudio Principem adfecit, vt non temperauerit, quin iactaret apud Patres, nulli ante Romanorum*

A *manorum eiuſdem faſtigij viro geminam ſtirpem editam: nam cuncta etiam for-*
tuita ad gloriam vertebat.

CIVITATIBVS ASIAE RESTITVTIS. Tiberius ſellæ inſi-
dens cum haſta & patera inſtar Dei, quo ſcilicet honore ab Aſiæ incolis
affectus fuit, ob ciuitates reſtitutas quæ terræmotu corruerant, duode-
cim enim numero vna nocte ſubuerſæ fuerant. Plinius lib. II. cap. LIV.
Maximus terræ memoria mortalium extitit motus Tiberij Cæſaris Principatu,
XII. *Aſiæ vrbibus vna nocte proſtratis.* Sed ad nomiſma hoc, peculiariter
B facit Tacitus lib. II. Annalium. *Eodem anno duodecim celebres Aſiæ vrbes*
collapſæ nocturno motu terræ, quo improuiſior grauiorq́ pestis fuit: neque ſoli-
tum in tali caſu effugium ſubueniebat in aperta prorumpendi, qui diductis terris
hauriebantur. Sediſſe immenſos montes, viſa in arduo quæ plana fuerant; efful-
ſiſſe inter ruinam ignes memorant. aſperrima in Sardianos lues, plurimum in
eoſdem miſericordiæ traxit. nam Centies Seſtertium pollicitus Cæſar, & quan-
tum Aerario aut fiſco pendebant in quinquennium remiſit.. Magnetes à Sipylo
proximi damno ac remedio habiti. Temnios, Philadelphenos, Ægæatas, Apollo-
nienſes, quíque Moſceni aut Macedones Hyrcani vocantur; & Hiero Cæſaream
Myrinam, Cymen, Tmolum leuari per idem tempus tributis, mittíque ex Senatu
C *placuit, qui præſentia ſpectaret, refoueretq́.* Sunt qui credant cum Oroſio,
hunc terræ motum incidiſſe in tempus Paſsionis noſtri Seruatoris. Sed
falluntur; nam totis quatuordecim annis poſterius illud fuit. Euſebio
enim teſte Terrę motus hic fuit Anno II. Olympiadis CXCIX. Paſſus
verò Seruator noſter, quarto anno Olympiadis CCII. Quo tempore, in
Bythinia Nicææ vrbis terræmotus multas ædes ſubuertit, Phlegonte te-
ſte. ſed nihil ad magnum illum terræ motum qui IV. Tiberij principa-
tus anno accidit. reperio etiam Aſiæ vrbes Tiberio templum dedicaſſe
Anno V. C. DCCLXXVII. Quod in procuratores Aſiæ C. Silanum
& Lucillium Capitonem animaduertiſſet; quod cùm vlterior Hiſpania
imitari vellet Tiberius prorſus recuſauit, vt docet Tacitus Lib. IV.
D Annalium.

A

TABVLA X.

TIBERIVS CAESAR DIVI AVGVSTI. F. AVGVSTVS PONTIFEX MAXIMVS TRIBVNITIA POTESTATE XXIV. S. C. paſsim hic, Auguſti nomen adſcriptum, adiectis an- Tribunitiæ poteſtatis.

DRVSVS CAESAR TIBERI AVGVSTI. F. AVGVSTI NEPOS PONTIFEX TRIBVNITIA POTESTATE. II. S. C. B Tiberio ex Agrippina M. Agrippæ Filia natus eſt Druſus, cui vt ſimplex & minimè fucatum ingenium, ſic ad iram pronũ & ſanguine gaudens fuit. Litteras parum coluit, vnde & dicendi rudis. Patris bibacitatem egregiè retulit, quare & crapulę aſsiduitate ad maiorem iracundiam deflexit, vt auctor eſt Dion. Quæſturam geſsit M. Aemilio & T. Statilio Conſulibus. triennio poſt miſſus à patre ad Pannonicas legiones, quæ nunciato Auguſti exceſſu ſeditionem mouerant, quem motum breui compoſuit, ac Ouans vrbem ingreſſus eſt. Mox Conſulatum inijt cum C. Norbano Flacco anno V. C. DCCLXVI. Sextoque poſt anno, cum iam Germanicus frater fatis conceſsiſſet, eundem honorem repetiuit, C & quidem Collega Patre Tiberio, qui certus Filium ſummæ rerum admouere, Tribunitiam Poteſtatem illi à Senatu impetrauit, ſed deſtinatam imperij ſucceſsionem, præcidit illi Seianus potentiæ æmulus, & recenti ira aduerſus Druſum efferatus. Nam orto fortè iurgio, Druſus commotior intenderat Seiano manus, & contra tendentis os verberauerat. Quare corrupta priùs Liuilla vxore Druſi, communicatoque cum illa conſilio, veneno Druſum tollit, anno V. C. DCCLXXIV. Principatus Tiberij anno nono. De quo plura apud Tacitum & Dionem.

S. P. Q. R. IVLIAE AVGVSTAE. Non fuit hic nummus viuente D Tiberio ſignatus, ſiquidem is parcos admodum, immo nullos penè defunctæ matri Liuiæ (quæ & Iulia Auguſta mox dicta) honores decerni paſſus. eſt autem Carpentum vehiculi genus, quod mulis vehitur, Matronis dedicatum, quod ſolebat in defunctæ honorem cum illius imagine per Circum duci. Claudius mox rerum potitus Auiæ hunc honorem tribuit, quem filius negauerat, vt in Auguſto Tabula LXXX. diximus.

ΒΑΣ-

A ... ΒΑΣΤΟΣ. Legendum ΣΕΒΑΣΤΟΣ. *Auguſtus.* Victoria gradiens cum Corona & palma.

... ΕΡΩ. Legendum ΝΕΡΩ. Caput eſt Neronis.

PONTIFEX MAXIMVS. Muliebris figura ſedens cum haſta pura, & Lauri ramo, ſuſpicio eſt Iuliam Auguſtam eſſe.

TIBERIVS CAESAR. Tiberius in quadrigis triumphalibus, cum eburneo Sceptro & Aquila, de qua ſatis ſuprà dictum.
B

FINIS.

INDEX
RERVM MEMORABILIVM,
Quæ in vitis Iulij Cæſaris, Octauij Auguſti, & Tiberij Impp. Rom. & Ludouici NonnI ad eorumdem Nomiſmata notis continentur.

Littera C. *Cæſarem,* A. *Auguſtum,* T. *Tiberium deſignat.*

A.

ACilij militis interrita & ſtupenda generoſitas, C. 21.
Actium Acarnaniæ vrbs, memorabilis pugna Auguſti cum Antonio & Cleopatra: quomodo eam celebriorem reddiderit Auguſtus, A. 56.
Adſpergillum vel Adſperſorium erat quo luſtrabant ſe, ſpargendo aquam, quæ in templis erat, C. 46.
Ægiſthus cur dictus I. Cæſar. C. 16.
Ægyptum ſubactam cur Cæſar facere prouinciam noluerit, C. 11.
M. Æmilius Lepidus tutor Ptolomæi Epiphanis regis, C. 61.
Africa ſcorpiis referta & deſignata, C. 62
In Africa duæ erant Romanorum prouinciç, C. 61.
Africa elephantifera, A. 59.
Agrippæ qui dicantur. A. 52.
Alauda legionis Gallicæ nomen, C. 8.
Albinus Bruti F. inter percuſſores Cæſaris: eius mors, C. 53.
Albogaleium dictum pileum geſtabat flamen dialis, C. 33.
A. Allienus Siciliæ præpoſitus, C. 41.
Amicos & clientes Cæſar indulgenter habuit, C. 22.
Amula vas luſtrale dicebatur, C. 46.
Ancilia qualia eſſent ſcuta, in templo Martis locata. A. 89. vnde dicta, A. 90.
Anchiſes an ſacra Troiç extulerit, an Æneas, C. 36.
Anguis Æſculapij inſigne, A. 83.
Antiates fortunæ quæ dicerentur, A. 73.
Anticatones duos edidit Cæſar, C. 19.
Antigonus legitimus Iudææ rex ab Antonio iugulari iuſſus, ſuffecto Herode, C. 69. Antiochiæ ſitus, ortus, nomen, A. 74.
L. Antonius, Pius cognomento, de Inalpinis quibuſdam triumphans, cur ſe Mario compararet, C. 70. indidit ſibi Pietatis nomen, ibid.
M. Antonij vitæ compendium, C. 64. eius auguratus, C. 65. in Aſia Dionyſium iuniorē ſe voluit appellari, C. 66.
Antonio Muſæ medico Auguſti ſtatuam erexit Rom. Senatus, A. 23.
Anxur opidum ſaxis impoſitum in Volſcis, A. 94.
Apex vnde dicatur, C. 33.
Apollinares ludos celebrare Prætoris erat officium. C. 53. hos populus laureatus ſpectabat, ibid.
Apollo cur dictus Smintheus. A. 78.
Apollo Actius quomodo ab Auguſto expreſſus,

preſſus, à quo in pugna Actiaca adiutus. A 55.
Apollinis Palatini templum condidit Auguſtus. A.12.
Apotheoſis Auguſti. A.39.
Apotheoſis Imperatorum A.96.
Aquæ adſperſione corporis labem tolli credebant Veteres. C.46.
Aquila conſecrationis Cæſarum eſt ſignum. A. 50.
Aquilij Flori pater & filius pariter triumuiratus tempore perierunt. A.54.
Aquiminarium ecquod vas eſſet. C.46.
Ara Lugdunẽſis eximiæ dignitatis. C.74.
Arma auro argentóque polita cur ſuis Cæſar permitteret. C.21.
Artauaſdes Armeniæ Rex ab Antonio in triumphum Alexandriæ ductus. C.67.
Aſiatici & Bithyni Auguſto templum erexêre. A. 91.92.
Aſtarte Dea Sidoniorum. A.75.
Aſtigi vrbs Bætinæ. A.80.
Athenienſes templum & aram Auguſto exſtruxêre. A 92. & Iouis Olympij templum olim Athenis inchoatum, eidem dedicare reges amici voluêre. ibid.
Atta Claudius Claudiæ gentis princeps. T.1.
Attalus vnde ad Pergamenum regnum peruenerit. A.95.
Augures è pullis augurium captabant. C.59.
Augurum olim magna dignitas, primò tres tantùm fuerunt, mox aucti numero, & collegium augurum inſtitutum. C.34. quod eorum eſſet munus. ibid.
Auguſtus menſis dictus Sextilis. A.13.
Auguſti nomen cur inditum Octauiano Cæſari. A.44. *Vide* Octauius.

B.

BArbati cognomen Horatiorũ. C.65
Baſilica Æmilia quæ ſit. C.58.
Bellerephon ex Pegaſo cum Chimæra pugnans, fuit Corinthiorum ſignum. C.43.
Berytus in Cœleſyria eſt colonia Iulia, quę & Iulia Fœlix, poſtea verò Auguſta dicta fuit. C.43.
Biberius Caldius Mero probroſum Tiberij Cæſaris nomen. T 16.
Bibuli Conſulis quàm imminuta auctoritas, C. 6. eius de collega ſuo C. Cæſare in ædilitate iudicium, C.3.
Bilbilis ferri temperie nobilis ciuitas in Hiſpania. A.59.
Bonna vrbs ad Rhenum ſita. A.79.
M. Brutus è percuſſoribus Cæſaris C.27. qua matre, quo genere natus, C. 51. bellum ciuile mortuo Cęſare renouat, ibid. eiuſdem mors. C.52. quomodo libertatem ſuis in nummis expreſſerit. ibid.

C.

CAduceus fœlicitatis pacíſve ſymbolum, C.32.38.51.
Cœlibatum deteſtatus eſt Auguſtus ad ciuium numerum augendum. A.81.
Cæſar nomen vnde dictum. C 37.
Cæſar-auguſta Hiſpaniæ ciuitas. A.81.
Cæſareæ variæ ciuitates, C.74.
Cæſarea Philippi vrbs Phœniciæ, A. 77. 78.
Cæſario Cleopatræ & Cæſaris filius regnare cum matre iuſſus ab Antonio, C.73.
Calaguris duplex in Hiſpania, Naſcica vna, altera Fibularia dicta eſt, A.45.
Callipedes cur dictus Tiberius, T.15.
Calpurnia Cæſaris vxor, C.7. ei coniugis permiſſa cædes. C.16
P. Canidius Craſſus legatus Antonij, eius geſta, C.73.
Capricornus Auguſti horoſcopus fuit, A.44.
Carpentum vehiculum matronarum, quod ſolebat in defunctarum honorem in Circenſi pompa duci, A.98, T.38.
Caſca percuſſor Cęſarem paulò infra iugulum vulnerauit, C. 54,
Caſilinum vrbs Campana, fide in P. Romanum

manum clara, C 44.
C. Caſſius Longinus de percuſſoribus Cæſaris vnus, C.27. eius geſta & mors, C 52.
M. Cicero primus dictus Pater patriæ, C.48.
Ciceronis de eloquentia & ſcriptis Cæſaris iudicium, C.18.
Q. Cicero Cæſaris in Gallia legatus extitit, C.42.
Ciconia pietatis imago, C.39.
Cimber Tullius primus percuſſor Cæſaris, C.27.
Cn. Cinnæ cõiuranti in ſe pepercit Cæſar Auguſtus, A.71.
In Circenſi pompa cùm ſimulacris deorum inferebatur imago Principis in thenſa & ferculo, A.95.
Circus Maximus pulcherrimum Vrbis Romæ ornamentũ, quem Iulius Cæſar ampliauit & Auguſtus. A.87.
Ciuica corona, dicta & querna, cur daretur, A.85.
Ciuica corona vnde Auguſto data, A.45. vnde ea dicta, & vnde fieret; & quibus conditionibus daretur, ibid. & 85.
Claſſica corona quæ ſit, A.53.
Claudia gens alia patritia, alia plebeia, T.1.
Claudiorum inſignium vtriuſque ſexus nomina, T.12.
Clementia quomodo pingatur, C. 50 propria Iulij Cæſaris virtus, ibid.
Clementia Tiberij diſſimulata initio, T.36.
Cleopatra ab Antonio Imperium Rom petijt in pretium libidinum, A.44. ei Auguſtus Pſyllos admouit qui virus exſugerent, quòd perijſſe morſu aſpidis putabatur, A.7. hanc Cæſar dilexit, C.17. victa ab Auguſto aſpide brachiis admota ludibrio fortunæ ſe exemit, A.56. dicta Regina regum, C.73.
Cloacina Venus quæ, & vnde dicta, C.45.
P. Clodius fuit probrum Claudiæ gentis, T.2. hunc Pompeiæ vxoris ſuæ adulterum teſtis citatus Cæſar accuſare noluit, C.23.
Cluere antiquis purgare eſt, C.45.
Clunaclum quis eſſet culter, C.47.
Clypei votiui quinam eſſent, A.64.
Collegij Magiſter quis eſſet inter augures, C.34.
Coloni noui bis Ilium miſſi, C.36.
Colonia Celſa opidum Hiſpaniæ, hodie Vililla, A.46.
Coloniarum quod ſit ſignum, A.77.
Coloniæ & municipij diſtinctio, A. 80.
Cometa necato Cæſare apparuit, C. 29. 50.
Comitiali Cæſar morbo laborauit, C.15.
Commentarios ſcripſit Cæſar belli Ciuilis & Gallici, C.18.
Concordiæ habitus, C.59.
Conjurati qui in Cæſarem conſpirârunt, C.26.
Conſpirationes Cæſaris cum Sulla, C. 3.
Conſules Suffecti & Honorarij quinam primi fuerint, C.34.
Conſulatus continuatus rarus honos, is Agrippæ delatus, A.54.
Conſulatum Auguſtus anno ætatis vigeſimo geſſit, A.43. quo anno Vrbis reliquos conſulatus geſſerit, ibid.
Conſulatus Tiberij Cæſaris, T.29.32.
Corinthus à Cæſare è ruinis excitata fuit, & coloni eò deducti, A.79. C.43.
Cornelia vxor Cæſaris, C.1.
Corn. Balbus de Garamantis triumphauit, A.60.
Corn. Coſſus Lentulus Getulos tumultuantes deuicit, A. 60.
Cornua victimarum ornabantur auro, C.47.
Cornucopiæ omnium rerum ſignificat abundantiam, C.44.
Corona quernea dabatur ciuem Romanum ſeruanti in prœlio, A.45.
Corona radiata addita Diuis à morte, C. 36.
Corona radiata in nummis conſecrationem denotabat in prioribus Impp. in poſterioribus promiſcuè poſita, A.48.
Corona roſtrata quæ dicatur, eadem Claſſica vocatur, A.53. an eadẽ primus ab Auguſto donatus Agrippa, ibid.

Coſſutia vxor Cæſaris, C.1.
C. Coſſutius Maridianus Triumuir monetalis, C.37.
Crocodilus Ægypto familiaris, & eius hieroglyphicum, C.40.
C. Curio violentiſſimus tribunorũ, C.9.
Currus falcati hoſtium ſeruari in monumentum ſoliti, C.40.
Cyrene oppidum in Africa Iouis Ammonis oraculo celebre, A.94.

D.

Decempeda metiebantur agri in deductione coloniarum, C.43.
Deorum ſexus priſcis erat indifferens. A 75.
Deſultorij equites qui, C.58.
Dextræ iunctæ militibus eſt concordiæ ſignum, C.58.
Dialis Flamen peculiarem pileum habebat, C.33.
Diana Epheſia multimammea, A.94.
Dianę Epheſiæ templum celebre, A.76.
Dictator cur dictus Cæſar, C.33.
Dictatura perpetua quando oblata Cæſari à ciuibus, C.34.
Dictaturã cur repudiârit Auguſtus, A.47
Dominum ſe appellari vetuit Auguſtus, A.21.
Cn. Domitius Ahenobarbus an inter cõſcios Ceſarianæ necis, C.73.
Donatica haſta quæ ſit, C.38.
Dorſuale quid eſſet in victimis, C.47.
Draco in tutela Palladis, C.42.
Dracones cum elephantis inimicitias gerunt, C.37.
Druſi Germanici elogium, A.65. eius geſta, opera, mors, A.66. honores, A 67.
Druſi iracundia & vinoſitas, T.38. eius mors, ibid.
Druſus Liuius vnde nomen ſibi pepererit, T.2.
Duũmuiri dandis agris creati, colonos ſub vexillo in coloniam, tamquã exercitum ducebant, C.43.

E.

Elephantis quadraginta lychnuchos geſtantibus Cæſar in triumpho Gallico vſus, C.12.
Eloquentia Cæſar præcelluit, C.18.
Emerita Luſitaniæ ciuitas ab Auguſto condi iuſſa, A.80.
Encarpia quæ dicerentur, A.90.
Epheſij Antonium vt Bacchum coluêre, C.66.68.
Epheſi vrbis Aſiæ ſplẽdor & ortus, A.76.
Equus Cæſaris pedibus propè humanis, & in modum digitorum vngulis fiſſis, C 20.
Eumenes defuncto Alexandro tabernaculum ſtatuit, in eóque ſellam auream poſuit cũ ſceptro & diademate, C.49.
Eunoë Bogudis regis Afri vxor Cæſari in delicijs, C.17.

F.

Faſces Magiſtratuum ex Betulla arbore fieri ſolebant, C.48.
Feronia Dea quæ ſit, A.61.
Feſtina lentè Auguſto & Veſpaſiano ſymbolum familiare, A 50.
Filij Auguſti immatura morte defuncti, non ſine veneni ſuſpicione. A 88.
Flamines vnde dicti, erant præcipui tres, à Numa inſtituti, A.89.
Flamines omnes apice in ſacris vtebantur, C.33.
Fluuiorum imagines quomodo pingerentur, A.67.
Fortes viri cur haſta donarentur, C.38.
Fortuna cur duplex, A.73.
Fortunæ reducis templũ olim erat Romæ, A.73. & qua de cauſa, ibid.
Forum cur Auguſtus exſtruxerit, A.11.
In funere magnorum virorum ſellas curules cum coronis quernis circumferri moris erat, C.49.

G.

GAllos in Senatum Iulius Cæſar adlegit, C.25.
L.Gellius Poplicola Quæſtor Prætorius Antonij, C 65.
Gnoſſi vrbis Cretenſis ſitus, magnitudo, nomen, A.77.
Gutturnium & guttus, quod genus vaſis in ſacris, C.32.

H.

HAſta pura quæ ſit: erat hæc præmium eius qui primùm viciſſet in prœlio, C 38.
Heracleenſes & Corinthij templum Auguſto erexêre, A.92.
Hercules inuictus teſſera Pompeij in caſtris, C.37.
Herodis in Antonium benefactorem ingratitudo, C.74.
Herodes Iudææ rex Samariam vrbem à fundamentis ſuſcitãs, in Auguſti honorem Sebaſtam vel Auguſtam eam nominauit, A.77.79.
Hippona Dea equis & ſtabulis præeſt, A.78.
Hirtius conſul vbi & quando occiſus, C.48. an auctor Commentariorum, qui feruntur de bello Africano & Hiſpanienſi, C.18.
Hiſpania bellax & frugifera, A.58.
Hiſpania non niſi Auguſti tempore à Rom. perdomita, A.58.
Homeri natale ſolum Smyrna, & templum eius ibi, & quando deceſſerit, A.76.
Honores Liuiæ Auguſti coniugi à pop. Rom. habiti, T.31.

I.

IAnum clauſit ter Auguſtus, A.82.
Idus Martiæ Cæſari fatales, C.26.
Iesv Christi natiuitas quibus Conſulibus contigerit, A.83.
Ilerdæ vrbis ſitus, A.59.
Imperator vnde & quando dictus Auguſtus Cæſar, C 42. idem nomen commune dein factum omnibus ſummum imperium obtinentibus, ibid.
Imperatoris nomen veteribus bifariam vſurpatum, C.31.
Imperatorum animæ in cælũ ab Aquila deferri fingebantur, A.96.
Imperatoribus paſſim omnibus poſt Auguſtum viuis templa poſita, A.92.
Iudæi noctibus cõtinuis buſtum cremati Cæſaris frequentârunt, C.28.
Iulia Auguſti filia ob infamiam parenti inuiſa, A.25.40. à patre relegata in inſulam, T.30. eius mors, ibidem.
Iulij originem ad Æneam & Venerem referunt, C.36.
Iuliæ familię nomen cur aſſumpſerit Tiberius, A.69.
C.Iulius Cæſar quo anno Flamen Dialis deſtinatus, C.1. eius vxores, ibid. eiuſdem prima militia, ibid. Dolabellã repetundarum poſtulauit Romæ, C.2. à prædonibus capitur Rhodum petens, ibid. Tribunus militum creatus quid egerit, ibidẽ. quid in Quæſtura geſſerit, ibid. ingemuit Gadibus apud ſtatuam Alexandri Magni, ibid. eiuſdem ſomnium de ſtupro illato matri, C.3. venit in ſuſpicionem cõſpirationis cum M.Craſſo & Sulla, ibid. quid ædilis Romæ geſſerit, ibid. Ægypti adminiſtrationem ſibi ambit, C.4. ſubornauit, qui C. Rabirio perduellionis diem diceret, ib. Pontificatũ maximũ petijt, ib. Illius iã Prætoris geſta, ibid. Cæcil. Metell. Trib. pleb. propugnatorẽ ſe præbet, C.5. nominatus inter Catilinæ ſocios, ib. quomodo ſe ab ea ſuſpicione purgârit, ibid. in Conſulatu cum competitore L. Luceio quid pactus ſit, ibid. eius in conſulatu decreta, C.6. Gallia Tranſalpina & Comata illi demandata, C.7. illius mollities carpitur, ibid. Geſta eius in Gallia, Germania, Britannia, C.8. eius in populum largitiones, & publica mu-

nera,& epulæ,ibid. alijs modis populi
captabat beneuolentiam,C.9. Domi-
natum à prima ætate inhiauit, C.10.
eius apud Rubiconem ad ſuos verba,
ib. oſtẽtum illi ad Rubiconem viſum,
C.11. victoriæ illius de ducibus Pom-
peianis,ib. Pompeium profligat, cum
Ptolomæo rege bellũ in Ægypto ge
rit,ibid. Pharnacem in Ponto,Scipio-
nem ac Iubam in Africa, Pompeij li-
beros in Hiſpania ſubiugat, C. 12. in
omnibus ciuilibus bellis proſperrimè
ſemper dimicauit,ibid. quinquies tri-
umphauit,ib. ecquæ ſpectacula edide-
rit & munera, C.13. Calendarium &
Faſtos correxit,ib. Senatum quomo
do ſupplêrit & correxerit,ib. eius in
Medicinę & liberalium artium docto-
res munificentia,C 14. Ius ſeueriſſimè
dixit,ibid. Vrbem quomodo inſtruxe-
rit & ornârit,ib. eius forma, color, ſta
tura, valetudo, C.15. corporis circa
curam erat moroſior,ib. Cultus erat
ſtudioſior,ib. eius habitatio & lautitia,
ib. Margaritarum,ſignorum & ſerui-
tiorum politiorũ ſemper fuit ſtudio
ſus,ibid. domeſticam diſciplinam dili
gẽter rexit, C.16. Quoad Nicomediæ
regi proſtitutã pudicitiam malè ſem-
per audijt,ib. illius libidines & adulte-
ria,ib. Prouincialibus matrimonijs nõ
abſtinuit,C.17. Reginas quas amicas
habuerit, ib. cur dictus omniũ mulie-
rum vir, & omnium virorum mulier,
ib. Vini fuit parciſſimus,ib. in imperijs
& magiſtratibus moderatus non fuit,
ib. illius in Gallia ſacrilegia, ibid. elo-
quentia req; militari præſtantiſſimis
par fuit aut ſuperior, C. 18. ſcripti
eius commentarij de bello Ciuili &
Gallico à Cicerone laudãtur, ib. illius
pueri & adoleſcẽtis ſcripta,C.19. eius
tolerãtia in duris, & celeritas in expe-
ditionibus, atque in ijſdem cautela &
audacia,ib. religione nunquã ab ince
pto abſterritus eſt, C.20. eius in præ-
lijs committendis ratio,ib. nullum fu
dit hoſtem,quin etiam caſtris exueret,
ib. inclinatam aciem ſolus ſæpe reſti-
tuit,ib. eiuſdem conſtantia,ib. nando
libellos læua manu effert,ne madefie-
rent,ibid, militem duntaxat à viribus
probabat,& quàm ſeuerè atque indul-
genter eum haberet, ib. deſertorũ ac
ſeditioſorum erat acerrimus & inqui-
ſitor & punitor, C.21. militem quàm
amanter & blandè haberet,ib. militũ
viciſſim aduerſus eũ amor & affectus,
ib. Seditioſos & tumultuantes aucto-
ritate ad officium redire compulit,C.
22. Studium ac fides eius erga cliẽtes,
ib. Amicos quàm facilè indulgenterq;
tractârit,ib. Simultates ante cõceptas
oblata occaſione libens deponebat,
C.23. fuit in vlciſcendo naturâ leniſ-
ſimus,ib. moderationem & clementiã
tum in adminiſtratione, tum in victo-
ria belli ciuilis admirabilem exhibuit,
ib. honores nimios ſibi vſurpauit,quin
etiam ampliora humano faſtigio de-
cerni ſibi eſt paſſus, C. 24. quomodo
honores & magiſtratus alijs pro libi-
dine dederit,ib. eius dicta impotẽtiora
arrogantioraque,ib. ridet auſpicia,ib.
adeuntes ad ſe vniuerſos Patres ſedẽs
excepit,ib. quàm extiterit honorum
appetens,C.25. quinam & cur in eum
conſpirârint, C.26. Sua ei cædes eui-
dentibus prodigijs denuntiata eſt, ib.
Tribus & viginti plagis confoſſus eſt,
C.27. Teſtamentum eius, & quæ eo
decreta,ib. funus & rogus eiuſdem,ib.
Luctus exterorum in illius funere,C.
28. vitam videtur longiorẽ parum cu-
raſſe,ibid. mortem optauit ſubitam ac
celerem,C.29. In Deorum eſt nume-
rum relatus,ib. Imperatoris quando ei
inditum nomen, C.31. Stella Veneris
cur addatur in nomiſmatis Cæſaris
occipitio,C. 32. quando dictus Pater
Patriæ,C. 34.48. Fuit ei permiſſum,
quod antè nemini, vt eſſet vno tẽpore
ſimul Conſul & Dictator,C.35. voca-
tus poſt mortem Diuus Iulius,ib. ex-
ſtruxit ædem Veneri Genitrici finito
bello Africo, quam ante Pharſalicam

pugnam

pugnam vouerat, C.38. Veneris ſigillo epiſtolas obſignauit, ibid. primus Romanorum auſus tranſire Rhenum, C 41. Bello Hiſpanienſi finito Romæ ludos dedit magnificentiſſimos, C 42. Corinthum & Carthaginem inſtaurauit, C 43 Frumentum populo diſtribuit, C 46 eius clementia, C. 50.
Iuno Sceptrifera, C.40.
Iupiter Ammon arietinis cornibus ab Africæ populis magna religione cultus, C 63.
Iupiter Anxur vbi cultus, & vnde ſic dictus, A. 94.
Iouis Olympij templum in Græcia celeberrimum, A.90.
Iupiter vocatus à Senatoribus adulantibus Iulius Cæſar, A 43
Ius ciuile Cæſar in certum modum redegit, C.14.
Iuſtitiæ habitus, T.35.

K.

KAlendarium correxit & conſtituit Iulius Cæſar, C.13.

L.

LAodicea Syriæ vrbs à Seleuco condita in honorem matris Laodices, A.75.
Largitiones Cæſaris, C.8.
Lauream cur vbique geſtet Cæſar, C.32.
Laureæ perpetuò geſtandæ ius libentiſſime Cæſar accepit, C.15.
Lauro ſemper vt Auguſtus coronaretur, populus Rom. decreuit, & ante eius domum lauri ponerentur, A.84.86.
Lentulus Spinter an inter conjuratos aduerſus Cæſarem, C.52.
M. Lepidi genus, geſta, honores, triumuiratus, pontificatus, mors, C.56.
M. Lepidus Magiſter equitum tertiò, Dictatore Cæſare, C.33.
Lex à Cæſare lata, qua adoptiui idem iuris aſſequebantur, quo legitimi liberi vtebantur, A.41.
Libera quæ ſit Dea, A 61.
Libri Sibyllini ab Auguſto curati, A.12.
Lituus augurum inſigne, quo cæli regiones partiebantur, cum auguria obſeruarent, C.32.
Liuia familia plebeia, illuſtres habuit viros, T.2.
Liuia Druſilla mater Tiberij, T.3.
Liuia Auguſti vxor, cur Iulia, & Iulia Auguſta dicta, A.49. Diua vocata, & à Claudio nepote inter Diuos relata, A. 97.98. populi in eam pietas, A 98.
Ludi ſæculares ab Auguſto reuocati, & quoto anno celebrati, A.86 eorum ortus, ibidē. eorum cura ad collegium XV. Virūm ſpectabat, ib. cur dicti ſæculares, A.87.

M.

IN Mæcenate amico taciturnitatem poſtulauit Auguſtus, A.25.
Malè præcinctus puer caueri iuſſus, ſcilicet Cæſar, C.15.
Martis Vltoris templum ſtruit Auguſtus, A.65.
Mathematicos vrbe expulit Tiberius, T.14.
Mauſolæum Auguſtæum, A.39.
C. Memmij aduerſarij ſui Cæſar in petitione Cōſulatus ſuffragator fuit, C.23.
Militem qualem deligeret Cæſar, C.20.
Minerua an apud Gnoſſios nata, A.77.
Monetales triumviri & quatuorviri olim fuēre, C.44.
Mors cita & celer Cæſari placuit, vti & obtigit, C.29.
L. Munatius Plancus Lugdunum ciuitatem in Gallia Narbonenſi condit, & pòſt conſulatum geſſit, C.44. fratrem L. Plotium à Triumuiris curauit proſcribi, C.68.
Municipij & coloniæ diſcrimen, A.80.
Myiodes Deus quis ſit, A.73.

N.

NAuis remis veliſque adacta fœlicitatem

tatem denotat, C.61.
Nemauſus vna ex XIV. Galliæ Narbonenſis colonijs, A.57.
Neptunum cur coluerit Auguſtus, A. 53.54.
Nero lingua Sabina Fortem ſignificat, T.1.
Nicomedienſes templum Auguſto erexêre, A.91.93.
Nicomedi regi Bithyniæ an Cæſar in deliciis, C.1.
Nicopolis ab Auguſto ad Actium condita, cur ſacra dicta, A.56.
Numidæ equeſtri gloria clari, ſine freno pugnabant, C.62.
Nux pinea Vindelicorum inſigne, A.68.

O.

OCtauiæ gentis nobilitas, A.1.
C. Octauij Auguſti maiores, genus, parentes, A.1. patris eius honores & victoriæ, A.2. quo anno natus, & vbi, ib. cunabula eius ſacra, ib. Thurini cognomen ei infanti cur inditum, A.3 Cæſaris vnde ei cognomen datum, & Auguſti, ibid. eius adoleſcentiæ geſta, & ſtudia, ib. quinque ciuilia bella geſſit, ib. bellorum eius cauſa fuit necem auũculi vindicare, eiuſq; acta tueri, A 4. eius in bello Mutinenſi generoſitas, ib. Philippenſe bellum duplici prœlio tranſegit, A.5. eius ad Peruſiam diſcrimen, ib. eius inclementia in victos, ib Bellum Siculum diu traxit, ib. eius ad Rhegium diſcrimen, A.6. Prœliũ eius ad Actium promontorium, ib. Antonium & Cleopatram debellat, A.7 Ambos quàm benignè habuerit defũctos, ib. Alexandri Magni corpus floribus adſperſis veneratus eſt, ib. Ægyptum quomodo feraciorem reddiderit, ib. Nicopolim apud Actium condidit, ib. cõjurationes cõpreſſit, ib. externa duo bella per ſe geſſit, A.8. prouincias varias partim ductu, partim auſpicijs ſuis domuit, ib. gentes ignotas quomodo pop. Romano conciliârit, ib. Iani templum ter clauſit, ib. eius orationes & triumphi, ib. graues clades duas omnino accepit, ib. in re militari multa commutauit & inſtituit, A.9. libertino milite rarò vſus eſt, ibid. coronas militares parciſſimê dabat, ib. Feſtinationem prudentem in perfecto duce exigebat in primis, A.10. illius magiſtratus, ib. Triumviratũ per decem annos adminiſtrauit, ib. illius in eo magiſtratu geſta, ib. De reddenda rep. bis cogitauit, A.11. opera eius publica, ib. Vrbem in viros & regiones diuiſit, A.12. eius in pontificatu geſta, ib. eius in publicam commoditatem decreta, A.13. Ius per ſe quomodo diceret, A.14 Leges retractauit, & quaſdam de integro ſanxit, ib. Senatũ quomodo reformârit, ib. quos magiſtratus inſtituerit, A.15. Equitum ordinẽ quomodo recognouerit, ibid. comitia quomodo inſtituerit, A.16. etiam veſtitum priſtinum togæ inducere ſtuduit, ib. eius liberalitas, ib. ſalubris magis fuit quàm ambitioſus, A.17. eiuſdẽ ludi & ſpectacula, ib. ſpectandi ordinẽ correxit, A.18. ſpectaculis eſt delectatus, ib. Italiam quomodo colonijs replêrit, A.19. prouincias & per ſe ipſe, & per alios adminiſtrauit, ib. regna aliena quomodo cõtribueret & ordinaret, A.20. militares copias quomodo in præſidijs collocârit, ib. epiſtolas quomodo ſignaret, ibid. eius clementia ac ciuilitas, ib. eius modeſtia, A.21. libellos famoſos parum curauit, A.22. quàm populo carus, ib. Pater Patriæ dictus, A.23. Italiæ totius in eum affectus, ib. eius vxores & liberi, A.24. eius nepotes, ib. eius in eis educandis cura & ſedulitas, ibid. eiuſdem in filia & nepotibus infœlicitas, ib. amicitias non facilè admiſit, & conſtantiſſimè retinuit, A. 25. erga libertos quàm clemens & benignus, A.26. eiuſdẽ iuuenilia probra, ib. illius adulteria, ibid. eius cœna duodecim dierum, A.27. aleæ indulgentior fuit, ibid. quibus vitijs in ſene-
ctute

ctate deditus, ib. illius in reliqua eiuſdem vitæ continentia, A.28. eius in ædibus modeſtia, ib. eius parcimonia in ſupellectile, ib eius menſæ tenuitas, A. 29. cibi erat minimi, ibid. vini fuit parciſſimus, ibid. eius ſomnus, A.30. eius forma & cultus, ib. corporis conſtitutio, valetudo, veſtis, itinerandi ratio, exercitationes, luſus, A. 31. eius eloquentia, ſtudia, ſcripta, forma verborum, ſtylus, A.32. elegãtiores quidam eius loquendi modi, orthographia, A. 33. Græcas diſciplinas amabat, Latinas tamen præferebat, ib. fulmen expauit, ſomnia obſeruauit & auſpicia, peregrinas cærimonias veteres in pretio habuit, A.34. quibus portentis eius magnitudo ſignificata, A.35.36 bellorum omnium euentus ante præſenſit, A.37. mors eius euidenter præcognita eſt, ibid. morbum fatalem vnde contraxerit, A,38. qualem mortem ſibi optaret, A.39. quo die, loco, hora, ætatis anno mortuus, ibid. eius funus, honores à morte, ibid. ei viuo aras & templa poſuêre Romani, A.91. vocari gaudet Apollinis filius, ibid. & 92.

C. Octauius Cerpias vocabatur Auguſtus, ante adoptionem a Cæſare, A.41.

Offendices quænam eſſent veteribus, C.33.

Omen de natiuitate Tiberij, T.7.

Omina & portenta futuræ magnitudinis Auguſti, A.35.

Oppius an auctor Commentariorum de bello Alexandrino, C.18.

Orcini Senatores quales, A.14.

Oſcenſis in Hiſpania Academia à Q. Sertorio excitata, cur? A.59.

Oſiridem ſe vocauit Antonius in Ægypto, Cleopatram verò Iſidem, C.68.

Ouilia in campo Martio quæ dicantur, C.45.

P.

Palma Ægypti arbor, eius proprietates, A.57.

Palmata tunica quæ dicatur, A.64.

Panſa conſul Bononiæ ex vulnere obijt, C.54.

Parazonium quid ſit, C.58.

Parentes Patriæ cur dicti Imperatores, C.34.

Parricidium dictę Idus Martiæ, quòd eiſdem necatus Cæſar, C.29.

Parthos quomodo Auguſtus ſubegerit, A.62.

Parthorum ſedes præcipua Seleucia, A. 74.

Pater Patriæ vnde dictus Auguſtus, A. 44. & quãdo, A.45.

Patras Achaiæ vrbem Auguſtus reſtituit, A 79.

Pauone Heroidum animæ in cælum ſubuehi fingebantur, A.98. eſt Auguſtarum conſecrationis ſignum, A 50.

Pax vniuerſalis ab Auguſto ſtabilita, A. 82.

Pacis ſymbolum, A.82.

Pacis ſignum quomodo fingatur, C.51.

Percuſſorum Cæſaris interitus varius & funeſtus, C.29.

Pergamus Aſiæ minoris opidum, in eo templum Æſculapij, A.94.

Pharnaces Ponti Rex quo loco à Cæſare deuictus, C.39.

Phileterus Tyanenſis regnum Pergamenum inuaſit. A.95.

Philippi ciuitas cur dicta Colonia Iulia, A. 51. ad eamdem victi ab Auguſto Brutus & Caſſius, non tamen à Cæſare Pompeius, ibid.

Phraates Parthorum rex Romanis arma mouet, A.65.

Pietatis effigies variè effingitur, C.39.

Pileus libertatis inſigne, C.52.

L. Pinarius Scarpus inter Antonij duces, C.69.

Plebis Romanæ in Cæſarem necatum ſtudium, C.28.

Pompeia vxor Cæſaris, C.2.

Pontificatus Romæ perpetui erant, & ne exules quidem illis priuabãtur, C.59.

Pontificatus maximus annexus Imperatoriæ dignitati, T.32.

Præfericulum poculum anſatum eſt, & vnde dicatur, C.32.
Prætoria cohors quę eſſet, & vnde dicta, C. 55. fuit hæc initio firmamentum imperij, poſtea exitium, ib.
Probra in Cæſarem & ſcommata palam iactata, C.16.
Prodigia ac ſigna præuia morti Cæſaris, C.26.
Prolificationem magni ſemper fecère Romani, A.81.
Ptolemaides plures ciuitates, A.89.
Pullarius quiſnam diceretur, C.59.
Pulli ſi quid ex obiecta eſca comederēt, bonum erat augurium, C.59. eorum apud Romanos honores & vis, C.60.

R.

Romanorum clades in Parthia, C. 66.
Romuli nomen affectans Auguſtus, cur non aſſumpſerit, A.45.
Roſtra duplicia Romæ, Vetera & Noua, A.88.
Roſtrata corona quæ dicatur, A.53.

S.

Sacrificaturi olim caput velabant, C. 34. T.34.
Sacrificatum Auguſto defuncto, & ſacerdos Auguſtalis ei datus, A.97.
Salij ſimulacrum, A.88.
Saluidienus obſcuro natus loco, conſul factus, interfectus ob inſidias in Auguſtum, A.89.
Salus generis humani cur dictus Auguſtus, A.83.
Salutis augurium factū ſub Auguſto hactenus intermiſſum, A.83. quidnam id eſſet, ibid.
Scæuæ centurionis generoſitas & fides, C.22.
Scipio eburneus triumphātium inſigne, A.69.
Sebaſta vrbs, antea Samaria, ab Herode rege in honorem Auguſti exſtructa, A.77.79.
Seceſpita quis culter eſſet, C.47.
Securis Pontificia, C.46.
Securi percuſſus Antigonus Iudææ rex, & Herodi regnum datum, C.69 & 74.
Segobia citerioris Hiſpaniæ ciuitas, A. 58.
Seianus an iniquè à Tiberio necatus, T. 22.24.
Seleucia Aſſyriæ metropolis, cur Libera dicta, A 74.
Sella aurea decreta Cæſari in theatro, C.49.
Sempronius Graccus Iuliā Tiberij vxorem adulterio corrupit, A.69.
Septa locus erat in Campo Martio tabulis concluſus, in quibus pop. Rom. comitiorum tempore claudebatur, C.45.
Serpens & anguis belli ſymbolū, C.51.
Seruilia Bruti mater Cæſari in delicijs, C.16.
Sicariorum quos Cæſar in numero haberet, C.4.
Sicilia olim Trinacria vnde dicta, C.41.
Sidon vitri opificio clara ciuitas, A. 74.
M. Silanus tribunus militum M. Lepidi, C.70.
Simpuuium & Simpuuiatrix quæ dicantur, C.32.
Sirenes tres, A 61.
Siſtrum Ægypti ſymbolum, A. 57.
Smyrnæ ortus & ſitus, A.76.
Soli tribuitur corona radiata. C. 36. cur duodecim habeat radios, A 48.
Sortes Antiates quæ dicerentur, A.73.
C. Soſius Herodem regem Iudææ præfecit, C.60.
Speculatores milites inter cuſtodes principum, C.55. etiam in damnatos animaduertebant, ibid. alia illis munia ab alijs affinguntur, ibid.
Sphynx Ægyptijs Nili incrementum & decrementum ſignabat, A.57.
Statua equeſtris Auguſto poſita à populo Romano cum paludamento, A.70. 44.
Stella cur addatur Cæſaris ſimulacro, C. 29.

Sullæ

Sullæ Dictatoris de Cæſare judiciũ, C.1.

P. Sulpicius Rufus Cæſaris legatus & Morinorum portus præfectus, C.40.

Sumptuariam legem I. Cæſar exercuit, C.14.

Sumptus & ſtrenas quomodo moderaretur Tiberius, T.13.

Sympulum vas paruum, quo vinum in ſacrificijs libabatur, C.32.

T.

Templum Veneri Genitrici dicatum Romæ, C.35.

Templum Martis Vltoris duplex Romæ, A.64.

Templum Cæſari necato dedicatum cum ſimulacro & ſtella, C.49.

Templum Tiberio à Smyrnenſibus adulantibus erectum, T.35.

Terræ motu conciderunt duodecim Aſiæ ciuitates tempore Tiberij, T.37. quota Olympiade contigerit is terræ motus, ibid.

Teſtamentum Auguſti Cæſaris, A.40.

Teſtamentum Iulij Cæſaris, C.27.

Thenſa ecquid eſſet, A.95.

Theſſalonica Macedoniæ ciuitas, C.40.

Thurini Auguſti pueri cognomen, A.3.

Tiara regum Orientalium inſigne, C.71

Tiberius Cæſar è gente Claudia vtrumq; genus ducit, T.2. eius pater, ib. vbi natus, & quando, T.3. infantiam habuit exercitatam, ib. eius pueritia, ibid. eius adoleſcentis geſta, T.4. eius vxores. ib ſtipendia magiſtratus, ib. Vrbe ſecedit ad tempus, T.5. eius Rhodi modeſtia & benignitas, ib. redijt Romam octauo ſeceſſus anno, T.6. eius imperaturi præſagia, T.7. adoptatur ab Auguſto in ſpem imperij, ibid. eius geſta bellica, ibid. eius gloria, triumphus & bella in Germania, T.8. diſciplinam militarem acerrimè exegit, ibid. Auguſti in eum amor & beneuolentia, T.9. heres Auguſti, T.10. imperium quàm inuitus acceperit, ibid. cur accipere cunctaretur, ibid. honores modicos admiſit, T.11. adulatorum aduerſarius, ib. quàm patiens in audiendis conuitijs, T.12. eius initio imperij modeſtia, humanitas, ib. illius de prouinciarũ grauatoribus ſentẽtia, T.13. paulatim imperioſiùs agere cœpit, ibid. ludorum ac munerum impenſas corripuit, ibid. cerimonias & ritus externos compeſcuit, T.14. graſſatores ac latrones quomodo exagitârit, ibid. reges ſuſpectos quomodo habuerit, T.15. Vrbe biennio pedem non extulit, ib. quantoperè rempub neglexerit, ibid. Vitia diu ſuppreſſa tandem exeruit, T.16. Vinoſos honoribus auxit. ibid. illius in Venerem pronitas, ib. pecuniæ parcus fuit ac tenax, T.17. opera magnifica nulla fecit princeps, ibid. publicè munificentiam bis omnino exhibuit, ib. militi vix vnquam quidquam largitus eſt, ibid. rapinæ eiuſdem, T.18. odium erga amicos & conſanguineos, ibid. in filios patria charitate non fuit, T.19. Nurum Agrippinam quàm indignè habuerit, ib. in nepotes ex Germanico quàm immitis, T.20. in Æliũ Seianum quàm indignis modis animaduerteret, ibid. 24. in conuictores Græculos quàm inhumanus, T.20. ſæua eius natura etiam in puero eluxit, ibid. Auguſti ſtatuam quàm turpiter haberet, T.21. multa atrocia patrauit, ibid. eiuſdem crudelitas, T.22 quàm inuiſus ac prætrepidus & contumelijs obnoxius, T.23. conuitijs ab omnibus damnatis impetebatur, T.24. Semetipſe pertæſus fuit, ib. cur Patris Patriæ nomen recuſârit, & in acta ſua jurari noluerit, ib. eius corporis forma, robur manuum, mores, valetudo, T.25. circa religiones fuit negligentior, tonitrua expauit, ib. eius ſtudia, ſcripta, ſtylus, erga poëtas nonnullos affectus, ib. & 26. Græcam etſi calleret, vix vſus eſt, linguam, T.26. vnde morbum contraxerit, ibid. valetudinem meliorem finxit, T.27. eius mors, eiuſque præſagia, ibidem. quàm populo fuerit exoſus, ibid.

ibid. eius teſtamentum, T.28.
Toga picta quænam eſſet, A.64.
Toleti vrbis in Hiſpania ſitus & magnitudo, A.81.
Tribunitia poteſtas fuit Cæſaribus familiaris, A.47. eam an Auguſtus repererit, ibidem. eo ipſe titulo primus vſus, ibid.
Tripolis regio in Aſia propè Libanum, C.70.
Tripolis alia etiam in Africa, A.60.
Triumphantes togam induebant, è templo Iouis deſumptam, A.64.
Triumphi Cæſaris quinque, C.42.
Tropæa an Cæſar vlla erexerit, C.39.
Tunica Iouis cur dicatur Toga picta, A.63.
Tutulus ſummum faſtigium ſacerdotalis apicis C.33.

V.

Valentia ciuitas à Iunio Bruto condita, A.59.
Valerius Catullus Poëta in Cæſarē mordax, ei reconciliatus, C.23.
Vedius Pollio libertini generis ob crudelitatem in ſeruos & luxum Romanis notus, A.93. eius mortui ædes dirutæ ab Auguſto, ibid.
Veni, Vidi, Vici, Cæſaris de victoria Pontica ſententia, C.12.
P. Ventidij Baſſi genus, honores, geſta, triumphus, C.71.
Venus à Corinthijs culta, C.43.
Veneris ſtella Cæſari aliquando appicta, C.32.
Veneres quatuor, A.75.
Venus Genitrix à Iulia gente ob originē inde ductā, colebatur præcipuè, C.38.
Veneris fœlicis ſimulacrum quomodo exprimeretur, C.38.
Venus Victrix teſſera Cæſaris in prœlio Pharſalico, C.37.
Veſtæ effigies, C.63.
Vexillis moris erat principum nomina inſcribere, C.72.
Vexilli vſus in deducēdis colonijs, C.43.
Vias quomodo munierit Auguſtus, A.71.
Vibij Panſæ mors Auguſto attributa fuit, A.46.
Vindex libertatis P.R. cur dictus Auguſtus, A.44.
Vini Cæſar parciſſimus fuit, C.17.
M. Vipſanij Agrippæ geſta, A.52. quàm fuerit Auguſto carus, & illi Auguſtus colendus, ibid. eius mors, ib. donatus corona nauali, A.53. fuit ter Conſul, ibid. *Vide* Agrippa.
Vota olim concipiebant gentes pro incolumitate vel reditu Imperatoris, A.72. quomodo hęc vota nuncuparent, & Deorum ſtatuis affigerent & incerarent, ibidem.

FINIS.

CHRISTIE'S
ON THE PREMISES

Claude Joseph Vernet: Mediterranean Sea Port and Stormy Sea, oil on canvas, 20 by 30in. (50.8 by 76.2cm.).
Estimate: IR £50,000 to £70,000.

Powerscourt

Enniskerry, Co. Wicklow, Ireland

The Property of Mr. and Mrs. Ralph Slazenger

Monday 24 September and Tuesday 25 September

The sale to be held in association with Hamilton & Hamilton (Estates) Ltd.
15 Molesworth Street, Dublin 2

Enquiries: Anthony Coleridge or Hugh Roberts (01) 839 9060

CHRISTIE'S
LONDON

Selection of Ptolemaic coins, including a silver Tetradrachm of Cleopatra VII (51-30 B.C.), undoubtably the first known specimen.

Tuesday 9 October at 6 p.m.

Enquiries: Raymond Sancroft-Baker or Elizabeth Norfolk

Two early George III mahogany library armchairs. Estimates: (Left) £4,000 to £6,000 and (Right) £3,000 to £5,000.

Thursday 4 October

Enquiries: Charles Cator or William Lorimer

CHRISTIE'S
LONDON

Selection of Roman gold coins, including a unique and unpublished medallion of Gallienus (A.D. 253-268).

Highly Important Ancient Coins
Tuesday 9 October at 6 p.m.

Enquiries: Raymond Sancroft-Baker or Elizabeth Norfolk



The over 250 carpets origin mostly from
Caucasus, Central Asia and Persia. It
contains mostly old and antique pieces for